lumbã: vt pacate ecclesie diceret. Una est colũba mea? Unde debuit humilitas nisi p auem simplicẽ et gemẽtem: nõ p auem superbã ⁊ exaltantẽ sicut corvus? Et forte dicent. Qr ergo colũba et vna colũba: ꝑter vnã columbã baptism⁹ esse nõ potest. Ergo si apud te est colũba vel tu es colũba: q̃n ad te venio: tu da mihi qđ nõ habeo. Scitis hoc ipsum esse. Ecce modo vobis apparebit: non esse de voce colũbe sed declamore corvi. Mã paululũ attendat charitas vestra: et timete insidias/ĩmo cauete: et excipite verba cõtradicentiũ respuenda: nõ transglutienda/et viscerib⁹ danda. Facite inde qđ fecit dñs: q̃n illi optulerũt amarũ potũ. Gustauit et respuit. Sic et vos: audite et abijcite. Quid enim dicũt? Videamus. Ecce (inqt) tu es colũba. O catholice tibi dictum est. Una est colũba mea: vna matris sue. Tibi certe dictũ est: expecta noli me interrogare. Si mihi dictũ est, pba primo: si mihi dictum est/cito volo audire. Inquit. Tibi dictũ est. Respondeo voce catholica. Mihi. Hoc autẽ fratres qđ ore meo solius sonuit: sonuit vt arbitror et cordib⁹ vestris: et oĩs pariter dixim⁹. Ecclesie catholice dictũ est. Preter ipam colũbã (inqt) baptisma nõ est. Ego q̃ ꝑter ipam colũbã sum baptizatus: ergo nõ habeo? Si baptisma nõ habeo. Quare mihi nõ das q̃n ad te venio? Et ego interrogo. Interim sequestremus: cui dictum est: vna est colũba mea: vna est matris sue. Adhuc querim⁹. Aut mihi dictũ est: aut tibi dictum est. Sequestrem⁹: cui dictũ sit. Hoc ergo quero: si columba es simplex/innocẽs sine felle pacata in osculis/non seua in vnguibus: quero/vtrũ ad hui⁹ colũbe mẽbra ptineant. Auari: raptores: subdoli: ebriosi: flagitiosi. Mẽbra sunt colũbe huius? Absit inqt. Et reuera frẽs q̃s hoc dixerit: vt nihil aliud dicã. Raptores solos si dicã: mẽbra accipitris possunt esse: nõ mẽbra colũbe. Milui rapiũt: accipitres rapiũt: corui rapiunt. Colũbe nõ rapiũt: nõ vilaniãt. Ergo raptores: nõ sũt mẽbra colũbe. Mõ apud vos fuit vel vn⁹ raptor? Quare manet baptism⁹ quẽ dedit accipiter nõ columba? Quare nõ baptizastis apud vosmetipsos post raptores et adulteros et ebriosos: post auaros apud vosmetipsos? An isti oĩes mẽbra colũbe sunt? Sic dehonestatis columbã vestrã: vt ei mẽbra vulturina facia tis. Quid ergo fratres: qđ dicim⁹? Maliet boni sunt in ecclesia catholica. Ibi autez soli mali sunt. Sed forte inimico animo hoc dico: et hoc postea requirak. Et ibi certe dicũt qr sunt boni et mali. Mã si direrint solos bonos se habere/credãt illis sui. Et subscribo. Mõ sũt apud nos dicãt/nisi sancti/iusti/casti/sobrij: nõ adulteri/nõ fenératores: nõ fraudatores: nõ piuri: nõ vinolẽti. Dicant. Non enĩ attendo linguas ipsorũ: sed tm̃ corda ipsorũ. Cũ autẽ noti sint et vobis et suis/sicut ⁊ vos et vobis in catholica: ⁊ illis noti estis/nec nos eos reprehẽdam⁹: nec illi se palpẽt. Nos fatemur in ecclesia catholica et bonos ⁊ malos esse: sed tãcz grana et paleam. Aliqñ qui baptizak a grano/palea est: et q̃ baptizak a palea/granũ est. Alioquin si q̃s baptizak a grano valet: et q̃ baptizak a palea/non valet. Falsum est. hic est qui baptizat. Si autem verũ est hic est qui baptizat: ⁊ qđ ab illo dak/valet. Et quomodo colũba baptizat. Mõ enĩ malus ille colũba est/aut ad mẽbra columbe pertinet: nec hic potest dici in catholica: nec apud illos. Si illi dicũt columbã esse ecclesiã suã. Quid ergo intelligim⁹ fratres mei: q̃n manifestũ et oĩbus notũ est. Et si nolint cõuincunk: qr tibi q̃n dant mali: nõ post illos baptizak: et hic q̃n dant mali: nõ post illos baptizak. Colũba nõ baptizat post corui. Corvus quare vult baptizare post columbã? ¶ Intẽdat charitas vestra. Et q̃ re designatũ est nescio qđ per columbã: vt baptizato dñove nuret columba. i. spũssanct⁹ in specie colũbe ⁊ maneret super eũ: cũ in aduẽtu colũbe hoc cognosceret iohãnes/ꝓpriam quãdã potestatẽ in dño ad baptizandũ: qr per hanc ꝓpriã potestatez sicut dixi pax ecclesie firmata est. Et potest fieri vt habeat aliqs baptisma ꝑter colũbã: vt prosit ei baptism⁹ ꝑter columbã/nõ potest. Intendat charitas vestra: ⁊ intelligat qđ dico. Mã et ista circũuentione sepe seducũt fratres nros: q̃ pigri et frigidi sunt. Sim⁹ simpliciores/et feruẽtiores. Ecce inquiũt. Ego accepi: an nõ accepi? Nõdeo accepisti. Si ergo accepi: nõ est qđ mihi des. Securus sum etiã testimonio tuo. Et ego quidez me dico accepisse: et tu me fateris accepisse. Utriusqz lingua securũ me facit. Quid ergo mihi ꝓmittis? Quare vis catholicũ facere: quãdo nõ mihi aliquid datur? es amplius/et me iã accepisse fateris qđ te habere dicis? Ego autẽ q̃n dico veni ad me: dico quia nõ habes tu: qui fateris qr habeo. Quare dicis veni ad me? Docet nos colũba. Respõdet enĩ de capite dñi et dicit. Baptisma habes: charitatẽ aũt qua ego gemo nõ habes. Quid est hoc inquit: baptisma habeo/charitatẽ nõ habeo? Sacramentũ habeo charitatẽ nõ? Moli clamare: ostẽde mihi quomodo habeat: charitatẽ qui diuidit vnitatẽ. Ergo ĩquit habeo baptisma? Habes: sed baptismũ illud sine charitate nihil tibi prodest: quia sine charitate tu nihil es. Nam baptismus ille etiam in illo qui nihil est: nõ est nihil. Baptisma q̃ ꝑ illud aliqđ est et magnũ est: ꝑter illũ de quo dictum est. Hic est qui baptizat. Sed ne putares illud quod magnũ est tibi aliquid prodesse posse si non fueris in vnitate: super baptizatum columba descendit tanqz dicens. Si baptisma habes/esto in columba: ne nõ tibi prosit qđ habes. Veni ergo ad columbã dicimus/non vt incipias habere quod non habebas: sed vt prodesse tibi incipiat quod habes. Foris enim habebas baptisma ad perniciem: intus si habueris/incipit prodesse ad salutem. Non enim tantũ tibi ꝓderat baptisma De ꝑse. di. et non etiã oberat. Et sancta possunt obesse. In bonis enim ij. Et sctã. sancta ad salutem insunt: in malis ad iudiciũ. Certe enĩ fra- et. iiij. sen. tres nouimus quid accipiamus: et vtiqz sanctũ est qđ acci- dis. ix. ca. pimus: et nemo dicit non est sanctũ. Et quid ait apostolus? iij. ĩ medio

Expositio diui Augustini In euāgeliū scd̄m Johānē.

j.Cor.xj. Qui autē manducat ⁊ bibit indigne: iudiciū sibi manducat et bibit. Non ait q; illa res mala est: sed q; ille malus male accipiendo ad iudiciū accipit / bonū quod accipit. Non enim mala erat buccella: que tradita est iude a dño. Absit. Medicus nō daret venenū. Salutē medicus dedit: sed indigne accipiēdo ad perniciē accepit: q; non pacatus accepit. Sic ergo et qui baptizātur. ¶ Habeo iquit mihi. Fateor. Habes: obserua qō habes: eo ipso qō habes dānaberis. Quare? Q; rem colūbe p̄eter colūba habes. Si rem colūbe in columba habeas: secur⁹ habes. Putate esse militarē. Si caracterem īpator⁹ tui int⁹ habeas: secur⁹ militas. Si extra habeas: nō solū tibi ad miliciā non p̄odest caracter ille: sed etiā p̄ desertore puniēris. Veni ergo veni: et noli dicere / iā habeo / iam sufficit mihi. Veni: colūba te vocat: gemēdo te vocat. Ffres mei vobis dico: gemēdo vocate / nō ritrando. Vocate orando: vocate inuitando: vocate ieiunando: in charitate intelligant / q; doletis illos. Nō dubito fratres mei: q; si videāt dolorem vestrū / cōfundētur et reuuiscent. Veni ergo veni: noli timere. Time si nō venis. Immo nō time sed plange. Veni: gaudebis / si veneris. Veniēs quidē in tribulationib⁹ peregrinationis: sed gaudebis in spe. Veni vbi est colūba: cui dictū est. Una est colūba mea: vna est matris sue. Columbā vnā vides super caput xp̄i. Linguas nō vides in toto orbe terrarū. Idem spūs per columbā: idem ⁊ plinguas. Si p̄ columbā idem spūs / et plinguas idē spūssanct⁹: per totū orbē terrarū datus est: a quo te p̄recidisti vt clames cū cornuo / nō vt gemas cū colūba. Veni ergo. Sed sollicitus es forte et dicis. Foris baptizat⁹ sum: timeo ne inde sim reus / quia foris accepi. Jam cepisti cognoscere qđ gemendū sit. Verum dicis q; reus es: nō q; accepisti: sed q; foris accepisti. Tene ḡ quod accepisti: emēda qō foris accepisti. Accepisti rem colūbe: p̄eter columbā accepisti. Duo sunt q̄ audis: accepisti et p̄eter columbā accepisti. Nō accepisti approbo: quia foris accepisti: improbo. Tene ergo qō accepisti. Non mutat sed agnoscit. Caracter est regis mei: nō ero sacrilegus: corrigo desertorē / nō immuto caracterē. Moli de baptismate gloriari: q; dico ip̄m est. Ecce dico ip̄m est: tota catholica dicit ipsum est. Aduertit colūba: et agnoscit et gemit q; ip̄m foris habes. Videt ibi qō agnoscat: videt ibi ⁊ qō corrigat. Jp̄m est: veni. Gloriaris quia ip̄m est: ⁊ nō vis venire. Quid ergo mali q̄ non pertinēt ad columbā: aut tibi colūba. Et mali inter quos gemo / et qui nō pertinēt ad membra mea: et necesse est vt inter illos gemā. Nōne habent: qō te habere gloriar⁹? Nōne multi ebriosi habent baptisma? Nonne multi auari? Nōne multi idolatre: ⁊ qō est peius furti? Nōne pagam ad idola eunt: vel ibāt publice? Nūc occulte xp̄iani sortilegos querūt: mathematicos cōsulunt. Et isti habēt baptisma: sed colūba gemit inter coruos. Quid ergo gaudes qui habes? Hoc habes: qō habet ⁊ malus. Habeto humilitatē / charitatem / pacē: habeto bonū qō nondū habes: vt p̄sit tibi bonū quod habes. Nam qō habes: habuit ⁊ symō magus. Actus apl̄oꝝ testes sunt: ille liber canonicus omni anno in ecclesia legendus. Annuersaria solennitate post passionem dñi nostis illū librū recitari. Ubi scriptū est quō cōuersus sit apl's: et ex p̄secutore p̄dicator fact⁹. Ubi etiā die penthecostes missus est spūssanct⁹ in linguis diuisis: velut ignis. Ibi legimus multos credidisse in samaria: per p̄dicationē philippi. Intelligit autē siue vnus ex apostolis / siue ex diaconis: q; septem ibi diaconos legimus ordinatos / inter quos etiā nomen philippi. Per philippi ergo p̄dicationē: crediderūt samarite. Samaria cepit abūdare fidelib⁹. Ibi erat iste symon magus: per magicas factiones suas dementauerat populū: vt eū virtutē dei putarent. Cōmotus tamen signis q̄ a philippo fiebant: etiā ipse credidit. Sed quomodo ipse crediderit: posteriora sequēt̄ia demōstrauerūt. Baptizat⁹ est
Actu. viij. autē et symon. Audierūt hoc apostoli qui erant in hierusalē missi sunt ad illos petrus et iohānes. Jnuenerūt multos baptizatos: et quia nullus ipsorū adhuc acceperat spīm̄sctū: sicut tūc descēdebat ad ostendendā significationē gentiū crediturarū / vt linguis loquerētur in quos descēdebat spiritus sanctus: iposuerūt illis manus / orātes p̄o eis: et acceperūt spīm̄sctū. Symon ille qui non erat in ecclesia colūba: sed coruus q; ea q̄ sua sunt querebat / non que iesu xp̄i: vnde in christianis potētiā magis amauerat q̄ iustitiā / vidit per impositionē manuū apostoloꝝ dari spiritū sanctū / nō quia ipsi dabāt: sed quia ipsis orātibus datus est: et ait apostolis. Quid vultis a me accipere pecunie: vt et per ipositionē manuum mearū detur spiritussanct⁹? Et ait illi petrus. Pecunia tua tecū sit in perditione: q̄m donū dei putasti pecunia cōparādum. Cui dicit: pecunia tua tecū sit in perditiōe? Utiq; baptizato. Jam baptisma habebat: sed colūbe viscerib⁹ nō herebat. Audi: quia nō herebat. Verba ipsa petri apostoli aduerte. Sequit enī. Nō est tibi pars / neq; sors in hac fide. Jn felle enī amaritudinis video te esse. Colūba fel non habet: symon habebat: ideo separatus erat a colūbe viscerib⁹. Baptisma illi qđ p̄oderat? Moli ergo de baptismate gloriari: quasi ex ipso salus tibi sufficiat. Moli trasci: depone fel: veni ad columbā. Hic tibi, p̄derit: quod sortis nō solū nō, p̄derat: sed etiam oberat. Neq; dicas non venio: q; foris sum baptizatus. Ecce incipe habere charitatē: incipe habere fructū: inueniat inte fructus: mittat te columba intro. ¶ Jnuenim⁹ hoc in scriptura. Jmputribilibus lignis archa fuerat fabricata. Jmputribilia ligna sancti sunt fideles: pertinentes ad xp̄m. Quomodo in tēplo lapides viui de quib⁹ edificat⁹ tem plum: hoīes fideles dicti sunt: sic ligna imputribilia hoīes perseuerātes in fide. Jn ipsa ergo archa ligna imputribilia erant. Archa enī ecclesia est: ibi baptizat colūba. Archa enī illa in aqua ferebat. Ligna imputribilia intus erant: baptizata sunt. Jnuenim⁹ quedā ligna baptizata: omnes arbores que erant in mūdo. Ipsa tamen aqua erat / nō erat altera. Omnis de celo venerat: et de abyssis fontiū. Ipsa erat aqua in qua baptizata sunt ligna imputribilia que erāt in archa: in qua baptizata sunt ligna foris. Missa est colūba. Et primo nō inuenit requiē pedibus suis: redijt in archā. Plena enim erant aquis omnia: et maluit redire ēq; rebaptizari. Coruus autē ille emissus est anteq; siccaret aqua: rebaptizatus redire noluit: mortu⁹ est in his aquis. Auertat de⁹ corui illius mortē. Nam quare nō est reuersus: nisi quia aquis interfectus est? At vero colūba nō inueniens requiē pedib⁹ suis cum ei vndiq; clamaret aqua / veni / veni: hic tingere: quomodo clamāt isti heretici / veni hic habes: nō inuenens illa requiē pedibus suis reuersa est ad archam. Et misit illā noe iterū: sicut vos mittit archa vt loquamur illis. Et quid fecit postea colūba? Quia erāt ligna foris baptizata: reportauit ramū de oliua. Ramus ille: et folia et fructum habebat. Nō sint in te sola verba: nō sint in te sola folia: sit fructus: et redis ad archam / nō per teipsum. Colūba te reuocat. Gemit te foris: vt illos intro reuocetis. Et enī fructus ille oliue si discutiat⁹ inuenies quid erat. Unde hoc p̄bamus? Quomodo enī oleū a nullo humore p̄mit⁹: sed disruptis oīb⁹ exilit et supeminet: sic est et charitas. Nō potest p̄emi in ima: necesse est vt ad superna emicet. Propterea de illa dicit apl's. Adhuc supeminētiorem viā vobis demōstro. Quia dixim⁹ de oleo quia supeminet: ne forte nō de charitate dixit apl's: supereminentiorē viā vobis demōstro: audiamus quid seqūtur. Si linguis hoīm loquar et angelorū: charitatē autē nō
j.Cor.xiij. habeā: fact⁹ sum tanq̄s eramentū sonās: aut cymbalū tinniens. Duo nūc donate exclama. Disertus sum: ⁊ clama doct⁹ sum. Etum disertus: etum doctus? Nunquid linguis angelorū locutus es? Et tamen si linguis angelor⁹ loquereris charitatē non habēs: audiremera sonantia / et cymbala tinnientia. Solliditatē aliquam quero: fructū in foliis inueniā. Non sint sola verba: habeāt oliuam: redeant ad archā. Sed inquies habeo sacramentū: verū dicis. Sacramētū diuinū est. Habes baptisma. Et ego cōfiteor. Sed quid dicit idem apostol⁹? Si sciero oīa sacramēta et habuero, pphetiam et oēm fidem ita vt mōtes transferā: ne forte ⁊ hoc diceres credidi: sufficit mihi. Sed qđ dicit iacobus? Et demones credunt et contremiscunt. Magna est fides: sed nihil p̄odest si nō habeat charitatem. Cōfitebātur et demones christū. Ergo credendo: sed nō diligendo dicebant. Quid nobis et tibi fili dei? Fidē habebant: charitatē non habebāt: ideo demones erant. Moli de fide gloriari: adhuc demonibus cōparādus es. Moli dicere xp̄o dño: mihi et tibi quid est. Unitas enim xp̄i tibi loquitur. Veni: cognosce pacē: redi ad viscera columbe. Foris baptizatus es: habeto fructū: et redi ad archam et tu. Quid nos queritis si mali sumus? Et boni sitis Jdeo vos querim⁹: quia mali estis. Nā si mali non essetis:

inuenissemus vos: nõ vos quererem⁹. Qui bonus est / tã inuentus est: qui malus est / adhuc querit. Ideo vos querim⁹: redite ad archam. Sed iã habeo baptisma. Si omnia sacramenta scier o et habuero, pphetiam et oẽm fidẽ ita vt mõtes transferã: charitatẽ autẽ non habeã: nihil sum. Fructũ ibi vt deam: oliuã vbi videã: ꝛ reuocaris ad archam. Sed inquit? Ecce nos multa mala patimur. Hec si pro xpo pateremini: non p honor⁹ vestris. Audite quid sequit. Jactãt se enim aliquãdo quia elemosynas multas faciũt: dant pauperibus quia patiũtur molestias: sed pro donato non pro xpo. Vide quomodo patiaris. Mã si pro donato pateris: p superbo pateris. Non es colũba: si p donato pateris. Non erat ille amicus sponsi. Mã si amicus esset sponsi: gloriã sponsi quereret: nõ suã. Vide amicum sponsi dicẽtem. Hic est qui baptizat. Ille non erat amicus spõsi: p quo pateris. Mõ habes vestẽ nuptialem: et si ad cõuiuium venisti: foras habes mitti. Jmmo quia foras missus es: ideo miser es. Redi aliquando: et noli gloriari. Audi qd dicat apostol⁹. Si distribuero omnia mea pauperib⁹: et tradidero corpus meũ vt ardeam: charitatẽ autem nõ habeã: nihil sum. Ecce qõ nõ habes. Si tradidero (inqt) corpus meũ vt ardeam: et vtiq; p nomie christi Sed q: sunt multi q̃ tactãter illud faciunt: non cũ charitate: ideo si tradidero corpus meũ vt ardeam: charitatẽ autẽ nõ habeã: nihil mihi prodest. Charitate fecerũt martyres illi qui in tẽpore psecutionis passi sunt: charitate fecerũt. Jsti autẽ de tumore: ꝛ de superbia faciũt. Mã cũ persecutio desit seipsos precipitãt. Veni ergo: vt habeas charitatẽ. Sz nos habemus martyres. Quos martyres? Mõ sunt colũbe: ideo volare conati sunt: et de petra ceciderunt. ¶ Omnia ergo fratres mei videtis quia clamãt aduersus illos omnes pagine diuine: oẽs pphetia: totũ euangeliũ: oẽs apostolice littere: oẽs gemit⁹ columbe: ꝛ nõdum euigilãt: nondũ expergiscũtur. Sed si colũba sumus: gemamus: tolerem⁹: sperem⁹. Aderit misericordia dei: vt efferueat ignis spiritussancti in simplicitate vestra: ꝛ veniẽt. Mõ est desperandũ. Orate: predicate: diligite: prorsus potẽs est dns. Jã ceperũt cognoscere frontẽ suam. Multi cognouerũt: multi erubuerũt. Aderit xps vt cognoscãt et ceteri. Et certe fratres mei vel palea sola ibi remaneat: oẽia grana colligẽtur. Quicqd ibi fructificauit: redeat ad archã per colũbã. Modo deficientes vbiq; quid nobis pponunt? nõ inuenientes qd dicant? Villas nostras tulerũt: fundos nostros tulerũt: pferunt testamẽta hominũ. Ecce vbi gaius eius donauit fundũ ecclesie: cui preerat faustin⁹. Cui⁹ episcopus erat faustin⁹? Ecclesie. Quid est ecclesie? Ecclesie dixi: cui preerat faustinus. Sed nõ ecclesie pẽrat faustin⁹: sed parti preerat. Colũba aũt ecclesia est. Quid clamas? Mõ deuorabimus villas: colũba illas habeat. Quer ak que sit columba: ꝛ ipsa habeat. Mã nostis frẽs mei: quia ville iste nõ sunt augustini. Et si vos non nostis et putatis me gaudere in possessione villarũ. Deus nouit: ipse scit: quid ego de illis villis sentiã: vel quid ibi sufferam. Mouit gemit⁹ meos: si mihi aliqd de colũba imparti dignat⁹ est. Ecce sunt ville. Quo iure defendis villas: diuino an humano? Respõdeant. Diuinũ ius inscripturis habemus: humanũ ius legib⁹ regũ. Vnde quisq; possidet: possidet? Mõne qõ iure humano? Mã iure diuino. Dñi est terra et plenitudo eius. Paupres et diuites de⁹ de vno limo fecit: et pauperes ꝛ diuites: vna terra supportat. Jure tñ humano dicit Hec villa mea est: hec domus mea: hic seru⁹ meus est. Jure ergo humano: iure imperatorũ. Quare? Quia ipsa iura humana per iperatores et reges seculi deus tribuit generi humano. Vultis legamus leges iperatorũ: et fm ipsas agam⁹ de villis? Si iure humano vultis possidere: reticem⁹ leges imperatorũ: videam⁹ si aliqd voluerũt ab hereticis possideri. Sed qd mihi est imperator? Scõm ius ipsi⁹ possides terram. Aut tolle iura iperatorũ: ꝛ qs audet dicere: mea est illa villa: aut me⁹ est ille seruus: aut dom⁹ hec mea est? Si aũt vt teneãtur ista ab hoibus iura acceperũt regũ: vultis recitamus leges: vt gaudeatis: quia vel vnũ horum habeatis et nõ imputetis nisi mãsuetudini columbe: quia vel ibi vobis permittit permanere? Legunt enĩ leges manifeste: vbi preceperunt iperatores eos qui preter ecclesie catholice cõmunionẽ vsurpant sibi nomen christianũ: nec volũt in pace colere pacis auctorẽ: nihil nomine ecclesie audeant possidere

in decret. distin. viij. quo iure.

Sed quid nobis et iperatori? Sed iam dixi: de iure humano agitur. Et tamen apostol⁹ voluit seruiri regibus: voluit honorari reges: ꝛ dixit. Reges reueremini. Voli dicere: qd mihi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regũ possidẽtur possessiones. Dixisti: quid mihi et regi? Noli dicere possessiones tuas: quia ad ipa iura humana renunciasti quibus possidẽtur possessiones. Sed de diuino iure ago Ait. Ergo euãgelium recitemus. Videamus quouscq; ecclesia catholica xpi est super quem venit columba que docuit. Hic est qui baptizat. Cum dicat scriptura: vna est columba mea: quomodo ergo iure diuino possideat qui dicit: ego baptizo: cũ dicat colũba: hic est qui baptizat: cũ dicat scriptura: vna est colũba mea: vna est matris sue? Quare laniastis columbã? Immo laniastis viscera vestra. Mã vobis laniastis: columba integra perseuerat. Ergo fratres mei si vbiq; non habent qõ dicant: ego dico vobis quid faciãt. Veniant ad catholicã: et vobiscum habebũt nõ solum terram sed etiã illum qui fecit celum et terram. J. Petri. ij

Tractatus. vij.

¶ Et ego vidi et testimoniũ phibui quia hic est filius dei. Altera die iterũ stabat Johãnes ꝛ ex discipulis ei⁹ duo. Et respiciẽs iesum ambulantem dixit. Ecce agn⁹ dei. Et audierũt eũ duo discipuli loquẽtem. Et secuti sũt iesum. Cõuersus aũt iesus ꝛ vidẽs eos sequẽtes se dicit eis. Quid queritis? Qui dixerũt ei. Rabbi qõ dicit interptatum magister vbi habitas? Dicit eis. Venite et videte: venerũt ꝛ viderũt vbi maneret. Et apũd eũ mãserũt die illo: hora autẽ erat quasi decima. Erat autẽ Andreas frater symonis petri vn⁹ ex duob⁹ q̃ audierat a iohãne. Et secuti fuerant eũ. Jnuenit hic primũ fratrẽ suũ symonẽ. Et dicit ei inuenim⁹ messiam: qõ est interpretatũ xps. Et adduxit eũ ad iesum: intuitus aũt eum iesus dixit. Tu es Symon filius iohãna. Tu vocaberis cephas: qõ interptatur Petr⁹. Jn crastinũ voluit exire in galileã. Et inuenit philippũ. Et dicit ei iesus: sequere me. Erat autẽ Philippus a bethsaida ciuitate Andree et petri: inuenit philipp⁹ nathanael. Et dicit ei. Quẽ scripsit moyses in lege et pphete? Jnuenim⁹ iesum filiũ ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanahel a nazareth potest aliqd boni esse? Dicit ei philippus: veni ꝛ vide. Vidit iesus nathanahel veniẽtem ad se: et dicit de eo. Ecce vere israhelita in quo dol⁹ nõ est. Dicit ei nathanahel. Vnde me nosti? Respõdit iesus et dixit ei. Priusq; te philippus vocaret cũ esses sub ficu vidi te. Respõdit ei nathanahel: et ait. Rabbi tu es fili⁹ dei: tu es rex israel. Respõdit iesus et dixit ei. Q: dixi tibi: vidi te sub ficu credis maius his videbitis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis: videbitis celũ apertum: et angelos dei ascẽdentes et descendentes super filium hominis.

A

Congaudemus frequẽtie vestre: quia vltraq; sperare potuimus: alacriter cõuenistis. Hoc est ergo quod nos letificat et cõsolatur in omnibus laboribus et periculis vite huius amor vester in deum: et pium studiũ: et certa spes: et feruor spiritus. Audistis cũ psalmis legeretur: quia inops et pauper clamat ad deum in hoc seculo. Vox enim est vt sepius audistis et meminisse debetis non vnius hominis: ꝛ tamen vnius hominis. Mõ vni⁹ quia fideles multi. Multa grana inter paleas gemẽtia diffusa toto orbe terrarum. Vnus autem quia membra christi omnes: ac per hoc vnum corpus. Jste ergo vnus populus Psalm. lxxxvij.

Expositio diui Augustini In euāgeliū scd̄m Johānē

inops et pauper non nouit gaudere de seculo / et dolor eius intus est: et gaudium eius intus est: vbi nō videt nisi ille qui audit gementē et coronat sperantem. Letitia seculi vanitas. Cum magna expectatione sperat vt veniat: et nō potest teneri cum venerit. Iste enim dies qui letus est: perditis hodie in ista ciuitate: cras vtiq; non erit: nec idē ipsi cras hoc erunt / quod hodie sunt. Et transeūt oīa / et euolant oīa: et sicut fumus vanescūt. Et ve qui amant talia. Oīs enim anima sequit quod amat. Oīs enim caro fenū / et oīs honor carnis quasi flos feni. Fenū aruit: flos decidit: verbum autem dñi manet in eternū. Ecce quod amas: si vis manere in eternum. Sed dicere habeas. Vnde possum apprehēdere verbū dei? Verbum caro factū est: et habitauit in nobis. Quapropter fratres charissimi ad inopiā nostrā / t paupertatem nostrā pertineat: et qō illos dolem⁹ qui sibi abundare vidētur: Gaudiū enī ipsorū quasi freneticorū ē: Quō autem freneticus gaudet i insania plerūq; t ridet: t plāgit illū qui sanus est. Sic et nos fratres charissimi si recipiamus medicinam de celo venientem / quia et nos oīes frenetici eram⁹ tanq; salui facti qui ea que diligebamus non diligimus: gemimus ad deū de his qui adhuc insani sunt. Potest enim vt et ipsos saluos faciat. Et opus est vt respiciant se: et displiceant sibi. Spectari volunt / t spectari se non nouerūt. Nam si aliquātum oculos ad se conuertāt: vident cōfusionem suam. Qō donec fiat / alia sint studia nostra: alia sint auocamēta anime nostre. Plus valet dolor noster qd̄ gaudium illorū Quātum pertinet ad numerū fratrum: difficile est vt quisq; ex illa celebritate raptus fuerit ex viris. Quātum autē ad sorozum numerū: cōtristat nos. Et hoc magis dolendum est: quia non ipse potius ad ecclesiā currunt: quas debuit si non timor: certe verecundia de publico reuocare. Viderit hoc qui videt: et aderit misericordia eius / vt saluet oīes. Nos autē qui conuenim⁹ pascamur epulis dei: et sit gaudium nostrum sermo ipsius. Inuitauit enī nos ad euāgeliū suum: et ipse cibus noster est quo nihil dulcius: sed si quis habeat palatum sanū in corde. Bene enī arbitror meminisse charitatē vestram hoc euāgelium lectionib⁹ congruis ex ordine recitari: et puto vobis nō excidisse que iam tractata sunt: maxime recentiora: de iohāne et de columba. De iohanne scz / qd nouum didicerit in dño per columbā: qui iam nouerat dñm Et hoc inuentū est inspirante spiritu dei qō iam quidem iohannes nouerat in dño. Sed qō ipse dñs ita esset baptizaturus vt baptizandi potestatē a se in neminē transfunderet hoc didicit per columbā: quia dictū ei erat: super quem videris spiritū descendentem velut columbā et manētem super eū: hic est qui baptizat in spiritusancto. Quid est: hic est? Nō est alius: et si per aliū. Quare autez per columbā? Multa dicta sunt: nec possum: nec opus est oīa retexere: precipue tamē ꝓpter pacē: qz t ligna que baptizata sunt foris / quia fructū in eis inuenit colūba ad archā attulit. Sicut meministis columbā missam a noe de archa que diluuio natabat t baptismo abluebat: non mergebatur. Cū ergo esset emissa: attulit ramū oliue. Sed nō sola folia habebat: habebat et fructum. Itaq; hoc optandū est fratrib⁹ nostris qui foris baptizant: vt habeant fructū. Non illos sunt columba foris: nisi ad archam reduxerit. Fructus autē est totus charitas. Sine qua nihil est homo: quicqd aliud habuerit. Et hoc vberrime ab
j. Cor. xiij. apostolo dictū cōmemorauim⁹ et recensuim⁹. Aut enim. Si linguis hoim loquar et angelorū / charitatē autē non habeā factus sum velut eramētum sonans aut cymbalum tinniēs. Et si habuero oēm scientiā et sciam oīa sacramenta / et habeam oēm ꝓphetiā / et habuero oēm fidem: fidem autē quomodo dixit oēm? vt montes tranferā / charitatē autē nō habeam: nihil sum. Et si distribuero oīa mea pauperib⁹ et si tradidero corpus meū ita vt ardeā. Charitatē autem nō habeam: nihil mihi prodest. Nullo modo autē possunt dicere se habere charitatē: qui diuidūt vnitatem. ¶ Hec dicta sunt
B sequētia videam⁹. (Perhibuit iohānes testimoniū:) qz videt. Quale testimonium perhibuit: quia ipse est filius dei. Oportebat enim vt ille baptizaret: qui est filius dei: vnicus nō adoptiuus. Adoptati filij: ministri sunt vnici. Vnicus habet potestatē: adoptati ministeriū. Licet baptizet minister non pertinēs ad numerū filiorū / qz male viuit et male agit: quid nos cōsolat? Hic est qui baptizat. (Altera die iterū stabat iohānes: et ex discipulis eius duo. Et respiciens iesum ambulantem: † dicit. Ecce agnus dei.) Vtiq; singulariter iste agnus. Naz et discipuli dicti sunt agni. Ecce ego mitto vos: sicut agnos in medio lupoꝝ. Dicti sunt et ipsi lumen vos autē estis lumen mundi. Sed aliter ille de quo dictū est Erat lumen verum: qō illuminat oēm hominem venientem in hunc mūdum. Sic et agnus singulariter solus sine macula: sine peccato. Non cuius macule absterse sint: sed cui⁹ macula nulla fuerit. Quid enī quia dicebat iohānes de dño: ecce agnus dei? Ipse iohānes nō erat agnus? Nō erat vir sanctus? Non erat amicus spōsi? Ergo singulariter ille: hic est agnus dei: qz singulariter huius agni sanguine solo / hoies redimi potuerūt. Fratres mei: si agnoscimus preciū nostrū quia sanguis est agni: qui sunt illi qui hodie celebrāt festiuitatem sanguinis nescio cuius mulieris. Et qm̄ ingrati sunt? Raptū est aurū dicunt de aure mulieris: et cucurrit sanguis Et positū est aurū in trutina vel in statera: et prepōderauit multū de sanguine. Si pondus ad inclinandū aurū habuit sanguis mulieris: quale pondus habet ad inclinandū mundum sanguis agni per quē factus est mūdus? Et quidē ille spirit⁹ nescio quis vt premeret pondus: placat⁹ est sanguine Immūdi spiritus nouerāt venturum iesum xp̄m: audierāt Marci. j.
ab angelis: audierāt ex prophetis et sperabant eū venturū. Nam si nō sperabant: vnde clamauerunt quid nobis et tibi est? Veneristi ante tēpus perdere nos: scim⁹ qui sis sanct⁹ dei Venturū sciebant: sed tēpus ignorabāt. Sed quid audistis in psalmo de hierusalē? Quomodo beneplacitum habuerūt serui tui lapides eius: et pulueris eius miserebūtur. Tu exurgens misereberis syon: qm̄ venit (inq̄t) tēpus vt miserearis eius. Quādo venit tēpus vt misereretur domin⁹? Venit agnus. Qualis agnus? Quē lupi timent. Qualis agnus est? Qui leonē occisus occidit. Dictus est enī diabolus leo: circūiens et rugiens querēs quem deuoret. Sanguine agni victus est leo. Ecce spectacula xp̄ianoꝝ: et quod est amplius illi oculis carnis vident vanitatē: nos cordis oculis veritatem. Ne putet⁊ fratres qō sine spectaculis dimisit nos dñs deus noster. Nā si nulla sunt spectacula: cur hodie conuenistis? Ecce qō diximus vidistis: et exclamastis. Non exclamaretis: nisi vidissetis. Et magnū est hoc spectare per totū orbem terrarū: victū leonē sanguine agni / educta de dentibus leonū membra xp̄i: et adiūcta corpori xp̄i. Ergo nescio quid simile imitatus est quidā spirit⁹ / vt sanguine simulachrum suū emi vellet: qz nouerat precioso sanguine qm̄cūq; redimendū esse genus humanū. Fingūt enim spūs malignas quasdā honoris sibimetipsis / vt sic decipiant eos q̄ sequūtur xp̄m. Vlsq; adeo fratres mei / vt illiipsi qui seducunt per ligaturas: per precātationes: p machinamenta inimici / misceāt precātationibus suis nomen xp̄i: qz iam nō possunt seducere xp̄ianos / vt dent venenū / addūt mellis aliquid: vt per id qō dulce est / lateat qō amarū est et bibāt ad perniciē. Vlsq; adeo vt ego nouerim aliquot pe illius paleati sacerdotem solere dicere / et ipse paleatus xp̄ianus est. Vt quid hoc fratres: nisi quia aliter nō possunt seduci xp̄iani? Ne queratis q̄ alibi xp̄m: qm̄ vbi vobis voluit p̄dicari xp̄s. Et quomodo vobis voluit predicari / sic illū tenete / sic in cordibus vestris scribite. Murus est aduersus oīes impetus: et aduersus oīes insidias inimici. ¶ Nolite timere: nec tentat ille ni E
si permissus fueris. Cōstat illū nihil facere: nisi permissum fuerit: aut missum. Mittit tanq; angelus malus a potestate dominante: mittit qm̄ aliquid petit. Et hoc fratres nō fit nisi vt probētur iusti: puniātur iniusti. Quid ergo times? ambula in dño tuo: certus esto / qō te nō vult pati / non pateris: qō te permiserit: pati. Flagellū corrigentis est: nō pena dānantis. Ad hereditatē sempiternā eruditur: et flagellari dedignamur? Fratres mei si recusaret quisq; puer colaphis: aut flagellis cedi a patre suo: quomodo diceret superbus desperatus: ingratus paterne discipline? Et vt quid erudit pater homo / filiū hoiem: vt possit non perdere tempora: alia que illi acq̄siuit: que illi collegit: que: nō vult eū perdere: que ipse q̄ relinquit nō potuit in sempiternū tenere. Non docet filium cū quo possideat: sed qui post eū possideat. Fratres mei si filium docet pater successorē: et quē docet et ip̄m sīliter p oīa illa transiturū: qz et ille qui monebat trāsitur⁹ est: quomodo vultis erudiat nos pater noster cui nō successuri: sed ad quē

† Alia lit. dixit. War. x.

Joh. j.

accessuri sumus:et cũ quo in eternũ mãsuri in hereditate q̃ non marcescit/nec mouk/nec grandinẽ nouit? Et ipse hereditas et ipse pater est. Hũc possidebim⁹ et eruditi nõ debemus? Sufferamus ergo eruditionẽ patris:non qñ nobis dolet caput:curramus ad p̃decãtatores/ad sortilegos/ꝛ remedia vanitatis. Fratres mei nõ vos plãgam quotidie ĩuenio ista. Et quid faciã? Mondum psuadeo xp̃ianis in xp̃o spem esse ponẽdã? Ecce si cui factũ est remediũ moriak. Q̃ multi enĩ cũ remedijs mortui sunt: ꝛ q̃m multi sine remedijs vixerunt. Qua fronte exijt aĩa ad deũ? Perdidit signũ xp̃i:accepit signũ diaboli. An forte dicet/nõ perdidi signũ xp̃i? Ergo signũ xp̃i cũ signo diaboli habuisti. Non vult xp̃s cõmunionem:sed solus vult possidere qđ emit. Tãt emit vt solus possideat:tu facis ei cõsortẽ diabolũ:cui te per pctũ vendideras. Te duplici corde:qui in corde suo partẽ faciunt diabolo. Iratus de⁹/quia fit tibi pars diabolo:discedit: et totũ diabolus possidebit. Nõ frustra itaq̃ apl's dicit:neq̃ detis locũ diabolo. Cognoscam⁹ ergo agnũ fratres:cognoscam⁹ p̃ciũ nostrũ. Ecce duo de discipulis iohãnis qꝛ talis erat iohãnes amic⁹ sponsi/nõ quereb at gloriã suã:sed testimoniũ phibebat veritati. Nũquid voluit apud se remanere discipulos suos vt non sequerenk dñm? Magis ipse ostẽdit discipulis suis quẽ sequerenk. Habebãt enĩ illũ tanq̃ agnum. Et ille. Quid me attenditis? Ego nõ sum agn⁹. Ecce agn⁹ dei. De quo et superi⁹ dixerat:ecce agn⁹ dei. Et quid nobis prodest agn⁹ dei? Ecce ait qui tollit pcã mũdi. Secuti sunt illũ hoc audito:duo qui erãt cũ iohãne. Videam⁹ sequẽtia.

†Alia lit. habet se †Alia lit. habet et. †Alia lit. dicit inter pretatum.

Ecce agn⁹ dei:hoc iohãnes. [Et audierũt eũ duo discipuli loquentẽ:ꝛ secuti sunt ieſũ. †Cõuersus aũt ieſus et vidẽs eos sequẽtes † dicit eis. Quid q̃ritis? Qui dixerũt. † Rabbi qđ interp̃tat magister. Vbi habitas?] Non sic illũ sequebãtur quasi iã inhererẽt illi. Mã manifestũ est quãdo illi inheserũt:qꝛ de naui eos vocaut. In his enĩ duobus erat andreas sicut modo audistis. Andreas autẽ frater petri erat. Et nouim⁹ in euãgelio q̃ petrũ et andreã dñs de naui vocauit dicens. Venite post me ꝛ faciã vos piscatores hoĩm. Et ex illo iã inheserũt illi vt nõ recederent. Modo ergo qđ illũ sequũtur isti duo:nõ quasi nõ recessuri sequũtur:sed videre voluerũt vbi habitaret:et facere quod scriptum est. Limen ostiorũ eius conculcet et terat pes tuus: surge ad illũ venire assidue et erudiri p̃ceptis ei⁹. Ostẽdit eis ille vbi maneret:ꝛ venerũt et fuerũt cũ illo. Q̃ beatũ diẽ duxerũt:q̃ beatã noctem. Quis est qui nobis dicat q̃ audierunt illi a dño? Edificemus nosmetipsi in corde nostro:et faciam⁹ domũ quo veniat ille et doceat nos:colloquat nobis. Quid queritis? Dixerũt ei. Rabbi:qđ dicit interp̃tatũ magister:vbi habitas?

D

†Al'.lit.nõ habet Et.

[Dicit eis. Venite et videte. †Et venerũt ꝛ viderũt vbi maneret:et apud eũ manserũt die illo. Hora autẽ erat quasi decima.] Nihil ne arbitramur ptinuisse ad euãgelistã: dicere nobis quota hora erat? Potest fieri vt nihil ibi nos aãduertere:nihil querere voluerit? Decima erat hora. Numer⁹ iste legẽ significat:qꝛ in decẽ p̃ceptis data est lex. Venerat autem tẽpus vt ipleretur lex per dilectionẽ:qꝛ a iudeis nõ poterat impleri per timorẽ. Vnde dñs dicit. Nõ veni soluere legẽ sed implere. Merito ergo decima hora eũ secuti sũt ad testimoniũ amici sponsi duo isti:et decima hora audiuit rabbi qđ interp̃tat magister. Si decima hora rabbi dñs audiuit:et decim⁹ numerus ad legẽ pertinet:magister legis non est nisi dator legis:qꝛ filius dedit legẽ. Nemo dicat qꝛ ali⁹ dedit legẽ:et alius docet legẽ. Ipse illã docet:qui illã dedit Ipse est magister legis sue:ꝛ docet illã. Et misericordia est in lingua ipsi⁹:ideo misericorditer docet legẽ:sicut dictũ est de sapiẽtia. Legẽ autẽ et misericordiã in lingua portat. Noli timere:ne implere legẽ nõ possis/fuge ad misericordiam. Si multũ est ad te legẽ implere/vtere pacto illo et cyrographo:vtere p̃cib⁹ quas tibi cõstituit et cõposuit iurisperit⁹ celestis. Qui enĩ habẽt causam et volũt supplicari imperatori:querũt aliquẽ scholasticũ iurisperitum/a quo sibi p̃ces cõponãtur:ne forte si aliter petierint q̃ oportet/nõ solũ non impetrẽt qđ petũt:sed et penã p beneficio cõsequãtur. Cum ergo quereret supplicare apostoli/ꝛ nõ inuenirẽt quomodo

Luce.xj.

adirent imperatorẽ deũ:dixerũt xp̃o. Dñe:doce nos orare. Hoc est iurisperite noster/assessor dei ĩmo cõfessor:cõpone nobis p̃ces. Et docuit dñs de libro iuris celestis/docuit quomodo orarent:et in ipso qđ docuit posuit quãdã cõditionem. Dimitte nobis debita nostra:sicut ꝛ nos dimittim⁹ debitoꝛib⁹ nr̃is. Si nõ fm legẽ petier[/reus eris. Cõtremiscis imperatorẽ factus reus:offer sacrificiũ humilitat[/offer sacrificiũ misericordie:dic in p̃cibus/dimitte mihi quomodo et ego dimitto. Sed si dicis fac. Quid enĩ facturus es:q̃ iturus es/si mẽtitus fueris in p̃cibus? Non quomodo dicit in foro/carebis beneficio rescripti:sed nec rescriptũ ipetrabis. Juris enĩ forẽsis est:vt qui in p̃cib⁹ mẽtitus fuerit:nõ illi/p̃sit qđ ipetrauit. Sed hoc inter hoĩes/qꝛ potest falli homo:potuit falli iperator:qñ p̃ces misisti/dixisti enĩ qđ voluisti:et cui dixisti:nescit an verũ sit. Dimisit te aduersario tuo cõuincendũ:vt si ante iudicẽ cõuictus fueris de mendacio:qꝛ nõ potuit ille nisi p̃stare/nesciẽs an fueris mẽtitus: ibi carebis ipso beneficio rescripti/quo pduxisti rescriptum Deus aũt qꝛ nouit vtrũ mẽtiaris an verũ dicas/nõ facit vt in iudicio tibi nõ p̃osit:sed nec ipetrare te p̃mittit/quia ausus es mentiri veritati. Quid ergo factur⁹ es/dic mihi. Impiere legẽ ex oĩi parte ita vt in nullo offendas difficile est. Beatus ergo certus est/remedio vti non vis. Ecce fratres mei:quale remediũ posuit deus contra egritudines anime. Quid ergo? Cũ caput tibi dolet: laudamus si euangeliũ ad caput tibi posueris et nõ ad ligaturã cucurreris. Ad hoc enĩ perducta est infirmitas hoĩm:et ira plangẽdi sunt homines/qui currunt ad ligaturas:vt gaudeamus qñ videm⁹ hoĩem in lectulo suo cõstitutũ/iactari febrib⁹ et doloꝛibus:nec alicubi spem posuisse/nisi vt sibi euangeliũ ad caput poneret: nõ quia ad hoc factũ est:sed qꝛ p̃latũ est euangeliũ ligaturis. Si ergo ad caput ponit vt quiescat doloꝛ capitis:ad coꝛ non ponit vt sanet a peccatis? Fiat ergo. Quid fiat? Ponatur ad coꝛ:sanet coꝛ:bonũ est. Bonũ est vt de salute coꝛporis nõ satagas:nisi vt a deo illã petas. Si scit tibi p̃desse dabit illã:si nõ tibi dederit nõ tibi proderit habere illã. Q̃ multi egrotãt in lecto innocẽtes:et si sani fuerint p̃cedũt ad scelera cõmittenda. Q̃ multis obest sanitas. Latro q̃ p̃cedit ad faucẽ occidere hoĩem:q̃to melꝰ illi erat vt egrotaret? Qui nocte surgit ad effodiendũ parietẽ alienũ:q̃to illi melius si febrib⁹ iactaret? Innocẽtius egrotaret:scelerate sanus est. Nouit ergo de⁹ qđ nobis expediat:id agam⁹ vt coꝛ nostrũ sanũ sit a pctis. Et qñ forte flagellamur in coꝛpore:ipm̃ depr̃ecamur. Rogauit eũ paul⁹ apl's vt auferret ab eo stimulũ carnis/et noluit auferre. Nũquid pturbat⁹ est? Et nũquid cõtristat⁹ dixit se desertũ? Magis se dixit nõ desertũ:qꝛ nõ ablatũ est qđ volebat auferri:vt illa ifirmitas sanaret. Hoc enĩ inuenit in voce medici. Sufficit tibi gr̃a mea:nã virtus ij. Coꝛ.xij. in infirmitate p̃ficit. Vnde ergo scis si qđ non vult te sanare de⁹ adhuc tibi expedit flagellari? Vñ scis q̃ putre est quod secat medic⁹:agens ferrũ per putrida? Nonne nouit modũ quid faciat:quousq̃ faciat? Nũquid vlulat⁹ eius q̃ secak retrahit manus medici artificiose secantis? Ille clamat:ille secat. Crudelis qui nõ audit clamantẽ:an potius misericoꝛs: qꝛ vulnus persequit vt sanet egrotũ? Hec fratres ideo dixi: ne q̃s queret aliq̃d p̃ter auxiliũ dei. Quãdo forte in aliqua coꝛreptione domini sumus:videte ne pereatis:videte ne ab agno recedatis:et a leone deuoꝛemini. Dixim⁹ ergo quare

E

hora decima:sequẽtia videam⁹. [Erat †andreas frater sy- †Al'.autẽ. monis petri:vnus de duob⁹ qui audierãt †ab iohãne:et se- †Al'as.a cuti fuerant eũ. Inuemt hic †symonẽ fratrẽ suũ et dicit ei. †Al'.p̃mũ Inuenim⁹ messiam:qđ est interp̃tatũ xp̃s.] Messias he- fratrem. braice:latine vnctus:grece christ⁹ est. Ab vnctione enĩ dicitur christ⁹. Chrisma vnctio est grece:ergo christ⁹ vnct⁹. Ille singulariter vnctus:p̃cipue vnct⁹: vnde oẽs christiani vngũtur. Ille p̃cipue:quomodo in psalmo dicit Audi. Pro- pꝰ.xliij. pterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo exultationis:p̃ participibus tuis. Participes enĩ ei⁹ oĩes sancti. Sed ille singulariter sanctus sanctoꝛ:singulariter christ⁹: singulariter vnctus. [† Et duxit ad ieſum] andreas fratrẽ suũ symonẽ. [Jn †Al'.addu tuitus aũt eũ ieſus dixit. Tu es symon filius † iohãnis: tu xit eum. † vocaris cephas qđ interp̃tat petrus:] Non magnum qꝛ †Alia lit. dñs dixit cuius filius esset iste. Quid magnũ dño? Omna no Johanna. mina sanctoꝛũ suoꝛ sciebat:quos ante constitutionẽ mundi † Alia lit. p̃destinauit:et miraris quia dixit vni homini:tu es filius vocaberis illius:et tu vocaberis illud? Magnũ:quia mutauit et nomẽ et fecit de symone petrũ. Petrus aũt a petra:petra vero ec-

Expositio diui Augustini In euangeliū scōm Johānē

clesia. Ergo in petri nomine figurata est ecclesia. Et quis securus: nisi qui edificat supra petram? Et quid ait ipse dñs? Mat. vij. Qui audit verba mea hec & facit ea: similabo eū viro prudēti edificāti supra petrā: nō cedit tentationib⁹. Descēdit pluuia: aduenerūt flumina: flauerūt venti /et impegerunt in domum illā et nō cecidit. Fundata enim erat supra petrā. Qui audit verba mea et non facit ea: tā vnusquisq; nostrū timeat et caueat: similabo eū viro stulto qui edificauit domū suā supra arenā. Descēdit pluuia: venerunt flumina: flauerūt venti: et impegerūt in domū illam: et facta est ruina ei⁹ magna. Quid prodest q; intrat ecclesiā: qui vult super arenā edificare? Audiendo enī & nō faciēdo: edificat quidē: sed sup arenā Si enī nihil audit: nihil edificat: si audit edificat. Si querimus vbi? Si enī audit et facit: supra petrā: si audit et non facit: super arenā. Duo sunt genera edificātium: aut supra petram: aut supra arenā. Quid ergo illi qui nō audiūt? Securi sunt? Securos eos dicit q; nihil edificār. Mudi sunt sub pluuia ante ventos /ante flumina: cū venerint ista: ante illos tollunt q; domus deijciant. Ergo vana est securitas: et edificare et supra petrā nō edificare. Si audire vis et nō facere edificas: sed ruinā edificas. Cū autē venit tentatio deijcit domum: et cū ipsa ruina tua te tollit. Si autē non audis nudus es: illis tentationib⁹ tuipse retraheris. Audi ḡ et fac. Unus est remediū. Quāti forte hodie audiēdo et nō faciēdo rapti sunt fluuio celebritatis hui⁹? Audiendo enī et nō faciendo: venit fluui⁹ ipsa celebritas anniuersaria: impletus torrens trāsiturus est et siccatur⁹: sed ve illi quē tulerit. Illud vero nouerit charitas vestra: q; nisi q̄s et audiat & faciat non edificat supra petrā: & nō pertinet ad nomentā magnū quod scōmendauit dñs. Intentū enim te fecit. Nam si hoc ante petrus vocarek: nō ita videres mysterīū petri: et putares casu eum sic vocari nō ꝓuidentia dei? Ideo voluit eū aliud p⁹ vocari: vt ex ipsa cōmutatione nois sacramēti viuacitas cōmendarek. [Et in crastinū voluit † dñs iesus exire in galile †Alia lit. nō hz. & dom⁹ iesus † al'. Et dicit ei iesus †Al'. lit. hz nathanahel. am: et inuenit philippū † Dicit ei. Sequere me. Erat autez de ciuitate andree et petri. Et inuenit philippus † nathanahelem] iam vocat⁹ a dño: [et dixit ei. Quē scripsit moyses et pphete: inuenim⁹ filiū ioseph.] Quis filius dicebak: cui desponsata erat mater ei? Nam q̄ ea intacta cōcep⁹ et natus sit: bene nouerūt oēs christiam ex euāgelio. Hoc philippus dixit nathanahelī: addidit & locū [a nazareth. Et dixit †Alia. lit. habet ei. † nathanahel. A nazareth potest aliq̄d boni esse.] Quid intelligik fratres: nō quomodo aliqui ꝓnūciant. Mā et sic solet ꝓnūciari. A nazareth potest aliquid boni esse. Sequik †al'. lit. hz dic ei philippus. enī vox philippi † [et dixit. Veni et vide.] Ambas enī ꝓnūciationes potest ista vox sequi: siue sic ꝓnūcies tanq̄ cōfirmans a nazareth potest aliq̄d boni esse. Et ille: veni et vide: siue sic dubitans: et totū interrogans. A nazareth potest aliq̄d boni esse. Veni et vide. Siue illo modo: siue isto ꝓnūcietur: nō repugnāt verba sequentia. Nostrū est quere re: q̄d potius intelligam⁹ in his verbis. Qualis fuerit nathanahel iste: in sequētibus ꝓbamus. Audite qualis fuerit. Dñs ipse perhibet testimoniū. Magnus dñs cognitus est testimonio iohānis. Beatus nathanahel cognitus testimonio veritat⁹ Quia dñs et si testimonio iohānis non cōmendarek: ipse sibi perhibuit testimoniū: q; sufficit sibi ad testimonium veritas. Sed q; veritatē nō poterant capere hoīes: per lucernā querebāt veritatē. Et ideo iohānes per quē dñs ostenderetur missus est. Audi dñm nathanahelī testimoniū perhibentem. Et dixit ei nathanahel. A nazareth potest aliq̄d boni esse? dicit ei philippus. Veni & vide. † Et vidit iesus nathanahelem † vementē ad se et dicit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus non est.] Magnū testimoniū. Hoc nec andree dictū: nec petro dictū: nec philippo: q̄ dictū est de nathanahele: ecce vere israelita in quo dolus nō est. Quid ergo facimus fratres: deberet iste ꝓmus esse in apostolis. Nō solū ꝓmus nō inuenik in apostolis: sed nec medius nec vltim⁹ inter duodecim nathanahel: cui testimoniū perhibuit fili⁹ dei dicens. Ecce vere israelita in quo dolus nō est. Querik causa: q̄tum dñs intimat: pbabiliter inuenim⁹. Intelligere enī debemus nathanahelē eruditū et peritū legis fuisse. Propterea noluit illū dñs inter discipulos ponere: q; idiotas elegit: vnde cōfunderet mundū. Audi apl'm dicentē ita. j. Cor. j. Videte (inquit) vocationē vestrā fratres: quia non multi sapiētes fm carnem: nō multi potentes: nō multi nobiles: sed infirma mūdi elegit de⁹: vt cōfundat fortia et ignobilia mūdi: et cōtemptibilia elegit deus: et ea que non sunt tanq̄ ea q̄ sunt: vt que sunt euacuētur. Si doctus eligerek fortasse ideo se diceret electū: q; doctrina meruit eligi. Dñs noster iesus christus volēs superbozū frangere ceruices: non quesiuit p oratorē piscatorē: sed de piscatore lucrat⁹ est imperatorem. Magn⁹ cyprianus orator: sed ꝓius petrus piscator p quez postea crederet non solū orator sed et imperator. Nullus nobilis primo electus est: nullus doctus: q; infirma mūdi elegit deus vt cōfunderet fortia. Erat autē iste magnus et sine dolo: hoc solo non electus: ne cuiq̄ videret dñs doctos elegisse. Et ex ipsa doctrina legis veniebat q̄ cū audisset a nazareth: scrutat⁹ enī erat scripturas et sciebat quia inde erat expectādus saluator: q̄ nō facile alij scribe & pharisei nouerant. Iste ergo doctissim⁹ legis cū audisset philippū dicentem: inuenim⁹ quē scripsit moyses in lege et ꝓphete a nazareth filiū ioseph. Ille qui optime scripturas nouerat audito nomine a nazareth: erect⁹ est in spem et dixit. A nazareth potest aliq̄d boni esse. Jā cetera de ipso videam⁹. Ecce vere israelita in quo dolus nō est. Quid est in quo dolus non est? Forte nō habebat pctā? forte nō erat eger? forte illi medic⁹ non erat necessarius? Absit. Nemo sic natus est vt illo medico nō egeret. Quid sibi ergo vult: in quo dolus non est? Aliquāto intētius queram⁹ apparebit modo in noīe dñi. Dolū dicit dñs: et oīnis qui verba latina intelligit scit quia dolus est cū aliud agik /et aliud fingik. Intēdat charitas vestra nō dolus dolor est. Propterea dico q; multi fratres imperitiores latinitatis loquūtur: sic vt dicant dolus illū torquet pro eo q̄ est dolor. Dolus fraus est: simulatio est. Quādo aliq̄s aliquid in corde tegit: et aliud loquik: dolus est: et tanq̄ duo corda habet. Unū quasi sinū cordis habet vbi videt veritatem: et alterū sinū vbi cōcipit mēdaciū. Et vt noueritis hūc esse dolū: dictum est in psalmis: labia dolosa. Quid est labia dolosa? Sequik. In corde & corde locuti sunt mala. Quid est in corde & corde: nisi duplici corde? Si ergo dolus in isto nō erat: sanabilē illū medicus iudicauit nō sanū. Aliud est enī sanus: aliud sanabilis: aliud insanabilis. Qui egrotat in spe sanabilis dicik: qui egrotat cū desperatione insanabilis: qui autē iam sanus est non eget medico. Medicus ergo q; venerat sanare /vidit istū sanabilem: quia dolus in illo non erat. Quomodo dolus in illo nō erat? Si peccator est: fatek se peccatorez. Si enī peccator est et iustū se dicit: dolus est in ore ipsius: ergo in nathanahele cōfessionē peccati laudauit: nō iudicauit nō esse peccatorē. Propterea cū pharisei q̄ sibi videbātur iusti /reprehēderēt dñm q; miscebatur egrotis medicus et dicerent. Ecce cū quib⁹ māducat /cū publicanis et peccatorib⁹: respōdit medicus freneticis. Non est opus sanis medicus sed male habētibus: nō veni vocare iustos sed pctōres. Hoc est dicere. Q; vos iustos dicitis cū sitis peccatores: sanos vos iudicatis cū langueatis: medicinā repellitis: nō sanitatē tenetis. Unde ille phariseus qui vocauerat dñm ad prandiū: sanus sibi videbak. Egrota autē illa mulier irrupit in domū in qua non erat inuitata: & desiderio salutis facta impudēs accessit: nō ad caput dñi: non ad man⁹ sed ad pedes. Lauit eos lachrymis /terfsit capillis suis: osculata est eos: vnxit vnguento: pacē fecit cū vestigijs dñi peccatrix. Reprehēdit ille tanq̄ sanus medicū ille phariseus qui illic discūbebat: et ait apud se. Hic si esset ꝓpheta: sciret que Luce. vij. mulier eius pedes tetigisset. Ideo autē suspicabak eū ignorasse /q; non illā repulit: quasi ne immūdis manib⁹ tangeret Mouerat autem ille: permisit se tangi vt tactus ipse sanaret Dñs videns cor phariseī: ꝓposuit simlitudinē. Duo debitores erant cuidā feneratori: vnus ei debebat quinquagīta denarios /alter quingentos. Cū non haberēt vnde redderēt donauit ambobus. Quis eū plus dilexit? Et ille. Credo domine: cui plus donauit. Et conuersus ad mulierē: dixit symōi Vides istam mulierē? Intrauī in domū tuam: aquam pedibus meis non dedisti: illa aūt lachrymis lauit pedes meos et capillis suis terfsit. Osculū mihi non dedisti: illa autē non destitit pedes meos osculari. Oleū mihi non dedisti: illa autem vnxit pedes meos vnguento. Propterea dico tibi. Remittūtur ei peccata multa: q̄m dilexit multū. Cui aūt modicum dimittik: modicum diligit. Hoc est dicere. Plus egro

qui solem suum facit oriri super bonos z malos: et pluit super iustos z iniustos. Quapropter si ei fit hō similis quē adorat: quid est /potēs est de⁹ de lapidib⁹ istis suscitare filios abrae Nos ipsos interrogemus: z videam⁹ quia factū est. Nos enim de gētibus venim⁹. De gētibus autē non venirem⁹: nisi de⁹ de lapidib⁹ suscitasset filios abrae. Facti sum⁹ filij abrae imitando fidē: non nascēdo per carnē. Sicut enī illi degenerando exheredati: sic nos imitādo adoptati. Ergo fres ad oēs gentes pertinebat etiā ista sexta hydria ꝓphetię: et ideo de omnibus dictū est: Capiētes metretas binas vl ternas. Sz quō ostendimus oēs gentes ptinere ad binas vel ternas metretas? Estimātis enim fuit quodāmodo vt ipsas diceret binas quas dixerat ternas: ad cōmendandū scilicet sacramentum. Quō sūt bine metrete? Circūcisio z ꝓputiū. Hos duos populos scriptura cōmemorat: et nullum prętermittit hoīm genus quando dicit circūcisio et ꝓputiū. In duobus istis noībus habes oēs gentes. Bine metrete sunt. His duob⁹ parietibus de diuerso venientibus ad pacem in seipso faciendā: lapis angularis fact⁹ est in christo. Ostēdamus z ternas metretas: in eisdē ipsis oībus gētibus. Tres enī erant filij noe: per quos reparatuz est genus humanū. Unde dominus ait.
Simile est regnum celorū fermēto: qō accepit mulier et ab-
Luce. xiij scondit in farine mēsuris tribus: quoadusqz ferm entaref totum. Que est ista mulier /nisi caro dñi? Quod est fermentum nisi euangelium? Que sunt tres mēsure: nisi omnes gētes ꝓpter tres filios noe? Ergo sex hydrie capiētes binas vel ternas metretas /sex sunt etates temporū capientes prophetiā pertinentē ad omnes gentes: siue in duobus generibus hominum: id est iudeis z grecis /sicut sepe apostolus cōmemorat: siue in trib⁹ ꝓpter noe tres filios significatos. Figurata est enī ꝓphetia pertingēs vsqz ad oēs gētes. Hā in eo qō pertingit dicta est metreta: sicut dicit apl's. Accepim⁹ mensurā pertingēdi vsqz ad vos. Gentibus enī euangelizans hoc ait: mensuram pertingendi ad vos.

Tractatus.x.

Post hoc descendit capharnaū ipse z mater eius et fratres ei⁹ et discipuli eius: et ibi mānserunt nō multis diebus. Et prope erat pascha iudeorum: et ascendit iesus hierosolymā: et inuenit in tēplo vendētes boues z oues et colūbas. Et nūmularios sedentes: et cū fecisset quasi flagellū de funiculis omnes eiecit de tēplo: oues quoqz z boues et nūmulariorum effudit es: z mensas subuertit. et his qui colūbas vendebāt dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domū patris mei domū negociationis. Recordati sunt vero discipuli eius quia scriptū est. Zelus domus tue cōmedit me. Respondērunt ergo iudei z dixerunt ei. Qō signū ostēdis nobis: q: hec facis? Respōdit iesus z dixit eis. Soluite tēplū hoc z i trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Dixerūt ergo iudei q̄draginta et sex annis edificatū est templū hoc. z tu in trib⁹ dieb⁹ excitabis illud? Ille aūt dicebat de templo corpis sui.

In psalmo audistis gemituz paupis cui⁹ mēbra p totā terrā tribulatiōes patiūtur vsqz in finē seculi. Satis agite fratres mei eē in his verbis: z de his mēbris. Hā tribulatio tota trāsitura ē. Ue gaudē tib⁹ xp̄ianis dicit. beati lugētes: qm̄ ipsi ꝓsolabunf. De⁹ hō factus est. Quid factur⁹ est hō: ꝓpter quē de⁹ fact⁹ est hō: Nec spes cōsolet nos in omni tribulatione: et tētatione hui⁹ vite. Nō enī cessat inimicus psequi: z si nō aperte seuit is dijs agit. Quid enī agit? et sup irā dolose agebāt. Unde dict⁹ est leo et
Pś.xc. draco. Sed q̄d dr xp̄o? Et cōculcabis leonē z draconē. Leo ꝓpter apertā iram: draco ꝓpter occultas insidias. Draco eiecit adam de paradiso. Jdē ipse psecurus est ecclesiā: dicēte petro. Quia aduersarius vester diabolus sicut leo rugiēs circūit: querēs quē deuozet. Non tibi seuitiā suam perdidis-

se diabolus videatur: quādo blanditur: tūc magis cauēdus est. Sed inter has oēs insidias et eius tentationes: quid faciamus: nisi qō ibi audiuimus? Ego autēcum mihi molesti pſ. xxxiiij essent induebā me cilicio et humiliabā in ieiunio aiam meā. Est qui exaudiat: ne dubitetis orare. Qui autē exaudit int⁹ manet. Non in montem aliquē oculos dirigatis: non faciem in stellam: aut solē aut lunaz leuetis. Non tunc exaudiri vos arbitremini: quando sup mare oratis: imo detestamini tales orationes. Munda tantū cubiculum cordis: vbi fueris: vbicunq; oraueris: intus est qui exaudiat: intus in secreto: quez pſ. xxxiij, sinum vocat cuz ait. Et oratio mea in sinu meo conuertetur. Quite exaudit: non est preterte. Non longe vadas nec te extollas. vt quasi attingas ad illū manibus. Magis si te extuleris cades: si te humiliaueris ipse appropinquabit. Hic dominus deus noster verbū dei: verbum caro factum est filius patris: filius dei: fili⁹ hominis. Excelsus vt nos faceret: humilis vt nos reficeret: ambulans inter homines: patiens hu- †Al.lit.hz post hec. mana: absondens diuina. † [Descendit] vt dixit euāgelista †Al.lit.hz eius. [in capharnaum: ipse et mater eius⁊ fratres eius et discipuli †⁊ ibi māserunt nō multis diebus.] Ecce habet matrē: habet fratres: habet⁊ discipulos. Unde fratres: vnde matrem. Fratres enim scriptura nostra: non eos solos appellare consueuit qui nascūtur ex eodem viro et femina: aut ex eodē vtero: aut ex eodez patre q̄uis diuersis matribus aut certe eodem gradu velut compatrueles aut ꝓsobrinos: non solū hos fratres nouit dicere scriptura nostra. Quomodo loq̄tur: sic intelligenda est. Habet linguā suam. Quicunq; hanc linguā nescit turbatur et dicit. Unde fratres domino? Non enī maria peperit. Absit. Unde cepit dignitas virginum. Illa femina mater esse potuit: mulier esse non potuit. Dicta est autem mulier fm femineum sexum: non fm corruptionem integritatis. Et hoc ex lingua ipsius scripture. Nam et eua statim facta de latere viri sui: nondum contacta a viro suo: nostis q⁊ Geñ.ij. mulier appellata sit. Et formauit eā in mulierem. Ergo vnde fratres cognati marie: de quolibet gradu cognati. Unde probamus? Ex ipsa scriptura. Frater abrae dictus est loth: filius erat fratris ipsius. Lege⁊ inuenies: quia abraam patruus erat loth: et dicti sunt fratres. Unde / nisi quia cognati? Item iacob labam syrum habebat auūculum. Frater enī erat labam matris iacob: id est rebecce vxoris ysaac. Lege scripturam et inuenies quia fratres dicuntur: auunculus et sororis filius. Qua regula cognita: inuenies omnes consanguineos marie fratres esse christi. Sed illi discipuli magis erant fratres. Quia et illi cognati fratres non essent / si discipuli non essent. Et sine causa fratres: si magistrū non cognoscerent fratrem. Nam quodā loco cum ei nunciati essent mater et fratres ei⁹ foris stātes / ille autem cum discipulis suis loquebatur ait. Que mihi mater / vel qui fratres? Extendēs man⁹ super discipulos suos dixit. Hi sunt fratres mei Et q̄cunq; fecerit voluntatez patris mei qui in celis est: ille mihi mater et frater et soror est: ergo⁊ maria q⁊ fecit voluntatē patris: hoc in ea magnificauit / quia fecit voluntatē patris: non quia caro genuit carnē. Intendat charitas vra. Propterea cum dominus in turba admirabilis videretur faciens signa et prodigia: et ostendēs quid lateret in carne: admirate quedam anime dixerunt. Felix venter q̄ te portauit. Et ille. Im- Luce.xj. mo felices qui audiunt verbum dei: ⁊ custodiunt illud. Hoc est dicere. Et mater mea quam appellatis felicez: inde felix Johan.j. quia verbuz dei custodit: non quia in illa verbum caro factū est et habitauit in vobis: sed quia custodit ipsum verbuz dei per quod facta est: et quod in illa caro factū est. Homines nō gaudeant prole temporali: exultent si spiritu iungūtur deo. Hec diximus propter id quod ait euangelista: quia cum matre sua et fratribus suis⁊ discipulis habitauit in capharnaū paucis diebus. Deinde quid sequitur? Et

B Prope erat pascha iudeorum et ascēdit † hieroso- †al.iesus. lymam. Aliam rem nobis euangelista narrat: sicut se habebat recordatio annūciantis. [Et inue- †al. vēdē- nit in tēplo † boues et oues et columbas et nūmu- tes. larios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum † de resticu- †al. funi- lis: omnes eiecit de tēplo. Boues quoq; et oues et nūmula- culis. riorum effudit es: et mensas subuertit: et his qui columbas vendebant dixit. Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domū patris mei domum negociationis.] Quid audiuimus fratres?

Ecce templum illud figura adhuc erat: et eiecit inde dominus omnes qui sua querebant: qui ad nundinas venerant: et que ibi vendebant illi: que opus habebant homines in sacrificijs illius temporis. Nouit enī charitas vestra quod sacrificia illi populo pro eius carnalitate ⁊ corde adhuc lapideo talia data sunt quibus teneretur ne in idola defluerent: et immolabant ibi sacrificia: boues et oues et columbas. Postis: quia legistis. Non ergo magnum peccatum si hoc vendebāt in templo: quod emebatur vt offerretur in templo. Et tamen eiecit inde illos. Quid si ebriosos inuenret: quid faceret dominus: si vendentes ea que licita sunt et contra iusticiam nō sunt? Que enim honeste emuntur: non illicite vendunt? Expulit tamen: et non est passus domum orationis fieri domū negociationis. Si negociationis domus non debet fieri domus dei: potationis debet fieri? Nos autem quando ista dicimus strident dentibus suis aduersus nos: et cōsolatur nos psalmus quem audistis. Striderūt in me dētibus suis. Ho- pſ. xxxvj. uimus et nos audire vnde curemur. Et si ingeminantur flagella christo / quia flagellatur sermo ipsius: cōgregata sunt inquit in me flagella et nescierunt. Flagellat⁹ est flagellis iudeorum: flagellak blasphemijs falsorum christianorū. Multiplicant flagella domino deo suo ⁊ nesciunt. Faciamus nos quantum ipse adiuuat. Ego autē cum mihi molesti essent in pſ. xxxiiij duebam me cilicio: et humiliabam in ieiunio animā meam. Dicimus tamē fratres: non enim ⁊ ipse pepercit illis qui flagellandus erat ab eis. Prior illos flagellauit: signum quoddam nobis ostēdit qō fecit flagellum de resticulis: ⁊ inde indisciplinatos negociationem de dei templo facientes flagellauit. Et teniz vnusquisq; in peccatis suis restem sibi texit: p pheta dicit. Ue his qui trahūt peccata sua sicut restem lon- Esa.v. gam. Et quis facit restē longam? Qui peccato addunt peccatuz. Quomodo adduntur peccata peccatis? Cum peccata que facta sunt cooperiuntur alijs peccatis. Furtum fecit: ne inueniatur quia fecit / querit mathematicū. Sufficeret furtum fecisse. Quare vis adiungere peccatum peccato? Ecce duo peccata. Cum ad mathematicum prohiberis accedere: blasphemas episcopuz. Ecce tria peccata. Cum audis: mitte illum foras de ecclesia: dicis duco me ad partem donati. Ecce addis quartum. Crescit restis. Time restem. Bonum est tibi vt hic ide cum flagellaris: corrigaris: ne in fine dicatur. Ligate illi pedes⁊ manus et proijcite eum in tenebras Mat.xxij. exteriores. Criminalis enim peccatoruz suorum vnusquisq; puerb.v. cōstringitur. Illud dominus dicit: illud alia scriptura dicit. Sed vtrūq; dominus dicit. De peccatis suis ligantur homines: ⁊ mittuntur in tenebras exteriores. Qui sunt tamen qui vendebant boues? Ut in figura queramus mysteriuz facti: C qui sunt qui oues vendunt et columbas? Ipsi sunt qui sua q̄runt in ecclesia: non que iesu christi. Uenale habent totum: quia nolunt redimi. Emi nolunt: et vendere volunt. Bonum est enim eis vt redimātur sanguine christi: vt perueniant ad pacem christi. Quid enim ꝑdest acquirere in hoc seculo qōlibet temporale et transitoriū: siue sit pecunia: siue sit voluptas vētris⁊ gutturis: siue sit honor in laude humana? Nōne omnia fumus et ventus? Nonne omnia transeunt et currunt? Et ve his qui heserint transeūtibus: quia simul transeunt. Nonne omnia vt fluuius preceps currēs in mare? Et ve ei qui ceciderit: q⁊ in mare trahetur: ergo tenere debem⁹ omnes affect⁹ a talibus cōcupiscentijs. Fratres mei qui ta- Act.viij. lia querunt: vendunt. Nam et simon ille ideo volebat emere spiritum sanctum: quia vendere volebat spiritū sanctum. Et putabat apostolos mercatores tales eē: quales dūs de templo flagello eiecit. Talis enim ipse erat et quod vēderet eme re volebat. De illis erat qui colūbas vendūt: etenī in colūba apparuit spūs sanct⁹. Qui ergo vēdūt colūbas fratres? Qui dicūt / nos damus spiritū sanctum? Quare enī hoc dicunt: et quo precio vēdūt? Preciū honoris sui accipiūt. Accipiunt preciuz cathedras tpales: vt videank ipsi vendere colūbas. Caueāt a flagello de resticulis. Colūba nō est venalis: grat⁊ datur: q⁊ gratia vocat. Ideo fratres mei quō eos videtis q̄ vendūt propolarios: Quisq; qō vendit laudat: quot ꝓposita fecerūt. Alterū ꝓpositū habet carthagine p̄man⁹: altez hz maximan⁹: altez hz in maritania rogat⁹: altez hūt in numidia illi⁊ illi: q̄s iam nec noīare sufficim⁹. Circūit ergo aliq̄s emere colūbam. Unusq̄sq; ad proposituz suū laudat qō ven-

Expositio diui Augustini In euāgeliū scdm Johānē.

dit. Auertatur illius cor ab omni vendēte: veniat vbi gratis accipitur. Nec sic erubescant fratres: q; per ipsas dissensiones suas amaras ⁊ malicios as cū sibi tribuūt qō non sunt: cū extollūtur putantes se aliquid esse cum nihil sint: tor partes de se fecerūt. Sed quid in eis impletuz est qō nolunt corrigi: nisi q; audistis i psalmo: Diuisi sunt nec cōpuncti sunt. Qui ergo boues vendūt? Boues intelliguntur: qui nobis scripturas sanctas dispēsauerunt. Boues erāt apostoli: boues erāt prophete. Ū ñ dicit apostolus. Boui triturāti os non in frenabis. Nunquid de bobus ptinet ad dominū. An ꝓpter nos dicit? Propter nos enim dicit: quia debet in spe qui arat arare: ⁊ triturans in spe participādi. Ergo illi boues reliquerūt nobis memoriā scripturarū. Non enī de suo dispensauerūt: quia gloriā domini quesierūt. Quid enī audistis in ipso psalmo? Et dicant semper magnificet dominus: qui volunt pacē serui eius. Seruus dei /populus dei /ecclesia dei. Qui volūt pacem ecclesia ipsius: magnificēt dominū non seruum: ⁊ dicant semper magnificet dominus. Qui dicāt: qui volunt pacem serui eius: Ipsius populi ipsius serui. Vox est illa euidens quā in lamētationib⁹ audistis in psalmo. Et mouebamini cū audiretis q; inde estis: qō cantabatur ab vno: de omnibus cordibus resonabat. Felices: qui se in illis vocib⁹ tanq̄ in speculo cognoscebant. Qui ergo volunt pacē serui eius populi eius: pacē vnius illius quā dicit vnicā et q̄ vult rui a leone ⁊ de manu canis vnicā meā: qui dicūt semper magnificetur dñs: ergo illi boues dominuz magnificauerunt nō se. Videte bouē magnificātem dñm suum: q; agnouit bos possessorem suū. Attendite bouē timentē ne deserat possessorē bouis et in boue p̄sumat: quō expauescit eos qui volūt in illo ponere spem. Nūquid paulus ꝓ vobis crucifixus est: aut in noīe pauli baptizati estis? Qō dedi /non ego dedi: gratis accepistis: colūba de celo descēdit. Ego inquit plātaui apollo rigauit: sed deus incremētū dedit. Neq; qui plātat est aliq̄d neq; qui rigat: sed qui incrementū dat deus. Et dicant semp magnificetur dñs: qui volūt pacē serui eius. Isti autē de scripturis ipsis fallunt populos vt accipiāt ab ipsis honores et laudes ⁊ nō conuertant homines ad veritatē. Quia vero ipsis scripturis fallunt populos a quib⁹ querunt honores: vendunt boues ⁊ oues: id est ipsas plebes. Et cui vēdunt nisi diabolo? Nāq; fratres mei si christi vnica ecclesia est ⁊ vna est: quicq̄d inde p̄ciditur /quis tollit nisi leo rugiēs ⁊ circūiēs querens quē deuoret? Ue his qui ꝓcidūtur. Nā illa integra permanebit: nouit enī dominus q̄ sunt ei⁹. Tamē quantū in ipsis est vendūt boues et oues vendunt et colūbas: obseruāt flagellum peccator̄ suorum. Certe quādo aliquid tale patiūtur, ꝓpter istas iniquitates suas: agnoscāt q; dominus fecit flagellum de resticulis: ⁊ adhuc ammonet eos vt mutent se ⁊ nō sint negociatores. Nam si se nō mutauerint: audient in fine. Ligate illi man⁹ ⁊ pedes: et proiycite in tenebras exteriores. Tūc dictū est. Zelus domus tue comedit me [Recordati sunt ꝓ discipuli ꝓ quia zelus dom⁹ dei eiecit illos de tēplo domini.] Fratres: vnusquisq; christianus in mēbris xpi zelo domus dei comedat. Quis comeditur zelo domus dei? Cui omnia que forte ibi videt peruersa: satagit emēdari: cupit corrigi: non quiescit. Si emendare nō potest: tolerat: gemit non excutit de area: granum sustinet paleam: vt intret in horreū. Et cum palea fuerit separata. tu ante horreum si granum es: noli excuti de area: ne prius ab auibus colligaris: q̄ in horreum congregeris. Aues enī celi aerie potestates expectant aliq̄d rapere de area: ⁊ non rapiunt nisi qō inde fuerit excussuz: ergo zelus domus tue comedit te. Ut num quēq; christianum zelus domus dei comedat: in qua domo dei mēbrum est. Non enī magis est domus tua: q̄ dom⁹ vbi habes salutem sempiternā. Domum tuā intras ꝓpter requiē temporalem: domū dei intras ꝓpter requiem sempiternā. Si ergo in domo tua ne quid puersum fiat satagis: in domo dei vbi salus ꝓposita est et requies sine fine debes pati quātū in te est /si quid forte peruersuz videris? (Verbi gratia) Vides fratrem currere ad theatrum: prohibe: mone: contrista re si zelus domus dei comedit te. Vides alios currere et inebriari velle /et hocvelle in locis sanctis quod nusq̄ decet: p hibe quos potes /tene quos potes: terre quos potes. Quib⁹ potes blandire: noli tamen quiescere. Amicus est: ammonetur lenter. Vxor est: seueriissime refrenetur. Ancilla est: etiam verberibus compescatur. Fac quicquid potes ꝓ persona puā portas et perficis /zelus domus tue comedit me. Si autem fuerit frigidus marcidus ad te solū expectans ⁊ quasi tibi sufficiens et dicens in corde tuo: quid mihi est curare aliena peccata /sufficit mihi anima mea /ipsa integram seruem deo. Ecce non tibi venit in mentem seruus ille qui abscondit talentum ⁊ noluit erogare? Nunquid causatus est q; perdidit: et nō quia sine lucro seruauit? Sic ergo audite fratres mei: vt nō quiescatis. Ego vobis consiliū daturus sum. Det ille qui intus est: quia ⁊ si per me dederit /ille dat. Hostis q̄d agatis vnusquisq; in domo sua cum inquilino /cliente suo: cum maiore cum minore. Quomodo dat deus aditum /quō aperit iannam verbo suo. Nolite quiescere lucrari christo q; lucrati estis a christo. [† Dixerūt illi iudei. Quod signū ostēdis nobis quia hec facis? † Et dominus. Soluite templum hoc: et † tribus diebus excitabo illud? Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc: et tu † dicis † tribus diebus † excitabo illud?] Caro erāt: carnalia sapiebant. Ille loquebatur spiritualiter. Quis autem possit intelligere de quo templo dicebat? Sed non multum querimus. Per euangelistam nobis aperuit: de quo templo diceret. Soluite templuz hoc: et tribus diebus excitabo illud. Quadraginta sex annis edificatum est templū: et triduo suscitabit illud? † [Dicebat autez] ait euangelista. [De templo corporis sui.] Et manifestum est occisum dominuz: post triduum resurrexisse. Hoc modo omnibus nobis notuz est. Et si iudeis clausum est quia foris stant nobis tamen apertum est /quia nouimus: in quem credim⁹. Ipsius templi resolutionem: ⁊ reedificationē: annuersaria solēnitate celebraturi sumus. Ad quā vos exhortamur vt ꝓparetis vos si qui estis cathecumini: vt accipiatis gratiam. Jam nunc tempus est: iam nunc parturiatur qō tunc nascatur: ergo illud nouimus: sed forte hoc exigitur a nobis /vtrū habeat aliquod sacramētum quadragintasex annis edificatum templum. Sunt quidem multa: que hic dici possunt. Sed quod breuiter dici potest ⁊ facile intelligi: hoc interim dicamus fratres. Diximus enim iam (nisi fallor) hesterno die adam vnū hominē fuisse: et ipsum esse totum genus humanū. Nam ita diximus si me ministis quasi fract⁹ est et sparsus colligitur /et quasi conflatus in vnam societatem atq; concordiam spiritualem. Et gemit vnus pauper modo ipse adam sed in christo renouatus: quia sine peccato venit adam vt peccatum adam solueret in carne sua: et vt reintegraret sibi ad imaginem dei adam. Ergo de adam caro christi. Ergo de adam tēpluz quod destruxerunt iudei: et suscitauit dominus triduo. Resuscitauit enī carnez suam. Videte: quia deus erat equalis patri. Fratres mei: dicit apostolus. Qui eum excitauit a mortis. De quo dicit? de patre. Factus inquit obediens vsq; ad mortem: mortem autem crucis: propter qō et deus illum excitauit a mortuis: ⁊ dedit ei nomen quod est sup omne nomen. Resuscitatus et exaltatus est dominus. Resuscitauit a mortuis quis? pater. Cui dicit in psalmis: excita me et reddam illis. Ergo pater eum resuscitauit non seipse? Quid autem fecit pater sine vnico filio suo. Nam audi quia et ipse deus erat. Soluite templum hoc: et tribus diebus excitabo illud. Nūquid dixit soluite templuz quod triduo pater meus resuscitet? Sed quomodo cuz pater suscitat et filius suscitat: sic cum filius suscitat et pater suscitat: q; filius dixit ego et pater vnum sum⁹. Quid ergo sibi vult numerus quadragenarius senarius. Interim ipse adam quia per totum orbem terrarum est /audistis iam hesterno die in quattuor litteris grecis quattuor verbor̄ grecorum. Si enī ista verba quattuor scribas subinuicem: id est nomina quattuor partium mundi orientis occidentis aquilonis et meridiani quod est tot⁹ orbis: vnde dicit dominus an quattuor ventis collecturū electos suos cum venerit ad iudicium. Si ergo facias ista quattuor nomina greca. ανα. Τολη. quod ē oriens. Δυσις quod est occidens. αρκτος qō est septētrio: μεσημβρια quod est meridies. Anatole dysis: arctos. mesembria: capita verborz adam habent. Quomodo ergo ibi inueniemus quadragenarium senarium numerum? quia caro christi de adam erat. Ad litteras numeros computāt greci: quod et nos facimus. A litteram ipsi lingua sua ponunt α alpha: ⁊ vocatur α alpha vnum. Vbi autem in numeris scri-

Ε

† Alia lra. rñderūt ꝙ iudei ⁊ dixerūt ei.
† Alia lit. rñdit ihesus ⁊ dixit eis.
† Alia lra. habet in.
† Alia lit. nō hz dicſ sed hz in.
† Alia lit. excitabis.
† Alia lit. Ille autē.

Exo. xxij. Deu. xxv. j. Cor. ix. ps. xxxiiij j. Cor. iij. Mat. xxij. D † Alia lit. hz ꝙ ei⁹. † Alia lit. hz qz scriptū est: zelus dom⁹ tue comedit me. Phil. ij.

bunt β beta quod est b ipsorum: vocat in numeris duo. Ubi scribit γ gãma: vocatur in numeris ipsorum tria. Ubi scribitur Δ delta: vocat in numeris ipsorum quattuor: et sic per oēs litteras numeros habēt. W. qō nos dicimus et illi dicunt. xlvi. xl. significat. Dicunt enī ϰ τεσσαράκοντα. Jam videte: iste littere quē numerū habeant: et ibi inuenietis quadraginta sex annis edificatū templū. Habet enī adam: α: alpha qō est vnū. Habet Δ delta qō sunt quattuor: habes q̄nq. Habet ite τ alpha qō est vnum: habes sex. Habet xlvi: qō est. xl. habes quadraginta sex. Hec fratres mei etiā ab anteriozibus maiozibus nostris dicta sunt: et inuētus est iste numer⁹ in litteris. xlvj. Et q̄ dñs noster iesus christus de adā corp⁹ accepit: non de adā peccatum traxit: templuz corporeū inde sumpsit: nō iniquitatē que de templo pellenda est. Ipsam autem carnē quā traxit de adam / maria enī de adam ꝛ domini caro de maria: iudei crucifixerunt: et ille resuscitaturus erat ipsam carnē triduo quā illi in cruce erant occisuri. Illi solue runt templū quadraginta sex annis edificatū: ꝛ ille triduo resuscitauit illud. Benedicimus dominū deum nostruz qui ad leticiā spiritalē congregauit nos. Simus in humilitate cordis semper: et gaudiū nostrum penes ipsum sit. Non de prosperitate aliqua huius seculi inflemur: sed nouerimus felicitatem nostrā non esse nisi cū ista transierint. Modo gaudiū nostrum fratres mei in spe sit: nemo gaudeat quasi in re presenti: ne inhereat in via. Totū gaudium de spe futura sit: totum desideriū vite eterne sit. Omnia suspiria in christo anhelent. Ille vnus pulcherrimus qui et fedos dilexit vt pulchros faceret / desideretur. Ad illum vnū curratur illi ingemiscatur ꝛ dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem serui eius.

Tractatus.xj.

Preter: missus est in .h. tract. x. ter. ab eo loco. Cū ḡresur rexisset: vsq̄ ad illud ꝛ sermonē quez dixit iesus.

Cum autē esset hierosolimis in pascha in die festo: multi crediderūt in noīe eius videntes signa eius que faciebat. Ipse autē iesus non credebat semetipsum eis eo q̄ ipse nosset oēs: ꝛ q̄ opus ei nō erat. vt q̄s testimoniū phiberet de hoīe. Ipse enī sciebat quid esset in hoīe. Erat autē homo ex phariseis nichodemus noīe princeps iudeoruz hic venit ad iesum nocte ꝛ dixit ei Rabbi scimus quia a deo veniſti magister Nemo enīz pōt hec signa facere q̄ tu facis nisi fuerit de⁹ cū eo. Respondit iesus ꝛ dixit ei. Amē Amē dico tibi nisi q̄s renat⁹ fuerit denuo nō potest videre regnū dei. Dicit ad eū nichodemus quō potest hō nasci cuz sit senex? Nūquid potest i ventrē matris sue iterato introire ꝛ renasci? Respōdit iesus Amē Amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: nō potest introire in regnum dei.

A

Oportune nobis dominus pcurauit hodierna die lectionis huius ordinem. Nam quia ex ordine euāgelium fm iohannē cōsiderare atq̄ tractare suscepimus: credo q̄ aduertit charitas vestra. Oportune ergo occurrit vt hodie audiretis ex euāgelio: q̄ nisi q̄s renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto / non videbit regnū dei. Tēpus ergo est vt vos exhortemur / quia adhucestis cathecumini: qui sic credidistis in christuz vt adhuc vestra peccata portetis. Nullus autē regnum celorū videbit onerat⁹ peccatis: q̄ nisi dimissa fuerunt non regnabit cū christo. Dimitti autē non possunt / nisi ei qui renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto. Sed omnia verba quē admodū se habeant aduertamus: vt hi cui nemāt qui pigri sunt / ꝛ ita sollicitudine festinandum sibi sit ad onus deponendū: quia si ferret aliq̄s sarcinam grauē aut lapidis aut ligni aut alicui⁹ etiaz lucri / si frumentū portarent si vinū si pecuniā: currerent vt deponerent onera: portant sarcinā peccatorum ꝛ pigri sunt currere. Currendum est vt deponatur. Hec premit sarcina et mergit. Ecce audistis quia [cum † esset † dom⁹ iesus christus hierosolymis ī pascha in die festo: multi crediderunt in noīe eius videntes signa eius que faciebat.] Multi crediderunt in nomine eius. Et quid sequitur? [Ipse autem † christus nō credebat semetipsum eis.] Quid sibi ergo vult? Illi credebant in nomine ei⁹: et ipse iesus non credebat semetipsum eis. An forte non credebant ei et fingebant se credidisse: ꝛ propterea iesus non credebat semetipsum eis? Sed nō diceret euangelista: multi crediderunt in noīe eius: nisi verum illis testimonū diceret. Magna ergo res ꝛ mira res. Credunt homines in christum / et christus non se credit hominib⁹: presertim q̄ filius dei est. vtiq̄ volēs passus est: et si nollet / munq̄ pateretur. Qui si nollet: nec nasceretur. Si autē hoc solum vellet vt nasceretur tantū et non moreretur: ꝛ quicq̄d vellet faceret q̄ omnipotēs patris filius oīpotens est. Ex ipsis reb⁹ probemus: quia cum voluissent eum tenere discessit ab eis. Loquitur euangelium. Et cū voluissent eum de vertice mōtis precipitare: discessit ab eis illesus. Et quādo venerunt ad eū cō prehendendū iam vendituz a iuda proditore: cū ille putaret in potestate se habere tradere magistrū suum ꝛ dominū suū: et ibi ostendit dominus voluntate se pati nō necessitate. Nā cum eū comprehēdere iudei voluissent: dixit illis. Quē queritis? At illi dixerunt. Jesum nazarenum. Et ille. Ego sum. Hac voce audita redierunt retro et ceciderunt. Jn eo q̄ eos respondēs deiecit / ostendit potestatez vt in eo q̄ ab eis comprehensus est ostenderet voluntatez. Ergo quod passus est / miserico: die fuit. Traditus enī est propter delicta nostra: et resurrexit pter iustificationē nostram. Audi verba ipsius. Potestatē habeo ponendi animā meam: et potestatē habeo iterum sumendi eā. Nemo tollet a me animā meam / sed ego pono illam a me ipso et iterū sumo eam. Cū ergo haberet tantam potestatē cum eam dictis predicaret: factis ostenderet: quid sibi vult qō non se credebat eis iesus quasi aliq̄d nolenti nocituris: aut aliquid nolēti facturis: presertim q̄ iam crediderāt in nomine eius: et de ipsis dicit euāgelista: crediderunt in noīe eius: de quib⁹ dicit: ipse autē iesus nō credebat seipsum eis. Quare? †[Quod ipse nosset oēs: et quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enī sciebat quid esset in hoīe.] Plus nouerat artifex q̄d esset in opere suo: quā ipsuz opus quid esset in semetipso. Creator hominis nouerat quid esset in hoīe: quod ipse creat⁹ hō non nouerat. Nonne hoc probamus de petro quia nō nouerat qō in ipso esset: quando dixit / tecum ero vsq̄ ad mortē? Audi q̄ dominus nouerat: q̄d esset in homine. Tu mecū vsq̄ ad mortem. Amē Amē dico tibi: priusq̄ gallus cantet: ter me negabis. Homo ergo nesciebat q̄d esset in se: sed creator hominis nouerat quid esset in hoīe: crediderāt in nomine eius multi: et ipse iesus nō credebat eis. Quid dicim⁹ fratres? Forte cō sequentia indicabunt nobis. Quid sibi vult mysterū verborum istorum? quia crediderant in eum hoīes / manifestū est / verum est: nemo dubitat: euangeliuz loquit: vera ꝛ euangelista testatur. Jtē quia ipse iesus nō credebat semetipsuz illis. Et hoc manifestū est. et nullus christianus dubitat q̄ et hoc euangelium loquit: et idē vera ꝛ euangelista testatur. Quare ergo crediderunt illi in noīe eius: et iesus nō credebat semetipsum illis? Sequentia videamus.

Capi. iij. B

Erat † homo ex phariseis nichodemus noīe princeps iudeorum. Hic venit ad eū nocte: et dixit ei. Rabbi. [Jam hoc nostis: quia rabbi magister dicitur. Scim⁹ quia a deo veniſti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cū eo.] Ergo iste nichodemus ex his erat q̄ crediderant in nomine eius: videtes signa et prodigia eius que faciebat. Superius enim hoc dixit. Cum autez esset hierosolymis in pascha in die festo: multi crediderūt in noīe eius. Quare crediderunt in nomine eius? Sequitur ꝛ dicit: videntes signa ei⁹ que faciebat. Et de nichodemo q̄d dicit? Erat princeps iudeorum nichodemus nomine. Venit ad eum nocte et ait illi. Rabbi scimus quia a deo veniſti magister. Et iste ergo crediderat in nomine eius. Et ipse vnde crediderat? Nemo potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cuz eo. Si ergo nichodemus de illis multis erat qui crediderant in nomine eius: iam in isto nichodemo attendamus: quare iesus nō se credebat eis? [Respōdit iesus et dixit ei. Amen amē dico tibi: nisi q̄s renat⁹ fuerit denuo nō pōt videre regnū dei.] Ipsis ḡ se credit iesus: q̄ nati fuerit denuo. Ecce illi crediderāt in eū: ꝛ iesus nō se credebat eis. Tales sunt oēs cathecu-

† Alia lit. habet eo.

† Alia lit. habet aūt.

† Al. lit. habet autem.

† Al. lit. nō bz dñs iesꝰ

mini:ipsi iā credunt in nōie christi:sed iesus nō se credit eis. Intendat et intelligat charitas vestra. Si dixerimus cathecumino/credis in christo. Respōdet credo et signat se. Jam crucē christi portat in fronte: et nō erubescit in cruce dñi sui. Ecce credidit in nōie eius. Interrogamus eū. Manducas carnē filij hoīs et bibis sanguinē filij hominis? nescit qđ dicimus:q; iesus nō se credidit ei. Cū ergo ex eo numero nicodemus esset: venit ad dominū sed nocte venit:et hoc forte ad rem ptinet. Ad dominū venit z nocte venit:ad lucē venit z in tenebris venit. Renati autē ex aqua et spiritu sancto qđ audiunt ab apostolo? Fuistis aliquādo tenebre:nunc autē lux in dño:sicut filij lucis ambulate. Et iterꝝ. Nos autē qui diei sum⁹ sobrij simus. Qui ergo renati sūt:noctis fuerūt/et diei sunt. Tenebre fuerūt/et lumē sunt. Jam credit se illis iesus: et nō nocte veniūt ad iesum sicut nichodem⁹: nō in tenebris querunt diē. Tales enī iam etiā profitemur accessit ad illos iesus:facit ī illis salutē q; ipse dixit. Nisi quis māducauerit carnē meam et biberit sanguinē meū:non habebit in se vitā. Et q; signū crucis habēt in fronte cathecumini:iā de domo magna sunt:sed fiant ex seruis filij. Non enī nihil sunt:qui iā ad domū magnā pertinēt. Quādo autē māna māducauit populus israel? Cum transisset mare rubrū. Mare autez rubrū
1.Cor.x. quid significet:audi apostolū. Nolo autez vos ignorare fratres:q; oēs patres nostri sub nube fuerūt et oēs mare trānierunt. Et quid per mare transierūt? quasi q̄reres:secutus ait. Et oēs in moyse baptizati sunt:in nubez in mari. Si ergo figura maris tātū valuit: species baptismi q̄tum valebit? Si qđ gestū est in figura/traiectum populū ad māna perduxit. Quid exhibebit christ⁹ in veritate baptismi sui traiecto per eum populo suo? Per baptismū suum traiecit credētes occisis oībus peccatis tanq̄ hostib⁹ consequētibus: sicut in illo mari oēs egiptij pierūt. Quo traiecit fratres mei. Quo traiecit per baptismū iesus: cui⁹ figurā tūc gerebat moyses qui per mare trajciebat? Quo trajciebat? ad māna. Qđ est māna? Ego sum iquit panis viuus: qui de celo descēdi. Māna accipiūt fideles:iā traiecti per mare rubrū. Quare z per mare rubrum? Jā mare: quare rubrū? Significabat mare illud rubrum baptismū christi. Cū rubet baptismus xp̄i? nisi xp̄i sanguine ꝓsecrat⁹. Quo ergo pducit credētes z baptizatos? Ad māna. Ecce dico māna. Notuz est quid acceperīt iudei/populus ille israel:notū est quid illis pluisset deus de celo:z nesciūt cathecumini quid accipiūt christiani. Erubescāt ergo q; nesciūt. Trāseant per mare rubrū: māducent māna:vt quō crediderūt in nōie iesu/sic seipsis credat iesus. Jdeo intendite fratres mei:quid respōdeat iste qui nocte venit ad iesum. Quis ad iesum venerit: tamē quia nocte venit/adhuc de tenebris carnis sue loquit:non itelligit qđ audiuit a dño: non itelligit quō audiuit a luce q̄ illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū. Jam ei dño dixit. Nisi quis renatus fuerit denuo:nō videbit regnū dei. [Dicit ad eū nicodemus.
† Alia lra habet renasci. C Quō potest homo † nasci cū sit senex.] Spiritus ei loquit:et ille carnē sapit. Carnē suā sapit: q; carnē christi nondū sapit. Cū enī dixisset dñs iesus/ nisi quis māducauerit carnē meā et biberit sanguinem meū non habebit in se vitā: scandalizati sunt quidā qui eum sequebant z dixerūt apud semetipsos.
Joh.vj. Durus est hic sermo:et quis pōt eum audire? Putabāt enīz hoc dicere iesum qđ eum possent cōcūlcare sicut agnū coquere et māducare: abhorrētes a verbis eius recesserūt:et amplius eum nō sunt secuti. Sic euāgelista loquit: et domin⁹ ipse remansit cū duodecim. Et illi ad eū. Dñe: ecce illi dimiserunt te. Et ille. Munqd et vos vultis abire? Ostendere volens q; ipse illis erat necessarius: nō illi erāt christo necessarij. Me qs terreat christū quando dicit vt sit christianus:quasi beatior erit christus:si tu fueris christian⁹. Bonū est tibi vt sis christianus. Mā si non fueris:malū christo non erit. Audi vocem psalmi. Dixi dño deus meus es tu:quō bonorū meorum non eges. Jdeo de⁹ meus es tu:q̄m bonorū meorum nō eges. Si fueris sine deo/minor eris: si fueris cū deo:maior deus non erit. Nō ex te ille maior:sed tu sine illo minor. Cresce ergo in illo:noli te subtrahere vt q̄si ille deficiat. Reficieris si accesseris:deficies si recesseris. Integer manet te accedente:integer te cadēte. Cū ergo dixisset discipulis:nūquid et vos vultis abire:respōdit petrus:petra illa voce omnū. Dñe ad quē ibimus? Verba vite eterne habes. Bene sapuit in ore ipsi⁹ caro domini. Dominus autē exposuit eis et dixit. Spiritus est qui viuificat:caro autē non pdest quicq̄. Cū dixisset/nisi quis māducauerit carnē meam et biberit sanguinē meū non habebit in se vitā: ne carnaliter intelligerēt: spiritus est inqt qui viuificat: caro autē nihil prodest. Verba autē que locutus sum vobis:spiritus et vita sunt. Nunc spiritū et hanc vitam nō sapiebat iste nichodemus: qui nocte venerat ad iesū. Ait ei iesus. Nisi quis renat⁹ fuerit denuo:nō videbit regnū dei. Et ille carnē suam sapiens/in cuius ore nondū sapiebat caro christi:quō inquit potest hō nasci cū sit senex? [Nūquid potest † in vtero matris sue iterum introire et † nasci?] Non nouerat iste nisi vnam natiuitatē ex adam et eua:ex deo z ecclesia nondū nouerat. Non nouerat nisi eos parentes qui genuerant ad mortē: nondū nouerat eos parētes qui genuerāt ad vitā. Non nouerat nisi eos parētes qui genuerant successuros: nondū nouerat eos qui semp viuētes generāt permānsuros. Cum ergo sint due natiuitates: ille vnaz intelligebat. Una est de terra:alia de celo. Una est de carne:alia de spiritu. Una de mortalitate:alia de eternitate. Una ē de masculo z femina: alia de deo et ecclesia. Sed ipse due singule sūt: nec illa potest repeti nec illa. Recte intellexit nichodem⁹ sed natiuitatē carnis. Sic et tu intellige natiuitatē spiritus:quō intellexit nichodem⁹ natiuitatē carnis. Quid nichodem⁹ intellexit? Munqd potest hō denuo in ventrē matris sue itrare et nasci? Jam natus sum de adā:nō me potest iterū generare adā. Sic quicūq; tibi dixerit vt spiritualiter iterū nascaris: responde q; dixit nichodemus. Nūquid potest hō in ventrē matris sue intrare et nasci? Jam nat⁹ sum de adā:non me potest iterū generare adā. Jam natus sum de christo:nō me potest iterū generare christus? Quō vterus nō potest repeti:sic nec baptismū. Qui nascit de ecclesia catholica: tanq̄ de sara nascitur de libera nascitur. Qui nascit de heresi/tanq̄ de ancilla nascitur:sed ex semine abrahē. Aduertat charitas vestra ad magnū sacramentū. Testatur de⁹ et dicit. Ego sum deus abrahā z deus ysaac et de⁹ iacob. Non erāt alij patriarche:nō erat ante istos sanct⁹ noe qui solus ī toto genere humano cuz tota domo sua meruit de diluuio liberari: in quo z filijs eius figurata ē ecclesia? Ligno portāte euadūt diluuiū. Deinde postea magni quos nouimus q̄s sancta scriptura cōmendat: moyses fidelis in tota domo ei⁹: et illi tres nominant quasi eū soli promeruerint. Ego sum de⁹ abrahā et de⁹ ysaac et de⁹ iacob. Hoc mihi nomē est in eternū. Sacramētū grāde. Potens est dñs:z ora nostra aperire z corda vestra vt dicere possim⁹ sicut reuelare dignat⁹ est:et capere possitis/sicut expedit vobis. Tres ergo isti patriarche: abraam ysaac et iacob. Jā nostis filij iacob q; duodecim fuerūt:et ide populus israel q; ipse iacob israel:z populus israel trib⁹ duodecim:ptinētes ad duodecim filios israel. Abrahā ysaac et iacob:tres pfes et populus. Tres patres tanq̄ in pncipio populi. Tres patres a quib⁹ figurabat populus:z ppl's ipse pzo:presens populus. In populo enī iudeorū figurat⁹ est populus christianorum. Ibi figura:hic veritas. Ibi membra:hic corpus. Dicente apostolo. Hec autē in figura cōtingebāt illis. Vor est apostoli. Scripta sunt inqt ppter nos:in quos finis seculorū obuenit. Recurrat nūc anim⁹ vester ad abrahā ysaac et iacob. Jn istis trib⁹ inuenimus patrem liberas/patrem et ancillas. Jnuenimus ibi z partus liberarū:inuenimus ibi z partus ancillarū. Ancilla nihil boni significat. Et ysce ancillā inquit et filium ei⁹: non enī heres erit filius ancille cū filio libere. Apostolus hoc cōmemorat:z in illis duob⁹ filijs abrae dicit apostolus fuisse figurā duorum testamentorū: veteris z noui. Ad vetus testamētū pertinēt dilectores temporaliū: dilectores seculi. Ad nouū testamentū dilectores vite eterne. Jdeo illa hierusalē in terra/vmbra erat celestis hierusalē matris oīm nostrū: que est in celo. Et hec apli verba sunt. Et de ista ciuitate vñ peregrinamur: multa nostis multa iā audistis. Jnuenimus autē rem mirā in istis partub⁹: id est: in istis fetib⁹: in istis generationib⁹ liberarū et ancillarū quattuor: scilicet genera hominum: in quib⁹ scilicet quattuor generib⁹/cōplexa figura totius populi futuri christiani: vt non sit mirū qđ in illis tribus dictū est. Ego sum de⁹ abrahā et de⁹ ysaac et de⁹ iacob. In oībus enī christianis fratres intēdite: aut per malos nascunt boni: aut p bonos nascūtur mali: aut p bonos boni: aut per malos mali. Amplius istis q̄ttuor generib⁹ non potestis

† Alia lra in ventre matris sue iterato. † Alia lra renasci. Heñ.xxj. Heñ.xxj. Gal.iij. D Exo.iij. xxxij.q.iiij Recurrat.

inuenire. Que iterum repetam: aduertite retinete ꝛ excutite corda vestra: nolite pigri esse. Capite ne capiamini. Quomō quattuor genera sunt oim xpianorū? Aut per bonos nascunt boni: aut p malos nascuntur mali: aut per bonos mali: aut p malos boni. Puto quia planū est. Per bonos boni: si et qui baptizant boni sunt: et q̄ baptizantur / recte credunt: ꝛ in mēbris xpi recte numerantur. Per malos mali: si et q̄ baptizāt mali sunt: ꝛ qui baptizantur dupplici corde accedūt ad deum ꝛ non tenēt eos mores quos audiūt in ecclesia vt ibi non sint palee sed frumentum. Ꝫ enim multi sint nouit charitas vestra. Per malos boni: aliquando baptizat adulter: ꝛ qui baptizatur iustificat. Per bonos mali: aliq̄n qui baptizant scti sunt: qui baptizātur: tenere vias domini nolunt. Puto ergo fratres notum esse in ecclesia et quotidianis exemplis ea q̄ dicimus: sed in prioribus nostris patribus ea considerem⁹: quia habuerūt ꝛ illi ista quattuor genera. Per bonos boni: anamas paulū baptizauit. Quid per malos mali. Dicit apostolus quosdā predicatores euāgeliz: quos dicit nō caste annunciare solere euangeliū: quos tolerat in societate xpiana ꝛ Philip. j. dicit. Quid enim dū omnino siue per occasionē siue per veritatē xps annuncietur et in hoc gaudeo. Nunquid malui⁹ erat: et de alieno malo gaudebat. Sed quia et per malos verum predicabatur: ꝛ per malos ora xps predicabat: si quos isti sui simules baptizabāt / mali malos baptizabāt. Si quos isti baptizabāt tales quales admonet dūs cum dicit: que dicūt facite: que autē faciūt facere nolite: mali bonos baptizabāt. Boni malos baptizāt: quomodo a philippo sctō symon magus baptizatus est. Nota sunt ergo ista quattuor genera fratres mei. Ecce iterū ea repeto tenete illa / numerate illa: aduertite illa: cauete q̄ mala sunt: tenere q̄ bona sūt. Per bonos boni nascuntur: cum per sanctos sancti baptizant. Per malos mali: cum et qui baptizant ꝛ qui baptizantur iniq̄ et impie viuunt. Per malos boni: cum mali sunt qui baptizāt ꝛ boni qui baptizantur. Per bonos mali / cum boni sunt qui baptizant / et mali qui baptizantur. Quomō inuenimus ista in tribus istis nominibus: ego sum deus abraā / deus ysaac / et deus iacob? Ancillas accipiamus in malis: liberas accipiamus in bonis. Pariunt libere bonos: sara peperit ysaac. Parūt ancille malos: agar peperit hysmael. Habemus in vno Abraam et illud genus cum per bonos boni: et hoc genus cum per malos mali. Per bonos mali vbi figurati sunt? Libera erat rebecca vxor ysaac: legitime peperit geminos. Vnus erat bonus: alter malus. Habes aperte scripturaz dicentem dei voce. Iacob dilexi: esau autē odio habui. Ꝫ Gen.xxv. tos duos genuit rebecca iacob ꝛ esau. Vnus inde eligitur: alius imprebatur. Vnus succedit in hereditatē: alter exheredat. Non facit populū suū deus de esau: sz facit de iacob. Semen vnum: diuersi qui concepti sunt. Vterus vnus: diuersi q̄ nati sunt. Nunquid nō libera peperit iacob: que libera peperit Ibidem. esau. Luctabant in vtero matris sue: ꝛ dictum est rebecce cū ibi luctarentur. Duo populi sunt in vtero tuo: Duo homines duo populi. Bonus populus: malus populus. Sed tamē in vno vētre luctabant. Etī mali sunt in ecclesia: ꝛ vnus vter⁹ portat donec i fine discernēt: ꝛ boni aduersus malos clamāt: ꝛ mali aduersus bonos reclamāt: ꝛ in vnius viscerib⁹ vtriq̄ luctantur. Nunq̄d semper simul erūt? In fine exitur ad lucē declarat natiuitas: q̄ hic in sacramēto figurat. Et tūc apparebit: iacob dilexi: esau aūt odio habui. Jam ergo inuenim⁹ fratres ꝛ de bonis bonos: de libera ysaac: ꝛ de malis malos: de ancilla hysmael. De bonis malos: esau de rebecca. Et de malis bonos vbi inuenim⁹? Restat iacob / vt ī trib⁹ patriarchis / quattuor genez istoz pfectio concludat. Habuit vxores iacob: habuit ancillas. Parūt libere: parūt ꝛ ancille: ꝛ fiunt duodecim filij israel. Si nūeres oēs de q̄bus nati sūt: nō oēs de liberis: nō oēs de ancillis: sz tū oēs ex vno semine. Quid g̃ fratres mei? nunq̄d q̄ nati sunt de ancillis / nō simul possederūt terrā pmissionis cū fratribus suis? Inuenim⁹ ibi bonos filios iacob natos de ancillis ꝛ bonos filios iacob natos de liberis. Nibil illis obfuit natiuitas de veteris ācillaz quando in patre cognouerunt semen suū: et consequenter regnum cum fratribus tenuerunt. Quomodo ergo in filijs iacob non obfuit illis qui nati sunt de ancillis quo minus tenerent regnum / et terrā repromissionis cum fratribus ex equo acciperēt: non illis obfuerūt natales ancillaz: sed preualuit semen paternum. Sic quicunq̄ per malos baptizātur: tanq̄ de ancillis videntur nati / sed tamē quia ex semine verbi dei quod figuratur in iacob / non contristentur: simul hereditatē cum fratribus possidebunt. Securus ergo sit qui de semine bono nascitur: tantum non imitetur ancillā. Si de ancilla nascatur: ancillam malā superbientē non imitetur. Unde enim filij iacob de ancillis nati possederunt terrā promissionis cū fratribus: hysmael autem de ancilla nat⁹ expulsus est de hereditate? Unde nisi quia ille superb⁹ erat: illi būiles. Erexit ceruicem et voluit seducere fratrem suū: ludens cū illo. Magnum ibi sacramentum. Ludebant simul hysmael et ysaac / Gen.xxj. vidit illos sara ludentes: ꝛ ait abrae. Ejce ancillā ꝛ filiū ei⁹: nō enim heres erit filius ancille cū filio meo ysaac. Et cū cōtristatus esset abraam: confirmauit ei a dño angelus dictum vxoris eius. Jam hic manifestū est sacramentū: q̄ nescio q̄d futurum parturiebat illa res gesta. Ludentes vidit ꝛ dicit. Ejce ancillā ꝛ filium ei⁹. Quid est hoc fratres? Quid enim mali fecerat hysmael puero ysaac: q̄ ludebat cum illo? Sed illa lusio: illusio erat. Jlla lusio deceptionē significabat. Mā magnum sacramētū: attendat charitas vestra. Persecutionem illā vocat apostolus ipsam lusionem: ipsum lusum persecutionem vocat. Ait enim. Sed sicut tūc ille qui fm carnem Gal.iiij. natus erat persequebatur eum qui fm spm: ita ꝛ nūc: id ē qui fm carnem nati sunt: persequuntur eos qui fm spm nati sunt. Qui sunt fm carnem nati? Dilectores mundi: amatores scli. Qui sunt fm spiritū nati? Amatores regni celoz: dilectores christi: desiderantes vitam eternam: gratis colentes deum. Ludūt ꝛ dicit apostolus persecutionem. Mā postea q̄z dixit hec verba apostolus: et sicut tūc ille qui fm carnē natus erat persequebatur eum qui fm spiritum ita et nunc: secutus est ꝛ ostēdit de qua persecutione diceret. Sed quid dicit scriptura? Ejce ancillam et filium eius: non enim heres erit filius ancille cū filio meo ysaac. Queram⁹ vbi hoc dicat scriptura: vt videamus vtrum aliqua persecutio precesserit hysmaelis in ysaac: ꝛ inuenimus hoc dictum esse a sara qñ vidit pueros ludētes simul. Quam lusionem dicit scriptura vidisse saram hāc persecutionē dicit apostolus. Plus ergo vos pequunt qui vos in ludendo seducunt. Uemi veni: baptizare hic: hic habes verū baptismū. Noli ludere: vnus est verus. Ille lusus est: seduceris: et ista persecutio grauis tibi erit. Melius tibi erat: si hysmaelem lucrareris ad regnū Sz nō vult hysmael q̄ ludere vult. Tene tu hereditatē patris ꝛ audi. Ejce ancillam et filium eius: non enim heres erit filius ancille cū filio meo ysaac. Jsti etiā audent dicere quia persecutionem solēt pati a catholicis regibus: aut a catholicis principibus qua in persecutione tolerāt afflictionem corporis. Si tamen aliquando passi sunt aut quomodo passi sunt: ipsi sciant / aut cōueniant conscientias suas. Tamen afflictionem corporis passi sunt. Persecutio quam faciunt grauior ē. Caue quādo vult ludere hysmael cū ysaac: quando tibi blanditur quādo offert alterū baptismum: responde habeo iam baptismū. Si enim verus est iste baptismus: quisquis vult alterum dare / illudere vult. Caue anime persecutorē. Mā si a principibus catholicis aliq̄d passa est pars donati aliq̄n / fm corp⁹ passa est: non fm illusionem spūs. Audite ꝛ videte in ipis veterib⁹ factis: oia futura rerū signa ꝛ iudicia. Inuentur sara affligisse agar ancillam. Sara libera est. Postea q̄z superbire cepit ancilla: questa est abrae sara ꝛ dixit. Ejce ancillā: erexit aduersum me ceruicem suam. Et quasi ab abraam fieret: de abraā questa est mulier. Abraā vero qui non in ancilla libidine vtēdi tenebatur sed officio generādi quō sara dederat vī prolem susciperet: ait ei. Ecce ancilla tua: vtere ea sicut vis. Gen.xvj. Et afflixit eā grauiter sara et fugit a facie eius. Ecce libera afflixit ancillā: et nō illam vocat persecutionē apostol⁹. Ludit seruus cum domino: et persecutionē vocat. Afflictio ista nō vocatur persecutio: et lusio illa vocatur persecutio. Quid vobis videtur fratres? nonne intelligitis quid significatum sit? Sic ergo quando vult deus concitare potestates aduersus hereticos / aduersus scismaticos / aduersus exsufflatores christi / aduersus blasphematores baptismatis: nō miretur: q̄z deus cōcitet vt a sara verberetur agar. Cognoscat se agar: ponat ceruicem: quia cū humiliata discederet a domina sua occurrit ei angelus ꝛ dixit ei. Quid est agar ancilla sare? Cū questa eēt de domina sua: q̄d audiuit ab angelo. Reuertere

ad dominam tuā. Ad hoc ergo affligitur: vt reuertatur: atq; vtinam reuertatur: quia proles eius sicut filij iacob cum fratribus hereditatem tenebit. Mirantur autem: quia commouentur potestates christiane aduersus detestandos dispēsatores ecclesie. Non ergo mouerentur: et quomodo redderēt rationē de imperio suo deo? Intendat charitas vestra quid dicam: quia pertinet hoc ad reges seculi christianos vt temporibus suis pacatā velint matrē suam ecclesiam: vnde spiritualiter nati sunt. Legimus danielis visiones ⁊ gesta ꝓphetica. Daniel. iij Tres pueri in igne laudauerunt deum: miratus est nabuchodonosor rex laudantes deum pueros ⁊ circa eos ignē innocentem. Et cū ammiratus esset: quid ait nabuchodonosor rex non vel iudeus vel circumcisus ille qui statuam suam erexerat: ⁊ ad eam adorandā oēs coegerat / tamen laudibus trium puerorū commotus: vbi vidit maiestatem dei presentis in igne quid ait? Et ego ꝓponā decretū omnibus tribubus ⁊ linguis in omni terra. Quale decretum? Quicunq; dixerint blasphemiā in deū sydrac / mysac / ⁊ abdenago / ī interitu erunt: ⁊ domus eorum in perditionē. Ecce quomō seuit alienigena ne blasphemetur de⁹ israel: q; potuit tres pueros de igne liberare: ⁊ nolunt vt seuiant reges christiani: q; rps exsufflatur: a quo non tres pueri sed orbis terrarū cum ipsis regibus a gehennarū igne liberantur. Mā tres illi pueri fratres mei liberati sunt ab igne temporali: nunqd nō ipe deus machabeoꝝ: qui et trium puerorū? Illos ab igne liberauit: illi intormētis igneis corpe defecerunt: sed in legitimis mādatis aīo permanserunt. Illi aperte liberati sunt: illi occulte coronati sunt. Plus est liberari de flamma gehennarū q̄ de fornace potestatis humane. Si ergo nabuchodonosor laudauit ⁊ predicauit et gloriā dedit deo quia liberauit de igne tres pueros: et tāta gloriam dedit vt decretū mitteret per regnum suū: quicunq; dixerint blasphemiam in deū sydrac / mysac et abdenago in interitu erunt et domus eorum ī perditionem: quomodo isti reges non moueantur qui non tres pueros attēduntliberatos de flamma: sed seipsos liberatos de gehenna quando vident christū a quo liberati sunt exsufflari in christianis: quādo audiunt dici christiano: dic te nō esse christianum. Talia facere volunt: et saltem talia pati nolunt. Nam videte qualia faciunt: ⁊ qualia pati patiunt. Occidunt animas / affliguntur in corpore. Sempiternas mortes faciunt: et temporales se perpeti conqueruntur. Et tamē que patiuntur: proferunt nobis nescio quos in persecutione suos martyres. Ecce marcellus de petra precipitatus est: et ecce donatus bagaiensis in puteū missus est. Quando potestates rhomane talia supplicia decreuerūt: vt precipitarent homines? Quid autē respondent nri? Quid sit gestū nescio. Tamen quid tradunt nostri? quia ipsi se precipitauerunt: et potestates infamauerunt. Recordemur consuetudinem potestatum rhomanorū: ⁊ videamus cui credēdum sit. Dicunt nostri illos se precipitasse. Si non sunt ipsi discipuli ipsorum qui se modo de saxis nullo persequente precipitant: non credamus. Quid mirum: si fecerūt illi quod solent? Nam potestates rhomane nunq; talibus supplicijs vse sunt: non enim non potuerūt occidere aperte: sed illi qui se mortuos coli voluerunt: famosiorem mortē non inuenerūt. Postremo q̄d illud est: nō noui. Et si passa eos pars donati corporalē afflictionē ab ecclesia catholica: a sara passa est agar: redi ad dominam tuā. Locus quidem necessarius aliqñ diuti⁹ nos tenuit: vt textū totū euangelice lectionis exponere minime valerem⁹: sufficiat interim charitati vestre fratres: ne hec que dicta sunt dicēdo alia excludant de cordib⁹ vris. Hec tenete alia dicite: flammātes illuc procedite: accēdite frigidos.

Non replicat Aug⁹. ī hoc trac. xj vltima verba textus ī rubrica notata videlz Amē amē dico tibi: nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ ⁊ spū sctō: nō potest introire ī regnū dei. Sed ī trac. sequēti circa finē eadē ꝝba repetit.

Tractatus duodecimus.

¶ Quod natum est de carne caro est: ⁊ qđ natum est ex spiritu spūs est: non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: et vocem eius audis: sed nescis vnde veniat: aut quo vadat. Sic est omnis qui natus ē ex spiritu. Respondit Nychodemus ⁊ dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respondit iesus ⁊ dixit ei: tu es magister in israel et hec ignoras? Amen amē dico tibi: quia quod scimus loquimur: ⁊ qđ vidimus testamur: ⁊ testimoniū nostrū non accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊ non creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: filius hominis q̄ est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipso non pereat sed habeat vitam eternam. Sic enim dilexit⁹ mundū vt filium suū vnigenitū daret: vt omnis qui credit in eum nō pereat: sed habeat vitā eternam. Non enim misit deus filiū suum in mundū vt iudicet mundū: sed vt saluetur mundus ꝑ ipm. Qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit iam iudicatus est: quia non credidit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est aūt iudicium: q; lux venit in mundū. Et dilexerunt hoies magis tenebras q̄ lucem: erant enim eorū mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem et non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem vt manifestentur opera eius: quia in deo facta sunt.

EX eo q; hesterno die intentā fecimus charitatē vestram: intelligimus vos alacrius ⁊ numerosius cōuenisse. Sed interim lectioni euāgelice ex ordine sermonē debitū reddam⁹ si placet. Deinde audiet charitas vra de pace ecclesie vel qđ egerimus: vel qđ adhuc agendū sperem⁹. Nunc aūt tota intētio cordis ad euangeliū ponatur: nemo enī aliunde cogitet. Si enim q̄ tot⁹ adest vr capit: qui se ꝑ cogitationes diuersas diuidit / nonne et qđ ceperat fundit? Meminit aūt charitas vra dñico ꝓterito q̄tū dñs adiuuare dignatus est disseruisse de spirituali regeneratione: quā lectionē vobis iterꝫ legi fecimus: vt q̄tūcunq; dicta sunt / in nomine xpi adiuuantib⁹ oīonibus vris impleamus. Regeneratio spiritualis vna ē: sicut generatio carnalis vna est. Et q; nicodemus dño ait verū dixit: quia nō pōt hō cum sit senex redire rursum ī vterū matris sue et nasci. Illeq; dixit / q; hō cū sit senex hocnō pōt: q̄si et si infans esset posset. Omnino enī non pōt siue recēs ab vtero siue annosa iā etate redire rursum ī materna viscera ⁊ nasci. Sed sicut ad natiuitatē carnalē valent mulieb⁹ia viscera ad semel pariendū: sic ad natiuitatē spiritualē valēt viscera ecclesie: vt semel quisq; baptizet. Propterea ne quis forte dicat / sed iste ī hereſi natus est: ⁊ iste ī scismate natus ē: amputata sunt oīa si meministis q̄ vobis disputata sunt de tribus ꝓphis nris quoꝝ de⁹ dici voluit: non quia soli erāt: sed q; in his solis impleta ē integritas significādi populi futuri. Inuenim⁹ tñ natū de ancilla ⁊ exheredatū: natū de libera heredē. Rursuꝫ inuenim⁹ natū de libera exheredatū: natū de ancilla heredē. Mat⁹ de ancilla exheredat⁹ hysmael: nat⁹ de libera heres ysaac. Natus de libera exheredat⁹ esau: nati de ancillis heredes filij iacob. Jn illis tq̄tribus patrib⁹: oīs futuri populi figura ꝓfecta est. Nec immerito deus inq̄t. Ego sum deus abraā et deus ysaac ⁊ deus iacob. Hoc mihi nomē inq̄t ē eternū. Magis meminerimus: q̄d ꝓmissum sit ipsi abraae: hoc enim ꝓmissum ē ysaac: hoc ꝓmissum ē ⁊ iacob. Quid inuenimus: in semine tuo bñdicent oēs gētes. Credidit tūc vn⁹ qđ nōdum videbat: videt hoies ⁊ execrant. Cōpletū est ī gētibus quod ꝓmissum ē vni: ⁊ separant a cōmunōe gētiū: q̄ ⁊ qđ implētū ē videre nolūt. Sz q̄dullis ꝓdest q; videre nolūt? Videt velint nolint: apta veritas ⁊ clausos oculos ferit. Respondeo nicodemo q̄ ex eis erat q̄ crediderāt in iesum: ⁊ ipe iesus nō se credebat eis. Quibusdā enī nō se credebat: cū iā in illū credidissent. Sic habes scriptū. Multi crediderūt in nomine eius videntes signa q̄ faciebat. Ipse aūt iesus nō credebat semetipz illis. Nō enī opus habebat: vt quisq̄ testimoniū perhiberet de hoīe. Ecce iam illi credebāt in iesum: ⁊ ipe iesus nō se credebat eis. Quare: q; nōdū erāt renati ex aqua ⁊ spūsctō. Dñs hortati sum⁹ ⁊ hortamur fratres nros catheccuminos. Si ei interroges eos: iā crediderūt in iesum. Sz q; nōdū carnem

Daniel. iij

Gen. xxj. ⁊ Gal. iiij.

Joh. ij.

eius ⁊ sanguinem accipiunt: nondum se illis credidit Jesus
Quid faciant: vt se illis credat iesus? Renascantur ex aqua ⁊
spū sancto: proferat ecclesia qō parturit. Cōcepti sunt: edant
in lucem: habēt vbera quibus nutriant. Non timeāt ne nati
suffocētur: ab vberib⁹ maternis non recedāt. Nullus potest
hō redire ī matris viscera ⁊ iterū renasci: sed de ancilla nescio
quis natus ē. Nunquid tū q⁹ nati sunt de ancillis: redierūt
ī vterū liberaꝝ vt denuo nascerent? Semen abrāā ī hismael
⁊ vt posset facere abraam filiū de ancilla: vtor auctor fuit: na
tus ē ex semine viri: ⁊ nō vtero: ꝛ solo placito vxoris. Nūqd
quia de ancilla ideo exheredat? Si ꝓpterea exheredat⁹ q⁹
de ancilla natus ē. Nulli ancillaꝝ filij admittent̄ur ad here
ditatem. Filij iacob admissi sūt ad hereditatē. Hysmael aūt
non quia ex ancilla natus exheredatus: sed quia ī supbus ma
tri: supbus in filiū matris: mater enī ei⁹ magis sara q̄ agar.
Illius vterus accōmodatus: illius volūtas accessit. Nō fa
ceret abrāā qō sara nollet: magis ergo ille filius sare. Sed q⁹
supbus in fratrē et supbus ludēdo: ludēdo quia deludendo:
Quid ait sara. Eijce ancillā ⁊ filiū eius: non enim heres erit
filij⁹ ancille / cū filio meo ysaac. Non ergo illū viscera ancille
eiecerūt foras: sed ceruix seruilis: ꝛ filiber supbus sit fuus ē
Et qō peius ē male dñe ipsius supbie. Itaq; fratres mei: re
spōdete hō nō posse rursus nasci hoiem. Quicq̄d iterum fit /
illusio est: q̄cq̄d iterū fit / lusus ē. Hysmael ludit foras mittit
Aiaduertit eos sara ludētes (ait scriptura) ⁊ dixit abrae. eij
ce ancillaꝝ ⁊ filiū eius. Displicuit sare lusus pueroꝝ: aliquid
nouū vidit pueros ludere. Nonne optant hoc q̄ filios habēt
videre ludētes filios suos? Vidit illa et improbauit. Nescio
q̄d vidit in lusu. Illusionē vidit ī illo lusu: aīaduertit seruilu
perbiaꝝ: displicuit illi: eiecit foras. Nati ergo de ancillis ad
hereditatē admittuntur iacob / et natus de libera mittitur fo
ras esau. Nemo enī p̄sumat quia de bonis nascitur: nemo
p̄sumat quia ꝑ sanctos baptizatur. Qui ꝑ sanctos baptizat
adhuc caueat ne nō sit iacob sed esau. Hoc ergo fratres dire
rim. Melius est ab hōibus sua querētib⁹ ⁊ mūdū diligētib⁹
q⁹ significatio est ancille baptizari: ⁊ spiritualiter hereditatē
querere xp̄i: vt sit tanq̄ filius iacob de ancilla quā baptizari
psanctos ⁊ supbire vt sit esau foras mittēdus: q̄uis natus ex
libera. Hec fratres tenete. Non vos palpamus: nulla spes
vestra in nobis sit. Nec vobis blādimur nec nobis: vnusq̄sq;
suā sarcinā portat. Nostrū est dicere ne male iudicemur: ve
strum est audire et in corde audirene exigatur quod damus
Immo qñ exigitur / lucrum inueniatur non detrimentum.

†Alfarū dit iesus. †Alia fa intoire. † [Dicit dñs nicodemo] et exponit ei. [Amen amē dico tibi:
nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto: non potest †
intrare in regnum dei.] Tu inquit carnalem generationē in
telligis cū dicis. Nunq̄d pōt hō redire in viscera matris sue
Ex aqua et spū sancto oportet vt nascaḳ ꝓpter regnū dei. Si
ꝓpter hereditatē patris hōis tpalem nascḳ / nascatur ex vi
sceribus matris carnalis: si ꝓpter hereditatē p̄ris dei sempi
ternam: nascaḳ ex visceribus ecclesie. Generat ꝑ vxorem filiū
pater moritur? successurū: generat deus de ecclesia filios nō
succeſſuros: sed secū māsuros. Et sequit. [Quod natū ē † de
carne caro ē: et qō natū est † de spū: spūs ē.] Spiritualiter ⁊
nascimur et in spū nascimur. Verbo et sacramēto adest spūs
vt nascamur. Spūs inuisibiliter adest vt nascaris: q̄ ⁊ tu in
uisibiliter nasceris. Sequtur enī ⁊ dicit. [Nō mireris q̄ dixi
tibi. Oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat et vocē
ei⁹ audis: sz nescis vñ veniat aut q̄ vadat.] Memo videt spm
et quō audim⁹ vocē spūs? Sonat psalm⁹: vox ē spūs. Sonat
euāgeliū: vox est spūs. Sonat sermo diuin⁹: vox ē spūs. Vo
cem ei⁹ audis: ⁊ nescis vñ veniat ⁊ quo vadat. Sz si nascaris
⁊ tu de spū: hoc eris vt ille. Qui nō est adhuc nat⁹ de spū: non
sciat de te vñ venias ⁊ q̄ eas. Hoc enī secutus ait. [Sic ē oīs
q̄ natus est ex spū. Respondit nicodem⁹ et dixit ei. Quō p̄t
hec fieri]. Et reuera carnaliter nō intelligebat. In illo fiebat
qō dixerat domin⁹. Vocē spūs audiebat: ⁊ nesciebat vñ ve

†Alfa hz ei. nerat ⁊ quo ibat. [Respōdit iesus ⁊ dixit † Tu es magister ī
israel: ⁊ hec ignoras?] O fratres quid putam⁹ dūm: huic ma
gistro iudeoꝝ: quasi insultare voluisse? Nouerat dñs q̄d age
bat: volebat illuz nasci ex spū. Memo ex spū nascḳ nisi hūilis
fuerit: quia ipa humilitas facit nos nasci de spū: quia prope
est dñs obtritis corde. Ille magisterio inflat⁹ erat et alicui⁹
momenti esse videbaḳ: quia doctor erat iudeoꝝ. Deponit
ei superbiam vt posset nasci de spiritu: insultat tanq̄ indocto
Nō q⁹ superior vult videri dñs. Quid magnū de⁹ ad hoiem
veritas ad mendaciū? Maior xp̄s q̄ nicodem⁹ dici debet /
dici pōt: cogitandus est. Si diceretur maior xp̄s q̄ angeli:
ridendū erat. Incōparabiliter enī maior oī creatura: p quez
facta est oīs creatura. Sed exagitat supbiā hoīs. Tu es ma
gister in israel: ⁊ hec ignoras? Tanq̄ dicēs. Ecce nihil nosti
p̄ceps supbus nascere ex spū. Si enim natus fueris ex spū:
vias dei tenebis: vt xp̄i humilitatem sequaris. Si ceni alt⁹
est sup oēs angelos: q⁹ cū in forma dei esset non rapinā arbi
tratus est esse se eq̄lem deo sed semetip̄z exinaniuit formam
serui accipiēs: in similitudinem hominū factus ⁊ habitu in
uentus vt hō: humiliauit semetip̄m factus obediens vsq; ad Matth.
mortē. Et ne mortis genus tibi aliq̄ placeat: mortē aūt cru xxvij.
cis. Pēdebat et insultabaḳ ei. De cruce descēdere poterat sz
differebat: vt de sepulchro resurgeret. Pertulit supbos ser
uos dūs: medic⁹ egrotos. Si ille: q̄d illi q̄s opz nasci ex spū
Si ille ver⁹ magister ī celo: nō hoīz tm̄ sz ⁊ angeloꝝ. Si eni
docti sūt angeli: x̄bo dei docti sunt: si x̄bo dei docti sūt: q̄rite
vñ: et inuenietis. In p̄incipio erat verbū: et x̄bū erat apud
deū: ⁊ deus erat x̄bū. Tollitur hōi ceruix sz aspera ⁊ dura: vt
sit leuis ceruis ad portādū iugū xp̄i. De quo dr: iugum meū
leue est: ⁊ sarcina mea leuis ē. Et seqtur. [Si terrena dixi vo- Aug⁹. Ħ p̄
bis et nō creditis: quō si dixero vob celestia credetis?] Que terit illū te
terrena dixit fratres? nisi quis nat⁹ fuerit denuo: terrenū ē: xtū Amen
Spūs vbi vult spirat: et vocē eius audis ⁊ nescis vñ veniat amen dico
aut quo vadat: terrenū est? Si de isto vēto diceret sicut non- tibi: q⁹ qō
nulli intellexerūt: cū quererek ab eis: q̄d terrenū dixerit dñs scimus loq̄
dū ait. Si terrena dixi vobis ⁊ nō creditis: quō si celestia di mur: et qō
xero credetis? Cū ergo quereretur a quibusdā: q̄d terrenuz vidim⁹ te
dixerit dñs? angustias passi dixerunt. Quod ait. Spūs vbi stamur: et
vult spirat: et vocē eius audis et nescis vnde veniat aut quo testimoni
eat. De isto vēto dixit. Quid enī nominauit terrenū? Loque um nr̄z nō
batur de generatione spirituali: secutus ait. Sic est oīs q̄ na accipitis.
tus est ex spū. Deinde fratres quis nostrū non videat / verbi
gra: austrum euntē a meridie ad aquilonē: aut alium vēt̄um
venientē ab oriente ad occidentē? Quō ergo nescimus vnde
veniat ⁊ quo eat. Quid ergo dixit terrenū quod nō credebāt
hoīes? An illud qō de tēplo suscitando dixerat? Corpus enī
suū de terra acceperat: ⁊ ipsā terrā de terreno corpe susceptā
parabat suscitare. Nō ei creditū est terrā suscitaturo. Si ter
restria inquit dixi vobis ⁊ nō creditis: quō si celestia dixero
credetis? Hoc est si nō creditis quia tēplum possum resusci
tare deiectuz a vobis: quō credetis q⁹ per spm possint hoīes
regenerari? Et sequitur. [Et nemo ascēdit in celū / nisi q̄ de
scēdit de celo: filius hōis q̄ est in celo.] Ecce hic erat et i celo
erat. Hic erat carne / ⁊ in celo erat diuinitate: immo vbiq; di
uinitate Natus de matre nō recedēs a p̄re. Due nat⁹itates
xp̄i intelligunt̄ur: vna diuina / altera humana. Vna p quam
efficeremur: altera p quā reficeremur. Ambe mirabiles: illa
sine matre / ista sine patre. Sed quia de adā corpus accepe
rat quia maria de adā: ipsum quoq; corpus suscitatur⁹ erat.
Terrenū quiddam dixerat: soluite templum hoc / ⁊ i tribus
diebus suscitabo illud. Celeste aūt quiddā dixit: nisi quis re
natus fuerit ex aqua et spū nō videbit regnum dei. Eia itaq;
fratres deus voluit esse filius hōis: homines nolunt esse filij
dei. Ipse descendit ꝓpter nos: nos ascendamus ꝓpter ipm.
Solus enim descendit ⁊ descendit qui hocait. Memo ascen- Joh.iij
dit in celū: nisi qui descēdit de celo. Non ergo ascensuri sunt
in celum: quos facit filios dei? Ascensuri sunt plane. Nec no
bis promissio est erūt equales angelis dei. Quomodo ergo
nemo ascendit nisi qui descendit. Quia vnus descendit: vn⁹
ascendit. Quid de ceteris quid intelligendum / nisi q⁹ mem
bra eius erūt vt vnus ascendat? Propterea sequitur. Memo
ascendit in celum: nisi qui de celo descendit: filius hominis
qui ē in celo. Miraris quia hic erat et in celo? Tales fecit di Phil.iij
scipulos suos. Paulum audi apostolū dicentem. Nra enim
conuersatio in celis est. Si homo paulus apostolus ambula
bat carne in terra et conuersabatur in celo. Deus celi et terre
non poterat esse et in celo et in terra? Si ergo nemo nisi ille
descendit et ascendit: que spes est ceteris? Ea spes ē ceteris
quia ille propterea descendit vt in illo et cum illo vnū essent
qui per illum ascēsuri essent. Non dicit et semimbus quasi in
multis: sed tanq̄ in vno et semini tuo qui est christ⁹. Et fide-

Expositio diui Augustini in euangeliū scdm Johan.

libus ait. Vos autem christi. Si autem christi: ergo semen abrae estis. Quod dixit vnū: hoc dixit omēs nos esse. Ideo in psalmis aliquando plures cantant: vt ostendatur quia de pluribus sit vnus: aliquando vn⁹ cantat: vt ostendatur quid fiat de pluribus. Propterea vnus sanabatur in illa piscina: et quisquis alius descēdebat: nō sanabat. Ergo iste vnus cōmendat vnitatem ecclesie. De illis qui oderunt vnitatē ecclesie: et partes sibi faciūt in hominibus: audiant illum qui volebat eos facere vnū in vno. Ad vnū audiant illum dicētem. Nolite vos facere multos. Ego plātaui: apollo rigauit: sed deus incrementū dedit. Sed neq; qui plantat aliquid: neq; qui rigat: sed qui incremētum dat deus. Illi dicebant. Ego sum pauli: ego apollo / ego cephe et ille. Diuisus est xps? In vno estote: vnū estote: vnus estote. Nemo ascendit in celum: nisi q̄ de celo descendit. Ecce volum⁹ esse tui: dicebāt paulo. Nolo sitis pauli: sed eius estote cuius est vobiscum paulus. Descendit enim t mortuus est: et ipsa morte liberauit nos a morte. Morte occisus: mortem occidit. Et nostis fratres: q̄ mors ista per diaboli inuidiā intrauit in mundū. De⁹ mortē non fecit: scriptura loquitur. Nec letatur inquit in perditiōe viuorum. Creauit enim vt essent oīa. Sed quid ibi ait. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarū. Ad mortē a diabolo propinatam: nō veniret homo vi adactus. Nō enim cogendi potentiam diabolus habebat: sed persuadendi versutiam. Si non cōsentires: nihil inuexerat diabolus: cōsensio tua te o hō pduxit ad mortē. A mortali mortales nati: ex mortalibus mortales facti. Ab adā oēs hoies mortales. Jesus aūt filius dei: verbū dei pq̄ facta sunt oīa: vnicus eē lis pfi mortalis factus ē: q̄ verbū caro factū est t habitauit i nobis Si ergo mortem suscepit et morte suspendit in cruce: de ipsa morte liberantur mortales. Quod in figura factum est apud antiquos: cōmemorauit illud dom⁹. [Et sicut inquit moyses exaltauit serpentē † in heremo: ita exaltari oportet filiū hominis: vt omnis qui credit in † eum nō pereat: sed habeat vitam eternam.] Magnum sacramentū: et qui legerunt nouerunt. Deinde audiant vel qui non legerūt: vel qui forte lectum vel auditū obliti sunt. Prosternebatur in heremo populus israel morsibus serpētum: fiebat magna strages multorum mortuorū: plaga enim dei erat corripientis t flagellantis vt erudiret. Demonstratū est ibi magnum sacramentū rei future. Ipse dñs testatur in hac lectione: vt nemo possit aliud interpretari q̄ q̄ ipsa veritas de se indicat. Dictum ē enim ad moysen a dño vt faceret teneum serpentē t exaltaret in ligno i heremo et admoneret populū israel: vt si quis morsus esset a serpente: illum serpentem exaltatum attenderet: et factū est. Mordebantur hoies: intuebātur: sanabant. Quid sunt serpentes mordentes? Peccata de mortalitate carnis. Quis est serpēs exaltatus? Mors dñi in cruce. Quia enim a serpente mors: per serpentis effigiem figurata ē mors. Morsus serpētum letalis: morsus dñi vitalis. Attenditur serpēs: vt nihil valeat serpēs. Quid est hoc? Attenditur mors: vt nihil valeat mors. Sed cuius mors? Mors vite / si dici potest mors vite: immo quia dici potest: mirabiliter dicitur. Sed nunquid non erit dicendum quod fuit faciendum? Ego dubitem dicere: quod dñs pro me dignatus est facere? Nonne vita christus? Et tamen mortuus est xps. Sed in morte xpi mors mortua est: quia vita mortua occidit mortē: plenitudo vite deglutiuit mortē. Assumpta est mors in christi corpore. Sic et nos dicemus in resurrectione: quando iam triūphantes cantabimus. Vbi est mors cōtentio tua? vbi est mors aculeus tuus? Interim mō fratres vt a peccato sanemur: xpō crucifixū intueamur: quia sicut moyses inquit exaltauit serpētem in heremo: ita exaltari oportet filium hominis vt oīs qui credit in eum non pereat: sed habeat vitā eternam. Quomodo qui intuebantur illū serpentē: non peribant morsibus serpentium: sic qui intuētur fide mortem xpi: sananf a morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur a morte ad vitam temporalem: hic autē ait vt habeant vitā. Hoc enim interest inter figuratam imaginē: t rem ipsam. Figura prestabat vitaz temporalem: res ipsa cuius illa figura erat prestat vitā eternam. [Non enim misit deus filium suum vt iudicet mūdum: dilexit mū sed vt saluetur mūdus per ipsum.] Ergo quātum in medico dū vsq; est: sanare venit egrotum. Ipse se interimit: qui precepta me habeat vi: dici seruare nō vult. Venit saluator ad mundum. Quare saluator dictus est mundi / nisi: vt saluet mundum: vt non iudicet mūdum? Saluari non vis ab ipso: ex teipso iudicaberis. Vide quid ait. [Qui credit in eum non iudicatur.] Qui aūt non credit quid dicturum speras: nisi iudicatur? Additur⁹ erat. [Jam inquit iudicatus est.] Nōdum apparuit iudiciū sed iam factum est iudicium. Nouit enim dominus qui sunt eius: nouit qui permaneant ad coronam: qui parmaneāt ad flammam. Nouit in area sua triticum suū / nouit et paleā / nouit et segetem: nouit t zizaniam: iam iudicatus est q̄ non credit. Quare iudicatus est? [Quia nō credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autem iudiciū: quia lux venit in mundū t dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Erāt enim mala eorū opera.] Quorū opera bona inuenit dñs? Nullor. Omnia enim opera mala inuenit. Quomodo ergo quidā fecerunt veritatem: et venerunt ad lucem? Et hoc ceni sequitur [Qui autem facit veritatem venit ad lucem: vt manifestent nō fecerunt: vt venirēt ad lucem: id est christum? Et quomodo quidam dilexerunt tenebras? Si enim omēs peccatores inuenit: et omēs a peccato sanat. Et serpens ille a quo figurata est mors dei eos sanat qui morsi fuerant: et propter morsum serpentis erectus est serpens: id est mors domini, pter mortales homies quos inuenit iniustos. Quomodo intelligitur hoc est iudicium / quia lux venit in mundum: et dilexerūt homines magis tenebras q̄ lucem: erant enim mala opa eorū. Quid est hoc? Quorum enim erāt bona opera. Nōne venisti vt iustifices impios? Sed dilexerūt inquit tenebras magis q̄ lucem. Ibi posuit vim. Multi enim dilexerūt peccata sua multi confessi sunt peccata sua. Quia qui confitetur peccata sua et accusat peccata sua: iam cū deo facit. Accusat de⁹ peccata tua: t si tu accuses coniungeris deo. Quasi due res sunt: homo et peccator. Quod audis homo / deus fecit: quod audis peccator / ipse homo fecit. Dele quod fecisti: vt de⁹ saluet q̄ fecit. Oportet vt oderis in te opus tuū: et ames in te op⁹ dei Cum autem ceperit displicere quod fecisti: inde incipiūt bona opera tua: quia accusas mala opera tua. Initium operuz bonoz: confessio est operum malorū. Facis veritatē t venis ad lucem. Quid est facis veritatem? Nōn te palpas: non tibi blandiris / non tibi adularis: non dicas iustus sum / cum sis iniquus: et incipis facere veritatē. Venis aūt ad lucē vt manifestentur opera tua quia in deo sunt facta: q̄ et hoc ipsum quod tibi displicuit peccatū tuū: non tibi displiceret nisi de⁹ tibi luceret: et eius veritas tibi ostenderet. Sed qui etiā amonitus diligit peccata sua / odit admonētem lucem t fugit eam: vt non appareant opera eius mala que diligit. Qui aūt facit veritatem / accusat in se mala sua: non sibi parcit: nō sibi ignoscit vt deus ignoscat: quia q̄ vult vt deus ignoscat ipse agnoscit t venit ad lucem. Cui gratias agit: quod illi quidi se odisset ostenderit. Dicit deo. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Et qua fronte dicit nisi iterū dicat / quia facinus meū ego agnosco: et peccatum meum coram me est semper? Sit ante te: quod non vis esse ante deū. Si autem post te feceris peccatum tuum / retorquet illud tibi deus ante oculos tuos: et tunc retorquet quando iam penitentie fructus nullus erit Currite: ne tenebre vos comprehendant. Fratres mei euigilate ad salutem vestram: euigilate dum tempus est: null⁹ retardetur a templo dei: nullus retardetur ab opere dñi: null⁹ auocetur ab oratione cōtinua: nullus a solita deuotione fraudetur. Euigilate cum dies est lucet dies. Christus est dies: paratus est ignoscere reis sed agnoscentibus: punire autem defendentes se et iustos se iactantes et putantes se esse aliq̄d cum nihil sint. In dilectione autem eius et in misericordia eius qui ambulat: etiam liberatus ab illis letalibus t grandibus peccatis qualia sunt facinora hominum: homicidia / furta / adulteria / preter illa que minuta videntur esse: peccata lingue aut cogitationū aut immoderationis in rebus concessis: facit veritatem confessionis et venit ad lucem in operibus bonis. Quomodo minuta plura peccata si negligātur occidūt? Minute sunt gutte q̄ flumina implent: minute sunt arene. Si multa arena imponatur: pmit atq; opprimit. Hoc facit sentina neglecta: quod facit fluctus irruēs. Paulatim per sentinā intrat: sed diu intrando et non exhauriendo: mergit nauim. Quid est aūt exhaurire: nisi bonis operib⁹ agere vt non obruant peccata / gemendo / ieiunando / tribuendo

D

† Alia lra in deserto. † Alia lra in ipso.

Prekmittit hic textum eni de⁹

tā eternā.

Nō cōmemorat hic xtus iste. Dis eni q̄ male agit odit lucē. t nō vēit ad lucē: vt nō arguantur opera ei⁹.

E

Pſ. l.

ignoscendo. Iter autem huius seculi molestum est plenū tentationibus: in rebus prosperis ne extollat: i rebus aduersis ne frangat. Qui tibi dedit felicitatem huius seculi ad consolationem tuam dedit: non ad corruptionem. Rursus qui te flagellat in isto seculo: ad emendationem non ad dānationē facit. Ferto patrem erudientem: ne sentias iudicem punientē Hec quotidie dicimus vobis: et sepe dicenda sunt: quia bona et salutaria sunt.

Tractatus tredecimus.

¶ Post hec venit iesus ⁊ discipuli eius in iudeā terram: et illic morabatur cum eis et baptizabat Erat aūt et iohannes baptizans in Enon iuxta salim: quia aque multe erant illic et veniebant et baptizabantur. Nondū enim missus fuerat iohānes i carcerem: facta est autem questio ex discipulis iohannis cum iudeis de purificatione: et venerunt ad iohannem ⁊ dixerunt ei. Rabbi q̄ erat tecum trās iordanem: cui testimoniū perhibuisti Ecce hic baptizat: ⁊ omnes veniunt ad eum. Respondit iohannes et dixit. Non potest homo accipere quicq̄: nisi fuerit ei datū de celo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis q̄ dixerim nō sum ego christus: sed quia missus sum ante illū. Qui habet spōsam sponsus est: amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi.

A

Ordo lectionis eu angelice fm Johānem: sicut potestis meminisse qui curam geritis profectus vestri ita sequitur: vt hec que modo lecta ē: hodie nobis tractanda proponatur. Ab ipso principio vsq̄ in hodiernam lectionez que supradicta sunt meministis iam esse tractata. Et si forte inde multa estis obliti: certe vel officium nostrum manet in vestra memoria: que hinc audieritis de baptismo iohannis. Et si non teneatis omnia: audisse vos tamen credo q̄ teneatis que dicta sunt: etiam quare spiritus sanctus in columbe specie apparuerit: et quomodo illa nodosissima questio soluta sit: quia nescio quid quod non nouerat didicit iohannes in dño p columbam: cū iam eū nosset quando veniēti vt baptizaretur ait: ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me. Quando ei dñs respondit: sine mō: vt impleat ois iusticia. Hūc ergo ad eundē iohannem / cogit nos ordo lectionis reuerti. Ipse est ille qui prophetatus est p esaiam.

Esaie.xl. Vox clamantis in deserto / parate viam dño: rectas facite semitas ei⁹. Tale testimoniū reddidit dño suo: et quia ille dignatus est: amico suo. Dñsq̄ ipsius ⁊ amicus ipsius phibuit

Matth.xj. testimoniū iohanni. Dixit enī de iohanne. In natis mulier⁹ nemo surrexit maior iohanne baptista. Sed quia illi se ꝓpo suit: in hoc quod plus iohāne deus erat: qui aūt minor est inquit in regno celor⁹ maior ē illo. Minor natiuitate: maior potestate / maior diuinitate / maiestate / claritate tanq̄ in principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbū. Sic aut ē perhibuerat in superioribus lectionib⁹ iohannes dño testimoniū vt filiū dei quidē diceret: deum non diceret nec tñ negaret. Tacuerat deū: nō negauerat deū: sed nō omnino tacuit deū. Fortassis enim inuenim⁹ hoc in hodierna lectione: dixerat filiū dei. Sed dicti sunt ⁊ hoies filij dei. Dixerat ātē excellētie illū fuisse: vt nō esset ipse dignus corrigiā calciamēti ei⁹ soluere. Jam magnitudo ista multū dat intelligi: cuius non erat dignus corrigiā calciamēti soluere ille quo nemo surrexerat maior in natis mulierū. Plus erat oibus hominibus ⁊ angelis. Mā angelū inuenim⁹ prohibuisse ne homo illi ad pedes caderet. Cum enim quedā in apocalypsi angelus ostenderet iohāni qui scripsit hoc euangeliū: cōterritus magnitudine visionis iohānes cecidit ad

Apoc.xix. pedes angeli. Et ille. Surge ne feceris hoc: deū adora. Mā ⁊ ego conseruus tuus sum ⁊ fratrū tuor⁹. Cadere ergo sibi ad pedes hoiem angelus ꝓhibuit. Nonne manifestū est q: super oēs angelos est: cui talis hō quo maior nemo surrexit i natis mulierū / dicit indignū se esse soluere corrigiam calciamenti

Tamen aliquid euidentius dicat iohannes: q: deus ē dñs noster iesus christus. Inueniamus hoc in presenti lectione: quia ⁊ forte de illo cātauimus: regnauit deus sup oēm terrā. Contra quod surdi sunt: qui putant eū in africa sola regnare. Non enim nō dictū est de xpo: cum dictum est: regnauit sup oēm terraz. Quis est enim alius rex noster: nisi dñs nr iesus xps? Ipse est rex noster. Et quid audistis in ipso psalmo recenti versu modo cantato? Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite. Quem dixit deū: ipsum dixit regem nostrū / psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro: psallite intelligenter. Me in vna parte velis intelligere cui psallis quomō rex ois terre deus. Et quomodo ē ois terre rex: qui visus est in vna parte terraꝝ / in hierosoluma / in iudea ambulans inter hoies / natus / sugens / crescens / māducans / bibēs vigilans / dormiens / fatigatus ad puteū sedens: cōphensus flagellatus / sputis illitus / spinis coronatus / ligno suspēsus / lācea pcussus / mortuus / sepultus? Quomodo ergo rex ois terre? Quod videbatur i loco: caro erat: oculis carneis caro apparebat: i carne mortali maiestas immortalis occultabat Et quib⁹ oculis maiestas immortalis penetrata compage carnis poterat intueri? Est alius oculus: est interior oculus

Tobie.iiij Nonne enim nullos oculos habebat ⁊ thobias: quando cec⁹ oculis corporeis filio dabat precepta vite Ille pr̄is manum tenebat vt pedib⁹ ambularet: ille filio cōsilium dabat vt viā iusticie teneret. Et hac oculos video / ⁊ hac oculos intelligo Et meliores oculi dantis vite cōsilium: q̄ oculi tenētis manum. Tales oculos querebat et Jesus quando ait philippo Tanto tpe vobiscum sum ⁊ non cognouistis me?. Tales oculos querebat cū ait. Philippe: qui videt me videt et patrem meū. Isti oculi i intelligētia sunt: isti oculi in mēte sūt. Adeo cū dixisset psalm⁹: quō rex omnis terre deus: subiecit statim psallite intelligenter. Quod enim dico / psallite deo nr̄o psallite: deum dico regem nostrū. Sed regem nostrū inter hoies vidistis: tanq̄ hoiem vidistis: passum crucifixum mortuum Latebat aliq̄d in illa carne: quod oculis carneis videre non potuistis. Quid illic latebat: psallite intelligēter. Nolite oculis querere: quod mente cōspicitur. Psallite lingua: q: inter vos caro. Sed quia verbum caro factū est et habitauit i nobis. Reddite sonū carni: reddite dño mētis obtutū. Psallite intelligēter: ⁊ videtis quia verbū caro factū ē: ⁊ habitauit in nobis. Dicat et iohannes testimonium. [Post hec venit B
iesus ⁊ discipuli eius † in iudeam terrā: et illic † demorabat †Alia fa
cū eis et baptizabat.] Baptizatus baptizat. Non in eo ba- hz terrā iu
ptismo baptizat: quo baptizatus est. Dat baptismum dñs ba deam.
ptizatus a seruo: ostendens humilitatis viā ⁊ perducens ad †Alia fa
baptismum dñi: hoc est: baptismum suū / prebendo humilita habet mo
tis exemplū: quia ipse non respuit baptismū serui. Et in ba- rabatur.
ptismate serui via preparabatur dño: et baptizatus dñs viā sefecit venientibus. Ipsum audiamus. Ego sum via et ve- Joh. xiiij.
ritas et vita. Si veritatē queris: viā tene. Nam ipse ē via q̄ est veritas. Ipsa ē quo is: ipsa est qua is: nō p aliud is ad illō non p aliud venis ad xp̄m. Per christū ad xp̄m venis. Quo modo per xp̄m ad christū? Per christū hoiem: ad xp̄m deū. Per verbum caro factū: ad verbum quod in principio erat deus apud deum. Ab eo quod māducauit homo: ad illud qō

quotidie manducant angeli. Sic enim scriptū est. Panē an ps. lxxvij.
gelorum manducauit homo. Panem celi dederis: panem angelorum māducauit homo. Quis est panis angelorū? In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Quomodo panem angelorum māducauit hō? Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Sed quia dixim⁹ manducare angelos fratres ne putetis mosib⁹ fieri Nam si hoc intellexeritis: quasi dilaniatur deus quem manducāt angeli. Quis dilaniauit iusticiam? Sed rursum mihi aliquis dicit. Et quis est qui manducat iusticiā. Unde ergo

beati q̄ esuriūt et sitiunt iusticiā: qm̄ ipsi saturabuntur? Lib⁹ Matth.v.
quē manducas p carnē vt reficiaris tu / ille deficit. vt reparet te / consumitur. Manduca iusticiam: et tu reficeris: ⁊ illa integra perseuerat: quomodo videndo istam lucē corpoream reficiūtur oculi nostri: et res est corporea que videtur oculis corporeis. Multi enim cū fuerint diutius in tenebris: infirmatur acies ipsorum quasi ieiunio lucis fraudati oculi cibo suo. Luce quippe pascuntur: defatigank ieiunio et debilitantur: ita vt ipsam lucem qua reficiūtur videre non possint. Et

Expositio diui Augustini in euāgeliū scōm Johan.

si diutius afuerit: extinguunt: ⁊ tanq̄ mortui in eis ipsa acies lucis. Quid ergo? Quia tot oculi quotidie ista luce pascunt: minor non fit: et illi reficiuntur: sed ipsa integra pmanet. Si hoc potuit deus de luce corporea corporeis oculis exhibere non exhibet mūdis cordibus lucem illam infatigabilē / integram / perseuerantem / nulla parte deficientem? Quā lucē

In principio erat verbum: et verbum erat apud deum. Vi-
Pō. xxxv deamus si lux ē Quomodo apud te est fons vite: ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. In terra aliud est fons / aliud lumen. Sitiēs queris fontem: ēt vt peruenias ad fontē / queris lucē Et si dies nō est: accendis lucernā: vt ad fontem peruenias. Fons ille: ipse lux est. Sitientibus fons est: ceco lux est. Aperiantur oculi vt videāt lucem: aperiātur fauces cordis vt bibant fontē. Quod bibis / hoc vides hoc audis: totum tibi fit deus: quia horū que diligis / totū tibi est. Si visibilia attendas: nec panis est deus: nec aqua est deus: nec lux ista ē deꝰ: nec vestis est deus: nec domus est deus. Omnia enī hec visibilia sunt et singula sunt. Quod est panis non hoc est aqua: ⁊ quod est vestis non hoc est domus: et quod sunt ista non hoc est deus. Si visibilia enim sunt: deus tibi totū est. Si esurieris panis tibi est: si sitis aqua tibi est: si tenebris es lumen tibi est: quia incorruptibilis manet: si nudus es / immortalitatis vestis tibi ē: cum corruptibile ꝺ induerit incorruptionem: et mortale ꝺ induerit īmortalitatē. Oīa pñt dici de deo: ⁊ nihil digne ꝺr de deo. Nihil latius hac inopia. Queris ꝙ grū nomen: nō inuenis. Queris q̄ quomō dicere: oīa inuenis. Quid simile agn̄ ⁊ leo? de xp̄o vtrūq̄ dictū ē. Ecce agn̄ dei. Quō leo? Vicit leo de tribu iuda. Audiamus iohem. Baptizabat iesus. Diximus quia baptizabat iesus. Quō iesus: quō dñs: quomodo dei filius: quomō verbū: sed verbum caro factū ē

†Alia fa hz ennon †Alia fa hz illic. †Al. fa fuerat iohānes.

[Erat autem ⁊ iohannes baptizans in † enon iuxta salim.] Locus quidam enon intelligitur quia lac̄ erat: [quia aque multe erant † ibi. Et venebant ⁊ baptizabantur. Nondum enim missus † erat in carcerem iohānes.] Si memineritis: ecce iterū dico qō diri. Quare baptizabat iohannes? Quia oportebat vt dñs baptizaretur. Quare oportebat vt domin̄ baptizaretur? Quia multi contēpturi erāt baptismum: eo q̄ iam maiori gratia prediti viderentur: q̄ videret alios fideles. Verbi gratia: coniugatus iam continenter viuēs cathecuminus: contēneret cōiugatum ⁊ diceret se meliorē: cū ille sit fidelis. Ille cathecuminus pōt dicere in corde suo. Quid mihi opus est baptismū accipere vt hoc habeam quod ⁊ iste quo iam melior sum? Ne ergo ceruix ista p̄cipitaret quosdā de meritis suis plurimū elatos: baptizari voluit dñs a seruo tanq̄ alloquens filios capitales. Quid vos extollitis? quid erigitis? quia habetis ille prudentiā / ille doctrinā / ille castitatem / ille fortitudinē patientie. Nunquid tantū habere potestis quantū ego qui dedi? Et tamen ego baptizatus sum a

Matth. iij seruo: vos dedignamini a dño. Hoc est vt impleatur oīs iustitia. Sed dicit aliq̄s. Sufficiebat ergo vt baptizaret dñs iohannes. Quid opus erat vt alij baptizarentur a iohanne? Et hoc dirim̄: quia si solus dñs baptizaretur a iohāne: non deesset ista cogitatio hominibus: q̄ meliorem habebat baptismū iohannes q̄ dñs. Dicerēt enim. Vsq̄adeo magnum erat baptismū quod habuit iohānes: vt solus xp̄s illo fuerit dignus baptizari. Ergo vt ostenderetur melius baptismum quod daturus erat dñs: et illō tanq̄ serui intelligeret: illud tanq̄ dñi: baptizatus ē dñs vt p̄beret humilitatis exēplū. Non solus autem baptizatus est ab eo: ne baptismū iohānis melius baptismo dñi videretur. Ad hoc autē viam p̄buit dñs noster iesus xp̄s sicut audistis fratres: ne quis arrogās quod habeat abundantiā alicuius gratie: dedignaretur baptizari baptismo dñi. Et cū cunq̄ enim cathecuminus profi ciat: adhuc sarcinā iniquitatis portat. Non illi dimittit: nisi cuz venerit ad baptismū. Quomodo nō caruit popul̄ israel populo egyptiorū nisi cū venisset ad mare rubrū. Sic p̄fessura peccatorū nemo caret nisi cū ad fontē baptismi venerit.

†Alia fa habet aūt.

[Facta est † ergo questio ex discipulis iohānis cum iudeis de purificatione.] Baptizabat iohānes: baptizabat christ̄. Moti sunt discipuli iohannis: cōcurrebatur ad xp̄m: veniebatur a iohanne. Qui enim veniebant ad iohannē: mittebat illos ad christū baptizari: non mittebantur ad iohānem qui a christo baptizabantur. Turbati sunt discipuli iohannis et ceperunt questionem tractare cum iudeis: quomō solet fieri si intelligas dixisse iudeos maiorem esse xp̄m: et ad eius baptismū debere concurri. Illi nondū intelligentes: defendebant baptismū iohannis. Vērum est ad ipsum iohannem vt solueret questionē. Intelligat charitas vestra. Et ꝫ vtilitas ipsa humilitatis agnoscitur et ostēditur: vtrum in ipsa questione cum errarent homines: gloriari apud se voluit iohannes. Fortasse enim dixisset: verum dicitis: recte contenditis baptismum meū est melius. Nam vt noueritis q̄ baptismū meus est melius: ipsum christū ego baptizaui. Poterat hoc dicere iohannes baptizato christo. Ētum si vellet extendere: habebat vbi se extenderet. Sed melius nouerat apud quem se humiliaret. Quem se nouerat nascendo antecedere: illi se voluit confitendo cedere. Salutem suā intelligebat in christo esse. Jam dixerat superius: nos omnes de plenitudi Joh. j. ne eius accepimus. Et hoc cōfiteri deum est. Quomō enim oēs homines de plenitudine eius accipiunt: nisi ille sit deus Nam et si ille homo et non deus: de plenitudine dei accepit ipse: nō deus. Si autē omnes homines de plenitudine eius accipiunt: ille est fons: et illi bibētes. Qui bibunt: ⁊ sitire possunt et bibere. Fons nunq̄ sitit: fons seipso non eget. Fonte egēt homines ardentes visceribus: aridis faucibus currūt ad fontem vt reficiantur. Fons fluit vt reficiat: ita ⁊ domin̄ iesus. Videam̄ quid responderit iohannes [† Venerūt ad †Alia fa iohannem: et dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum trans iorda babet. Et nem cui tu testimoniū perhibuisti: ecce hic baptizat: et oēs † currunt ad illū.] Hoc est. Quid dicis? non sunt prohibēdi †Alia fa vt ad te potius veniant? [Respōdit iohannes et dixit. Non babet veni potest homo quicq̄ accipere: nisi ei datum fuerit de celo.] unt ad eū. De quo putatis hoc dixisse iohannem? De seipso. Quasi homo accepi ait de celo. Intendat charitas vestra. Non potest D homo quicq̄ accipere: nisi fuerit ei datum de celo. [Ipi vos mihi testimonium perhibetis: quod dixerim † ego non sum †Alia fa christus. Tanq̄ dicens. Quid vos fallitis? Vos ipsi mihi q̄ non sū ego modo p̄posuistis hanc questionem: qui mihi dixistis: rabbi christus. qui erat tecum trās iordanem: cui tu testimonium perhibuisti. Vostis ergo quale testimonium illi perhibui. Modo dicturus sum non esse illum: quem dixi esse? Ecce qui aliq̄d accepi de celo vt aliquid essem: inanem me vultis eē vt loquar contra veritatem. Non potest homo accipere quicq̄ nisi fuerit illi datū de celo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim. Ego non sum christus. Non es tu christus? Sed quid si maior illo: quia tu illum baptizasti. † [Missus †Ter. hz sum ego:] preco sum: ille iudex est. Et audi testimoniū mul- Sz q̄ mis to vehemētius: multo expressius. Videte quid nobiscū agi- sus sum an tur: videte quid amare debeamus. Videte quia aliquē homi- te illum. nem amare pro christo: adulterium est. Quare hoc dico? Attendamus vocem iohannis. Poterat in illo errari: poterat in ipso putari qui non erat. Respuit a se falsum honorem vt teneat solidā veritatē. Videte quid dicat christum: quid se. [Qui habet spōsam sponsus est.] Casti estote: spōsum amate. Quid autē tu es qui nobis dicis: qui habet sponsam sponsus est. [Amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi.] Aderit dominus pro motu cordis mei: multo enim gemitu plenum est dicere q̄ō voleo. Sed obsecro vos per ipsum christum: vt quod dicere nō potero: vos cogitetis. Noui enim dolorē meum: exprimi satis digne non posse. Multos enim adulteros video / qui spōsam tanto precio emptam / amatam / fedam vt pulchra fieret: illo emptore: illo liberatore: illo decoratore: possidere volunt: et id agunt verbis suis vt pro sponso amentur. De illo dictū est hic est q̄ baptizat. Quis huc exit ⁊ dicit: ego baptizo? Quis huc exit et dicit: ego quod dedero / hoc ē sanctum: Quis huc procedit qui dicit? Bonus est tibi vt nascaris ex me. Amicū sponsi audiamus: non adulteros sponsi. Audiamus zelantē: sed non sibi. Fratres regredimini corde ad vestras domos: carnalia loquor: terrena loquor. Humanū dico propter infirmitatem carnis vestre. Multi habetis coniuges: multi habere vultis: multi et si non vultis habuistis: multi qui omnino coniuges habere non vultis. De coniugibus patrum vestrorum nati estis. Nullū cor est quod non iste tangat affect̄ Nullus in rebus humanis tam deuius a genere humano est qui quod dico non sentiat. Ponite aliquē profectū peregre: cōmendasse amico suo sponsam suam. Vide queso te charus meus es: ne forte me absente p̄ me aliquis ametur. Qualis

ergo ille qui custodiens spōsam vel vxorē amici sui: dat quidem operā vt nullus alius ametur. Sed si se amari ꝓ amico voluerit: et vti voluerit cōmendata sibi: cū detestandus humano generi vniuerso apparet. Videat illā aliquāto petulātius ꝙ fenestrā attēdere aut iocari cū aliquo: prohibet tanꝯ zelans. Video zelantem sed videā cui: vtrum amico absenti an sibi presenti. Putate hoc dominū nostrū iesum christum fecisse. Cōmēdauit amico suo sponsam suā: peregre profect⁹ est accipere regnū sicut ipse dicit in euangelio: et tamen presens est maiestate. Fallatur amicus qui trāsmare profectus est: et si fallitur: ve illi qui fallit. Quid cū fallere deū conatur intuentē omniū corda ⁊ omniū secreta rimantē? existit aliqs hereticus ⁊ dicit. Ego do / ego sanctifico / ego iustifico / nolo eas ad illā sectā. Bene quidem zelat sed vide cui. Nō eas ad idola: bene zelat. Non ad sortilegos: bene zelat. Videamus cui zelat. Ego quod do sanctū ē: quia ego do. Ego quem baptizo baptizatus est. Quem non baptizo non est baptizatus. Audi amicū sponsi: discе zelare amico tuo. Audi vocē illius Hic est q̄ baptizat. Quare tibi vis arrogare quod tuū nō est Elegeadeo absens ē qui hic reliquit spōsam suā? Nescis quia ille qui a mortuis resurrexit: ad dexterā patris sedet. Si contemserūt eū iudei in ligno pendentē: tu cōtemnis in celo sedentē. Nouerit charitas vestra magnū dolorem me pati de hac re. Sed vt dixi. Dimitto cetera cogitationibus vestris. Non enim dico si loquar tota die: si plangā tota die non sufficio. Non dico: si habeam sicut dicit prophete: fontē lachrymarum: sed si conuertar in lachrymas et lachryme fiam: in linguas et lingue fiam: parū est. Redeam⁹: videamus quid dicit iste Qui habet sponsam sponsus est. Non est mea spōsa E Et non gaudes in nuptijs? Immo gaudeo ait. Amicus aūt sponsi qui stat et audit eū: gaudio gaudet ꝓpter vocē spōsi Non inquit gaudeo ꝓpter vocē meam: sed ꝓpter vocem sponsi. Gaudeo ego in audiēdo. Ille in dicendo. Ego enim sum illuminādus ille lumē. Ego sum auris: ille verbū. Ego amicus sponsi: qui stat et audit eū. Quare stat? Quia non cadit. Quare non cadit? Quia humilis est. Vide stantem in solido. Non sum dignus corrigiam calciamenti eius soluere. Bene te humilias: merito nō cadis. Merito stas: merito audis eum: et gaudio gaudes ꝓpter vocem sponsi. Sic apostolus amicus sponsi zelat: et ipse non sibi sed sponso. Audi vocem zelantis. Zelo dei vos zelo dixit / non meo. Nō mihi
ij.Cor.xj. sed zelo dei. Vide quomodo? quē zelas? Vel cui zelas? Despōsaui enim vos vni viro virginem castam exhibere christo Quid ergo times? Quare zelas? Timeo inquit ne sicut serpens seduxit euam astutia sua: sic et vestri sensus corrūpantur a castitate que est in christo. Omnis ecclesia virgo appellata est. Diuisa esse membra ecclesie: diuersis donis pollere videtis atq̄ gaudere. Alij coniugati / alie coniugate: alij viduati vxoribus vltra non querūt. Alie viduate maritis vltra non querunt. Alij integritatem abeunte etate conseruant. Alie virginitatez suā deo deuouerunt. Diuersa sunt munera sed omnes isti vna virgo est. Ubi est ista virginitas? Nō enī in corpore. In corpore paucarum feminarum est. Et si dici virginitas in viris potest: paucorum virorum sanctitas: integritas etiam corporis est in ecclesia: et honorabilius mēbrum est. Alia autem membra non in corpore: sed omnia in mente seruant virginitatem. Que est virginitas mentis? Integra fides / solida spes / sincera charitas. Hanc virginitatē timebat ille: qui zelabat sponsam a serpēte corrumpi. Sicut enim membrum corporis violatur in quodam loco: sic seductio lingue violat virginitatem cordis. In mente non corrūpatur: que non vult sine causa tenere corporis virginitatem Quid ergo dicam fratres mei? Et heretici habent virgines et multe sunt virgines hereticorum. Videamus si sponsum amant: aut virginitas ista custodiatur. Cui custodiat? Christo inquit. Videamus si christo: et non donato. Videamus cui seruatur ista virginitas. Cito ꝓbare potestis. Ecce ostēdo sponsum: quia ipse se ostēdit. Perhibet illi testimoniū iohannes. Hic est qui baptizat. O tu virgo si sponso huic tuas virginitatē tuā: quare curris ad eū qui dicit: ego baptizo: cū amicus sponsi tui dicat: hic est qui baptizat. Deinde spōsus tuus totū orbē tenet: quare tu in parte corrumperis? Quis ē
Pſ.xlvj. sponsus? Quomodo rex omnis terre deus. Ipse sponsus tu? totū tenet: qui a totū emit. Vide quanti emerit: vt intelligas quid emerit. Quod ꝓciū dedit? Sanguinem fudit. Ubi fudit sanguinē suum? In passione. Nōne sponso suo cātas aut cantare te fingis: qñ emptus est totus orbis. Foderūt man⁹ Pſ.xxj. meas et pedes meos: dinumerauerūt oīa ossa mea. Ipsi vero cōsiderauerūt ⁊ conspexerunt me: diuiserunt vestimenta mea: et super vestem meā miserunt sortem. Sponsa es: agnosce vestē sponsi tui. Super quam vestē missa est sors? Interroga euangeliū. Vide cui despōsata sis: vide a quo arras accipias: interroga euangeliū. Vide quid tibi dicat in passiōe dñi. Erat ibi tunica. Videamus qualis. Desuper texta. Joh.xix. Desuper texta quid significat nisi charitatē? Desuper texta tunica / quid significat nisi vnitatem? Hanc tunicā attēde: quā nec persecutores christi diuiserunt. Ait enim. Diuidamus eā: sed sortem super eā mittamus. Ecce vnde audistis psalmū. Vestē persecutores non cōsciderunt: xpiani ecclesiam diuidunt. Sed quid dicā fratres? Aperte videam⁹ quid egerit. Ubi enim emit: ibi preciū dedit. Pro quanto dedit? Si pro africa dedit: nō sumus donatiste: ⁊ nō appellemur donatiste sed christiani: quia christus solā africam emit. Qñ et hic non soli donatiste. Sed non tacuit i cōmercio suo quid emerit. Fecit tabulas / deo gratias: nō nos fefellit. Opus est vt audiat illa sponsa ⁊ intelligat ibi cui vouerit virginitatē. Ubi in psalmo vbi dictū est. Foderunt ma- ps.xxj nus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ubi passio domini apertissime declaratur. Qui psalmus oī anno legitur nouissima hebdomada intēto vniuerso populo imminente passione christi: et apud nos ⁊ apud illos psalm⁹ iste legitur. Intendite fratres: quid ibi emit. Recitentur tabule cōmerciales: quid ibi emit audite. Commemorabūtur et cōuertentur ad dominū vniuersi fines terre. Et adorabūt in cōspectu eius vniuerse familie gentiū: quomodo ipsius ē regnū ⁊ ipse dñabitur gentiū. Ecce quid emit. Ecce qm̄ de⁹ rex omnis terre est spōsus tuus. Quid ergo apud vos vis deduci talem diuitē? Agnosce / totū emit: et tu dicis partez hic habes. O placere sponso. O si corrupta non loquereris: ⁊ cor F rupta quod peius est corde non corpore. Amas hominē ꝓ christo: amas dicentem. Ego baptizo. Amicū sponsi non audis dicentē. Hic est qui baptizat. Non audis dicentē. Qui habet spōsam spōsus est. Ego non habeo sponsam dixit. Sz quid sum? Amicus. Amicus autem spōsi qui stat et audit eū gaudio gaudet ꝓpter vocē sponsi. Euidenter ergo fratres mei nihil ꝓdest istis seruare virginitatē: habere continentiam: elemosynā dare. Omnia illa que laudantur in ecclesia nihil illis prosunt: quia conscīdunt vnitatē: id est tunicā illā charitatis. Quid faciunt? Diserti sunt multi inter illos: magne lingue flumina linguarum: nunquid angelice loquūtur? Audiant amicū sponsi: zelantem sponso non sibi. Si linguis j.Cor.xiij. hominum loquar et angelorū: charitatem autē non habeam factus sum velut eramentū sonans aut cymbalum tynniens. Sed quid dicunt. Habemus baptismū. Habes sed nō tuum Aliud est habere aliud dominari. Baptismum habes: quia accepisti vt baptizatus sis. Accepisti tanꝯ illuminatus: si tamen a te non obtenebratus. Et quando das: minister das non possessor: preco clamas non iudex. Per preconem loquitur iudex: et in actis tamen non scribitur / preco dixit / sed iudex dixit. Proinde vide si tuū est quod das potestate. Si autem accepisti: confitere cum amico sponsi. Non potest homo accipere quicq̄: nisi datum fuerit ei de celo. Confitere cum amico sponsi: qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi stat et audit eum. Sed o si stares et audires eū et non caderes vt audires te. Audiendo enim eū: stares ⁊ audires. Nam loqueris et tibi caput inflas. Ego inquit ecclesia si sponsa sum: si arras accepi / si pretiosanguinis illius redempta sum: audio vocem sponsi. Et tu vocē amici sponsi tunc audio: si sponso meo det gloriam non sibi. Dicat amic⁹. Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat et audit eū: gaudio gaudet ꝓpter vocē sponsi. Ecce habes sacramenta: et ego concedo. Habes formam: sed sarmentuz es de vite precisum. Tu formā ostendis: ego radicē quero. De forma fructus non exit: nisi vbi est radix. Ubi aūt est radix? In charitate. Et audi formā sacramentoꝝ. Paulus loqtur. Si sciam inquit oīa sacramēta ⁊ habeā oēm pphetiā ⁊ oēm j.Cor.xiij fidē: ⁊ quantā fidē? ita vt mōtes transferā: charitatē aūt non habeā: nihil sum. Nemo ergo vobis fabulas vendat. Et pō-

tius fecit miraculū: ⁊ donatus ozauit: ⁊ respondit ei deus de celo. Primo aut falluntur aut fallūt. Postremo fac illū mōtes transferre: charitatē aūt nq̄t nō habeā mihi sum. Videamus vtrum habuerit charitatē. Crederem: si non diuisisset vnitatem. Nam et cōtra istos (vt sic loquar) mirabiliarios: cautū me fecit deus meus dicens. Jn nouissimis tēporibus
mat.xxiiij exurgent pseudo prophete facientes signa ⁊ prodigia: vt inducant si fieri potest etiā electos. Ecce prędixi vobis. Ergo cautos nos fecit sponsus: quia et miraculis decipi non debemus. Aliquādo enim et desertor terret prouincialem: ſz vtrū in castris sit ⁊ aliquid illi prosit character ille in quo signat⁹
j.q.j.teneamus. est: hoc attendit qui terreri ⁊ seduci non vult. Teneam⁹ ergo vnitatem fratres mei. Preter vnitatē: et qui facit miracula nihil est. Jn vnitate erāt populus israel et non faciebant miracula: preter vnitatem erant magi pharaonis ⁊ faciebāt similia mōysi. Populus israel vt mōysi non faciebāt miracula. Qui erant salui apud deum: qui faciebant an qui non faciebant? Petrus apostolus resuscitauit mortuum: simon mag⁹ fecit multa. Erāt ibi multi xp̄iani q̄ non poterāt facere: nec quod faciebat petrus / nec quod faciebat simō. Sed vñ gau-
Luce.x. debant? quia nomina eorum erant scripta in celo. Nam ⁊ redeuntibus discipulis: dominus noster iesus christus ꝓpter fidem gentium hoc ait. Dixerunt enim gloriantes ipsi discipuli. Ecce domine in nomine tuo etiā demonia nobis subiecta sunt. Bene quidem confessi sunt: detulerunt honorem nominis christi. Et tamen quid ait eis? Nolite in hoc gloriari quia demonia vobis subiecta sunt. Sed gaudete q̄ nomina vestra scripta sunt in celo. Petrus demonia exclusit. Nescio que anicula vidua / nescio quis homo qualiscunq̄ laicus habens charitatē: tenens integritatem fidei: nō facit hoc. Petrus in corpore oculus est. Jlle in corpore digitus est: in eo tamen corpore est: in quo et petrus. Et si minus valet digit⁹ q̄ oculus: non est tamen precisus a corpore. Melius est esse digitū ⁊ esse in corpore: q̄ esse oculū et euelli de corpe. Proinde fratres mei nemo vos fallat / nemo vos seducat: amate pacem christi: qui pro vobis crucifixus est cum deus esset. Paulus dicit. Neq; qui plantat est aliquid neq; qui rigat: ſz qui incrementum dat deus. Et quisq̄ nostrum dicit q̄ aliq̄d est. Si dixerimus quia aliquid sumus et nō illi glorię dederimus: adulteri sum⁹: nos amari volumus non spōsum. Vos christū diligite et nos i illo: in quo et vos a nobis diligimini Jnuicem se diligant membra: sed omnia sub capite viuant Dolore quidem fratres mei multa coactus sum dicere ⁊ pauca dixi. Lectionem tamen finire non potui. Aderit domin⁹ vt oportune finiatur. Volui enim amplius onerare corda vestra: que volo vacare gemitibus et orationibus pro his qui adhuc surdi sunt et non intelligunt.

Tractatus. xiiij.

Hoc ergo gaudium meum impletum est: illū oportet crescere me autem minui. Qui desursum venit super omnes est qui est de terra: de terra est et de terra loquitur: qui de celo venit super omēs est. Et quod vidit et audiuit hoc testatur: et testimoniū eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium signauit: quia deus verax est. Quem enim misit deus verba dei loquitur. Nō enī ad mensurā dat deus spiritum. Pater diligit filium et omia dedit in manu eius. Qui credit in filiū habet vitā eternā: qui autem incredulus est filio non videbit vitā: sed ira dei manet super eū.

A Hec tria ista de sancto euangelio excellentiam diuinitatis domini nostri iesu christi et humilitatem hominis qui meruit dici amicus sponsi nos docet vt distinguamus quid interſit inter hominem homine: et hominem deū. Quia homo deus dominus noster iesus christus: deus ante omnia secula: et homo in nostro seculo. Deus de patre: homo de virgine: vnus tamē atq; idem dñs et saluator iesus christus filius dei deus ⁊ homo. Johānes vero excellētis gratie missus ante ipsum illuminat⁹ ab
Joh.j. illo qui lumen ē. De iohanne enī dictū est. Non erat ille lumē sed vt testimoniū perhiberet de lumine: potest quidem dici lumen: et bene dicitur et ipe lumē: sed illuminatū non illuminans. Aliud est enim lumen quod illuminat: et aliud lumen quod illuminat. Nam et oculi nostri lumina dicūtur. Et tñ in tenebris patent ⁊ non vidēt. Lumē aūt illuminās a seipo lumen est: et sibi lumen est: non indiget alio lumine vt lucere possit: sed ipo indigent cetera vt luceant. Confessus est ergo iohānes sicut audistis: quia cū discipulos multos faceret iesus: et perferretur ad eū veluti vt instigaretur: quasi inuido enim narrauerūt: ecce ille facit plures discipulos q̄ tu. Jlle confessus est quid esset: ⁊ inde meruit ad ipm pertinere q̄nō est ausus se dicere quod ē ille. Hoc ergo dixit iohannes: non potest homo accipere quicq̄ nisi datū illi fuerit de celo. Ergo xp̄s dat: homo accipit. Ipsi vos mihi testimoniū perhibetis quod dixerim ego non sum christus: sed q̄ missus sum ante illū. Qui habet sponsam spōsus est. Amicus aūt sponsi qui stat et audit eū: gaudio gaudet ꝓpter vocē sponsi. Non sibi gaudiū fecit dese. Qui enī vult gaudere de se tristis erit: qui aūt de deo vult gaudere / semp gaudebit: quia de⁹ semp iternus est. Vis habere gaudiū sempiternū. Adhere illi q̄ sempiternus est. Talem se dixit iohānes: ꝓpter vocē sponsi gaudet amicus spōsi: sit non ꝓpter vocē suam sed stat ⁊ audit eū. Si ergo cadit: nō audit eū. De illo enim quodam qui cecidit dictū est: ⁊ in veritate nō stetit: diabolo dictū ē: ergo stare debet amicus sponsi et audire. Quid est stare? Permanere in gratia eius quam accepit: et audit vocē ad quā gaudet. Sic erat iohānes: nouerat vnde gaudebat. Non sibi arrogabat: quod ipse non erat. Sciebat illuminatū esse: nō illuminatorē. Erat aūt lumen verum (ait euāgelista) qđ illuminat oēm hoīem venientem in hunc mundū. Si ergo omnē: et ipsum iohannē: quia et ipse de hominib⁹. Et enī q̄uis nemo Matth.xj.
exurrexit maior in natis mulierū: vnus tamen et ipse ex his qui nati sunt ex mulieribus: nunquid cōparandus est ei qui quia voluit natus est? Et ideo nouo partu: quia nou⁹ natus Ambe enim generationes domini inusitate sunt: et diuina ⁊ humana. Diuina non habet matrē: humana non habet patrē Ergo vnus de ceteris iohannes: sed tamen maioris gratie ita vt in natis mulierū nemo exurrexit maior illo. Tantā testificationē tribuit domino nostro iesu christo: vt illū dicat sponsum: se amicū sponsi: nō dignum tamen soluere corrigiā calciamēti ipsius. Hinc audiuit iam multa charitas vestra: quod sequitur videamus. Aliquantū enim spissum est ad intelligendum. Sed quomodo dicit ipse iohannes quia nō potest hō accipere quicq̄ / nisi datū illi fuerit de celo: quicquid nō intellexerimus rogemus eū qui dat de celo quia homines sumus et non possumus accipere quicq̄ nisi ille dederit qui homo non est. Hoc ergo sequitur. Et dicit iohannes. [Hoc ergo gaudiū meū impletū est.] Quod est gaudium ipsius? vt gaudeat ad vocē spōsi. Jmpletū est in me habeo gratiam meā: plus non mihi assumo: ne et quod accepi amittā. Quod est gaudium? Gaudio gaudet ꝓpter vocem sponsi. Intelligat ergo homo non se gaudere debere de sapientia sua: sed de sapientia quā accepit a deo. Nihil plus querat ⁊ nō amittat quod inuenit. Multi enim ideo facti sunt insipientes: q̄ dixerunt se esse sapientes. Arguit illos apostolus: et dicit de ipsis. Quia quod notum est dei ait: manifestū est illis. Deus enim illis manifestauit. De quibus ingratis impijs audite quid dicat. Deus enim illis manifestauit. Jnuisibilia enim eius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta cōspiciūtur: sempiterna quoq; virtus eius ac diuinitas: vt sint inexcusabiles. Quare inexcusabiles? quia cognoscentes deum: non dixit quia nō cognouerūt: sed quia cognoscentes deum nō sicut deū glorificauerūt aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratū est insipiēs cor eor
Dicentes enim se esse sapiētes stulti facti sunt. Si enim deus Roma.j.
cognouerunt: simul cognouerant q̄ nō eos fecerat sapientes nisi deus. Non ergo sibi tribuerāt: qđ a se nō habebāt: sed et a q̄ acceperāt. Nō aūt agēdo gr̄as insipiētes facti sūt. Ergo de⁹ qđ dederat gratis tulit ingratis. Voluit eē b iohes: gratus eē voluit. Cōfessus ē accepisse se: ⁊ gaudere se dixit ꝓpt vocē spōsi: ⁊ ait Hoc ḡ gaudiū meū impletū ē. [Jllū opz crescere me aūt minui.] Quid ē hoc? Jllū opz exaltari: me aūt hūiliari. Quō crescit iesus? Quō crescit de⁹? Perfectus non B
crescit. Deus aūt nec crescit nec minuit. Si enī crescit pfect⁹

nō est. Si minuit: deus nō est. Jesus aūt deus quomodo crescit? Si ad etatē: q; dignatus est esse homo ⁊ fuit puer. Et cū sit verbū dei: infans in p̄sepe iacuit: ⁊ cum ipse matrē suam condiderit: lac infantie de matre sux it. Quia creuit ergo iesus etate carnis: ideo forte dictuz est: Illum autem oportet crescere: me autez minui: Sed quare? Et hoc iohannes. Johannes ⁊ iesus q̄ ad carnem pertinet / coeui erant. Sex mēses inter se habebant ⁊ pariter creuerāt. ⁊ si diuti⁹ ante mortem dñs noster iesus xp̄s vellet hic esse ⁊ ipsum iohannē hic secū esse: quomō pariter creuerant ita pariter senescere potuerant. Quare aūt illum oportet crescere me autē minui? Primo q; iam ⁊ dñs triginta annoruz erat. Nunquid inuenis si iam triginta annoruz sit adhuc crescit? Jam ab ipsa etate vergere incipiunt hoīes ⁊ declinare ad grauiorē etatē ⁊ inde ad senectutē. Sed ⁊ si pueri essent ambo: non diceret: illū oportet crescere me aūt minui: Sz diceret: simul nos oportet crescere. Nunc aūt triginta annoruz ille: triginta ⁊ ille. Sex mēses qui intererant: nullā distinguūt etatē. Magis illud inuenit lectio q̄z aspectio. Quid ergo est: illū oportet crescere: me autem minui? Magnū hoc sacramentū: intelligat charitas vestra. Anteq̄z veniret dñs iesus: hoīes gloriabāt de se. Venit ille homo vt minueret hoīs gloria: ⁊ augeretur gloria dei Eteni venit ille sine peccato: ⁊ inuenit omnes cum peccato. Si sic venit ille vt dimitteret peccata: deus largiatur: homo confiteat. Eteni confessio hominis: humilitas hominis: miseratio dei: altitudo dei. Si ergo venit ille dimittere homini peccata sua. agnoscat homo humilitatē suaz: ⁊ deus faciet misericordiā suam. Illum oportet crescere me autez minui: hoc est: illū oportet dare: me autē accipere. Illum glorificari: me autem cōfiteri. Intelligat homo gradum suū ⁊ confiteatur deo: ⁊ audiat apostolum dicentē homini superbienti et elato ⁊ extollere se volenti. Quid autem habes q̄ nō accepisti? Si aūt accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Intelligat ergo homo quia accepit qui volebat suum dicere quod non esset eius / ⁊ minuatur. Bonū est eī illi vt deus in illo glorificet / ipse in se minuatur: vt in deo augeat. Hec testimonia ⁊ hanc veritatē etiā passionib⁹ suis significauerūt christ⁹ ⁊ iohannes. Nam iohānes capite minuit: xp̄s in cruce exaltat⁹ est: vt ⁊ ibi appareret quid est: illum oportet crescere me aūt minui: Hoc est: illū oportet exaltari: me aūt humiliari. Deinde nat⁹ est christus cū iam inciperent crescere dies: nat⁹ est iohannes quando ceperūt minui dies. Attesta ta est ipsa creatura ⁊ ipse passiones: verbis iohannis dicentis. Illū oportet crescere me autē minui. Crescat ergo in nobis gloria dei / ⁊ minuat gloria nostra: vt in deo crescat ⁊ nr̄a. j.Cor.j. Hoc eī dicit apostolus. hoc dicit scriptura sancta: Qui gloriatur in dño glorietur. Inte vis gloriari: crescere vis. Sed malo tuo male crescis: Qui ergo male crescit: iuste minuitur Crescat ergo deus qui semp perfectus est crescat in te. Q̄to eī magis intelligis deū: ⁊ q̄tomagis capis: videt in te crescere deus. In se aūt non crescit sz semper p̄fectus est. Intelligebas eī heri modicuz: intelligis hodie amplius: intelliges cras multoamplius. Lumen ip̄m dei crescit in te: ita velut deus crescit qui semp perfectus manet. Quēadmoduz si curarent⁹ alicuius oculi ex pristina cecitate incipiat videre paululū lucis: ⁊ alia die plus videret: ⁊ tertia die ampli⁹: videret illi lux crescere: lux tñ perfecta est siue ipse videat siue nō videat. Sic est interior hō. Proficit quidē in deo: ⁊ deus in illo videt crescere: Ipse aūt minuit vt a gloria sua decidat ⁊ in gloriā dei surgat. Et distincte iam ⁊ manifeste appa- ℒ ret quomō audiuim⁹. [Qui desuruz venit super oēs est] Vt de quid dicat de christo: quid de se. [Qui est de terra / terra est: ⁊ de terra loquitur.] Qui desuruz venit supra omnes est: christus est: Qui aūt est de terra: terra est et de terra loquit iohannes est. Et hoc est totū: iohānes de terra est: ⁊ de terra loquit. Totū testimoniū quod perhibet de christo: de terra loquit. Non voces dei audiunt⁹ a iohanne: vbi testimoniū p hibet christo. Quomodo ergo de terra loquit⁹? Sed de hoīe dicebat / q̄tum ad ipsum hominem pertinet: de terra est ⁊ de terra loquitur. Si eī aliqua loquit⁹ diuina: illuminat⁹ est a deo. Nam si non esset illuminatus: terra terram loqueretur. Ergo seorsuz est gratia dei: seorsuz est natura hominis. Vō naturā hoīs interroga. Nascit: crescit: vsitata ista homo dicit. Quid nouit: nisi terram? De terra humana loquit: humana nouit: humana sapit. Carnalis carnalem estimat: carnaliter suspicat. Ecce est totus homo: Veniat gratia dei: illuminet tenebras illius sicut dicit. Tu illuminabis lucernā meā dñe deus meus illumia tenebras meas. Assumat mentē humanā: conuertat ad lucem suam: q; incipit iam dicere quod dicit apostol⁹. Non ego aūt sed gratia dei mecū ⁊ viuo autē iam nō ego: viuit vero in me christus. Hoc est / illuz oportet crescere / me autē minui. Ego iohānes quod ad iohannē p tinet: de terra est ⁊ de terra loquit. Si quid diuinuz audisti a iohanne: illuminantis est: nō recipientis. [Qui de celo venit †Alia lra †supra oēs est: ⁊ q̄ vidit ⁊ audiuit hoc † testificat: ⁊ testi- habet sup. monīū eius nemo † accepit.] De celo venit supra oēs est dñs †Alia lra noster iesus christus: de quo superius dictū est. Nemo ascē- hz testat. dit in celum: nisi qui de celo descēdit: filius hominis qui est †Alia litte in celo. Est super oēs: ⁊ quod vidit ⁊ q̄ audiuit hoc loqui ra accipit. tur. Habet eī ⁊ patrem ipse filius dei: habet ⁊ patrez ⁊ audiuit a patre. Et quod audiuit a patre quid est? Quis hoc explicat? quādo lingua mea quādo coz meū sufficere potest: vl coz ad intelligendū vel lingua ad proferenduz? Quid est q̄ filius audiuit a patre? Forte filius verbum patris audiuit: imo filius verbum patris est. Videtis hic quēadmodū fatigetur omnis conatus human⁹. Videtis hic quēadmodum deficiat omnis coniectura pectoris nostri: ⁊ omnis intentio mentis caligantis. Audio dicentez scripturam: q; filius hoc loquit⁹ quod audiuit a patre. Et rursum audio dicentem scripturā: q; ipse filius verbum patris est. In principio erat verbum: ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ deus erat verbuz. Nos loquimur verba volantia ⁊ transeūtia. Mox vt sonuerit ex ore tuo verbum tuū: transit: peragit strepituz suum ⁊ transit in silentium. Nunquid potes sequi sonum tuū: ⁊ tenere vt stet? Cogitatio tñ tua permanet ⁊ de ipsa cogitatione permanēte dicis multa verba transeuntia. Quid dicim⁹ fratres mei? de⁹ cum loquere⁹ adhibuit vocē: adhibuit sonos: adhibuit syllabas? Si adhibuit ista: qua lingua locut⁹ est? Hebrea an greca an latina? Ibi necessarie lingue: vbi distinctio gentium. Ibi aūt nemo potest dicere: illa lingua vel illa lingua locutum esse deū. Cor tuum attēde quando cōcipis verbū quod dicas. Dicam eī si potuero quod in nobis attendamus: nō vnde illud comprehendam⁹. Quando ergo cōcipis verbuz quod p̄feras: rez vis dicere: ⁊ ipsa rei conceptio in corde tuo iam verbū est. Nondum p̄cessit sed iam natum est in corde: ⁊ manet vt p̄rocedat. Attēdis aūt ad quē p̄rocedat: ⁊ cū quo loquaris. Si latinus est: vocem latinā queris. Si grecus est attēdis: verba greca meditaris. Si punicus est: attendis si nosti linguā punicam. Pro diuersitate ergo auditorum diuersas linguas adhibes vt p̄feras verbum illud: verbum conceptū. Illud aūt quod corde conceperas: nulla lingua tenebatur: Cū ergo deus loquens: linguam nō quereret: ⁊ genus locutionis nō assumeret: quomō auditus est a filio: cum ipsum filium sit locut⁹ deus? Quomodo eī tu verbuz quod loqueris in corde habes ⁊ apud te est: ⁊ ipsa cōceptio spiritalis est: nā sicut anima tua spiritus est ita ⁊ verbum q̄ concepisti spiritus est: nondū eī accepit sonum vt per syllabas diuidatur: sed manet in cōceptione cordis ⁊ in speculo mentis sic deus edidit verbum: hoc est genuit filium. Et tu quidez ex tempore gignis verbū etiā in corde. De⁹ sine tempore genuit filium per quem creauit omnia tpa: Cum ergo verbum dei filius sit: filius aūt locutus est nobis non verbū suū sed verbū patris: se nobis loqui voluit qui verbū patris loquebat. Hoc ergo quomodo decuit ⁊ oportuit: dixit iohannes: Quomodo potuim⁹ nos exposuim⁹. Cui ad cor nondū peruenit dign⁹ de tanta re intellect⁹: hz quo se p̄uertat: hz quo se pulset: habet a quo querat: habet a quo petat: hz a quo accipiat. Qui de celo venit supra omnes est: ⁊ q̄ vidit ⁊ audiuit hoc testatur: ⁊ testimonium eius nemo accepit. Si nemo: vt quid venit? Quoruz ergo iste nemo est: quidā popul⁹ ppa rat⁹ ad irā dei dānandus cū diabolo: horū nemo accepit testimoniū christi. Nā si omnino nemo: null⁹ homo. Quid est ℘ q̄ sequit: [Qui aūt accepit testimoniū ei⁹ signauit q; deus verax est:] Certe ergo nemo sicut tu ipse dicis: q̄ accipit testimoniū ei⁹: signauit: quia deus verax est. Rideret fortasse iohannes interrogatus ⁊ diceret. Noui quid dixeris / nemo Est eī quidā populus natus ad iraz dei: ⁊ ad hoc p̄recognitus. Qui sint eī crediturⁱ ⁊ qui non sint crediturⁱ: nouit de⁹.

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

Qui sunt perseueraturi in eo quod crediderunt: ⁊ qui sunt lapsuri nouit deus: ⁊ numerati sunt a deo: omnes futuri in vitā eternam: ⁊ nouit iam illum populū distinctum. Et si ipse nouit ⁊ prophetas dedit nosse per spīm suum: dedit ⁊ iohanni. Attēdebat ergo iohannes: nō oculo suo. Nam ēstum ad ipm pertinet: terra est ⁊ de terra loquit: sz in ea spirit⁹ gratia quaz accepit a deo: vidit quēdam populū impiū infidelem: attendens illum in infidelitate sua ait: Testimonium eius qui venit de celo nemo accepit. Quorum nemo? Eorum qui ad sinistram futuri sunt. Eorū quibus dicet. Ite in ignem eternum Wat.xxv. qui p̄paratꝰ est diabolo ⁊ angelis eī. Qui ergo accipiunt? Illi qui ad dexterā futuri sunt: illi quib⁹ dicet. Venite benedicti patris mei: p̄cipite regnū qō vobis paratū est ab origine mundi. Attendit ergo in spiritu diuisionē: in genere aūt humano cōmixtionem. Et qō nondum locis separatum est: separauit intellectu / separauit cordis aspectu: ⁊ vidit duos populos: fidelium ⁊ infideliū. Attendit infideles ⁊ ait. Qui de celo venit: super omnes est: ⁊ qō vidit ⁊ audiuit hoc testatur. Et testimoniū eius nemo accepit. Deinde tulit se a sinistra: ⁊ aspexit ad dexteram: ⁊ secutꝰ ait. Qui accepit testimoniuz eius signauit: q⁹ deus verax est. Quid est signauit q⁹ deꝰ verax est? Nisi homo mendax est: ⁊ deus verax est. Quia nemo hominum potest dicere quod veritatis est: nisi illuminek ab eo qui mentiri nō potest. Deus aūt verax: christus autez deꝰ Vis p̄bare? Accipe testimoniū eius ⁊ inuenies. Qui enim accepit testimonium eius signauit quia deꝰ verax est. Quis ipse? Qui de celo venit ⁊ super omnes est: Deꝰ verax est. Sz si nondum illum intelligis deum: nondum accepisti testimonium eius: Accipe ⁊ signa. Presumēter intelligis. Definiēter agnoscis: quia deus verax est. [Quem enī misit deꝰ: verba dei loquit.] Ipse est deus verax: Et misit illū deus. Deꝰ misit deum: Junge ambos: vnus deus. Deus verax missus a deo. De singulis interroga: deus ⁊ de ambobus interroga deus. Sunt non singuli deus / ⁊ ambo dij: sed singuli quiqz deus ⁊ ambo deus. Tanta enī ibi est charitas spūssancti: vt de singulis cum interrogak: deus tibi respondeak. De trinitate cum interrogak: deus tibi respondeak. Si enī spirit⁹ hominis quando inheret deo / vnus spiritus est: ēstomagis filius adherens patri: simul cum illo deus est? Audite alteruz testimoniū. Nostis ēm multi crediderunt quando omnia que habebant ad pedes apostolorū vendita posuerunt: vt distribuerek vnicuiqz sicut opus erat. Et de illa cōgregatione sanctorū quid dicit scriptura? Erat illis anima vna: ⁊ cor vnum in deum. Si charitas de tot animab⁹ fecit animā vnam: ⁊ de tot cordibus fecit cor vnū: quāta est charitas inter patrem ⁊ filium? Maior vtiqz potest esse ēm inter illos homines quib⁹ erat cor vnū ⁊ anima vna. Si ergo multorū fratrum cor vnuz p̄pter charitatē: vna ⁊ multorum fratrū anima, ꝑpter charitatē: deus pater ⁊ deus filius dicturus est / q⁹ duo sunt? Si duo dij sunt: non est summa charitas. Si enī hic tanta charitas est vt animā tuam et animā amici tui vnam animam faciat: quomodo ibi non est vnus deus pater et filius. Absit vt hoc sentiat fides non ficta. P̄rorsus ēstum excellat charitas illa: hinc intelligite. Multe aīe sunt multorū hominum ⁊ si se diligūt: vna anima ē. Sz possunt dici multe anime: possunt dici ⁊ in hominib⁹: q⁹ non est tanta conunctio: Ibi autē vnū deum licet dicas: duos aut tres non licet vt dicas. Hinc tibi ꝑmendatur supereminentia ⁊ summitas charitatis: tanta vt maior esse nō possit. Quē enim misit deus verba dei loquit Hoc vtiqz de christo dicebat: vt se ab illo distingueret. Quid enī ipm iohannem nonne deus misit? An non ipse dixit: missus sum ante eum: ⁊ qui me misit baptizare in aqua? Et de illo dictum est. Ecce mitto angelum meū: qui p̄parabit viā tuam ante te: Nonne ⁊ ipse verba dei loquit: de quo etiaz dictum est quod sit amplius ēm prophetā? Si ergo ⁊ ipsum deꝰ misit ⁊ verba dei loquitur: quomō ad distinctionem de christo: eum dixisse dicimus: quē enī misit deus verba dei loquitur. Sed vide quid adiungat. [Non enī ad mensurā dat deꝰ spiritum.] Quid est hoc: Nō enī ad mensuram dat deus spiritum? Inuenim⁹ q⁹ ad mensuram dat deus spiritum. Audi Ephe.iiij. apostolū dicentem: ſm mensuram donationis xp̄i: Hominibus ad mensuraz dat: vnico filio nō dat ad mensuram. Quo hominib⁹ ad mensuram? Alij quidē datur per spīm sermo sapientie: alij sermo scientie / ſm eundem spīm: Alij fides in eodem spiritu: alij ꝑphetia: alij discretio spirituuz: alij genera linguaruz: alij donatio curationū. Nunquid omnes apostoli? Nunqd omnes prophete? Nunqd omnes doctores? Nū quid omnes virtutes? Nunqd omnes dona habent sanitatū? Nunqd omnes linguis loquunk? Nunquid omnes interpretant? Aliud habet iste: aliud ille. Et qō habet iste / nō habet ille. Mensura est: diuisio quedam donorū est. Ergo hominibus ad mensurā datur: ⁊ cōcordia ibi vnū corpus facit. Quo aliud accipit manus vt operet. aliud oculus vt videat: aliud auris vt audiat: aliud pes vt ambulet. anima tm vna est que agit omnia: in manu vt operet: in pede vt ambulet: in aure vt audiat: in oculo vt videat. Sic sunt etiā diuersa dona fideliū tanqz membris ad mensuram vnicuiqz p̄priam distributa Sed xp̄us qui dat: non ad mensuram accepit. Audi ēm adhuc quid sequit: quia de filio dixerat: nō enī ad mensurā dat deus spiritum. [Pater diligit filium: ⁊ omnia dedit in manu eius.] Et adiecit / omnia dedit in manu eius: vt nosses et hic qua distinctione dictū sit / pater diligit filiū. Quare enim pater non diligit iohannem: ⁊ tamen non omnia dedit in manu eius. Pater non diligit paulum. Et tamen nō omnia dedit in manu eius. Pater diligit filiuz: sed quomodo pater filium: nō quomodo dñs seruum. Quomodo vnicum: nō quomodo adoptatum. Itaqz omnia dedit in manu eius. Quid est omnia? Et tantus sit filius quantus est pater. Ad equalitatem enī sibi genuit eū: cui rapina non esset in forma dei esse equalem deo. Pater diligit filiū: ⁊ omnia dedit in manu eiꝰ Ergo cum ad nos pater dignatꝰ est mittere filium: nō putemus aliquid minus missuz ēs est pater. Pater mittens filiū se alterutrū misit. Nanqz putantes adhuc discipuli: q⁹ pater aliquid maiꝰ est ēs filiꝰ: videntes carnē ⁊ nō intelligētes diuinitatē: Dixerunt ei. Dñe ostende nobis patrē: ⁊ sufficit nobis. Joh.xiiij. Tanqz si dicerent: iam nouim⁹ te: benedicimus te q⁹ nouimus te. Gratias enī tibi agim⁹ q⁹ ostēdisti te nobis: sz patrem nondū nouimus. Propterea cor nostrū ardet: ⁊ satagit cōcupiscentia quadam: sancti vidēdi patris tui qui te misit. Ihm nobis ostēde: ⁊ nihil amplius a te desiderabim⁹. Sufficit enī nobis cum ille fuerit demōstratꝰ: quo maior esse nō potest. Bona ꝓcupiscentia: bonū desiderium: sed paruus intellectus. Attendēs enī ipse dñs iesus / paruus magna querentes / ⁊ seipsum magnū inter paruos / paruū inter paruos: ait philippo qui hoc dixerat vni ex discipulis. Tanto tpe vobiscū sum: ⁊ nō cognouisti me philippe? Posset hec philippus respondere. Cognouim⁹te. Sed nunqd dixim⁹ tibi ostē de nobis te? Te cognouimꝰ: sz patrē querim⁹. Subiecit statim. Qui me videt: videt ⁊ patrem. Qui ergo ēgli patri misus est: ne eū estimem⁹ ex infirmitate carnis: sed cogitemus maiestatē indutā carne: nō oppressaz carne. Manēs enī deꝰ apud patrē: apud hoies factꝰ est homo: vt tu p illū qui apud te factꝰ est homo fieres talis qualis capit deū. Nō enī homo potest capere deū. Videre poterat homo hoīem: capere deū nō poterat. Vnde nō poterat capere deū? q⁹ oculum cordis vnde caperet nō habebat. Erat aūt aliquid intus sauciuz: et aliquid foris sanū. Corporis oculos habebat sanos: cordis habebat saucios. Factus est ille hō ad corporis oculū: vt crederet in eū qui videri corpaliter potuit: curreres ad eūpiuz videndū quem spiritualiter videre nō poterat. Tanto tempore vobiscū sum: ⁊ nō cognouistis me philippe? Qui me videt: videt ⁊ patrē. Quare illi nō illū videbant? Ecce videbāt illū: ⁊ patrē non videbant. Videbāt carnem: sed maiestas latebat. Quod videbant discipuli qui amauerunt: viderunt et iudei qui crucifixerunt. Intus ergo erat totus ille: et sic intus in carne: vt apud patrem maneret. Non enī deseruit patrem: quando venit ad carnem. Carnalis cognitio non capit quod dico. Differat intellectuz: et incipiat a fide. Audiat quod sequitur. [Qui credit in filium. habet vitam eternam. Qui autem incredulus est filio non videbit vitam: sed ira dei manet super eum.] Non dixit ira dei veniet ad eum: sed ira dei manet super eum. Omnes qui nascuntur mortales: habent secum iram dei. Quam iram dei? Quam excepit primus homo adam. Si enim peccauit primus homo: et audiuit: morte morieris: factus est mortalis ille et cepimus nasci mortales. cum ira dei nati sumus: Venit inde filius nō habens peccatum et indutus est carne: indutus mortalitate ⁊ si ille nobiscum cōmunicauit iram dei: nos pigri sum⁹ cuz

illo cõmunicare gratiam dei? Qui ergo nõ vult cõmunicare filiuz: ira dei manet super eũ. Que ira dei? De qua dicit apo-
Ephes.ij. stolus. Fuim⁹ enim ꝛ nos natura filij ire sicut et ceteri. Dẽs ergo filij ire: quia de maledicto mortis venientes. Crede in christum factum ꝓpter te mortalem: vt illum capias imortalem. Quando ergo ceperis eius immortalitatez. nec tu eris mortalis. Viuebat: moriebaris: mortuus est vt viuas. Attulit gratiam dei: abstulit iraz dei. Deus bibit mortẽ: ne mors biberet hominem.

Tractatus.xv.

La.iiij. CVt ergo cognouit iesus qz audierũt pharisei qz iesus plures discipulos facit ꝛ baptizat q̃z iohannes. q̃q̃z iesus non baptizaret sed discipuli eius: reliquit iudeam ꝛ abijt iterum in galileam Oportebat autem eũ transire per samariaz. Venit ergo in ciuitatez samarie q̃ dicit sychar iuxta prediuz quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob Jesus autem fatigatus ex itinere: sedebat sic supra fontem. hora autez erat q̃si sexta. venit mulier de samaria haurire aquaz Dicit ei iesus da mihi bibere. Discipuli eñ eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomõ tu iudeus cum sis: bibere a me poscis: que suz mulier samaritana? Non eñ coutunt iudei samaritanis. Respondit iesus ꝛ dixit ei. Si scires donum dei: et quis est qui dicit tibi: da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo: et dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier. Domine: neqz in quo haurias habes. ꝛ puteus altus est. Unde ergo habes aquã viuam? Munquid tu maior es patre nr̃o iacob qui dedit nobis puteuz: Et ipe ex eo bibit: ꝛ filij ei⁹ ꝛ pecora eius? Rñdit iesus ꝛ dixit ei: omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Qui autez biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum: sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque saliẽtis in vitam eternaz. Dicit ad euz mulier: Dñe da mihi hanc aquam vt non sitiaz neqz veniam huc haurire. Dixit ei iesus: Uade voca virum tuum: ꝛ veni huc. Respondit mulier ꝛ dixit: Non habeo viz. Dicit ei iesus: Bene dixisti qz nõ habeo virum. Quinqz eñ viros habuisti. ꝛ nunc quẽ habes nõ est tuus vir: hoc vere dixisti Dicit ei mulier: Domine video qz propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerũt. Et vos dicitis qz hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei iesus. Mulier crede mihi qz veniet hora quando neqz in mõte hoc neqz in hierosolymis adorabitis patrez: vos adoratꝭ quod nescitis: nos adoramus qõ scim⁹: qz salus ex iudeis ẽ: Sed venit hora et nunc est: quãdo veri adoratores adorabũt patrem in spiritu ꝛ veritate. Nam ꝛ pater tales querit qui adorent eũ. Spũs est deus: ꝛ eos qui adorant eũ in spiritu ꝛ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: scio qz messias venit qui dicit christus. Cũ ergo venerit: ille nobis annunciabit oia. Dicit ei iesus ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabañ quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: quid queris: aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriaz suam mulier ꝛ abijt in ciuitatem: ꝛ dicit illis hominibus: venite ꝛ videte hominem qui dixit mihi omnia quecũqz feci. Munquid ipse est xp̃s? Exierũt de ciuitate et veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli dicentes: Rabbi mãduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo mãducare quẽ vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicẽ. Munquid aliquis attulit ei mãducare? Dicit eis iesus. Meus cibus est vt faciam voluntatẽ eius qui me misit: vt perficiam opus eius. Nõne vos dicitis q̃ adhuc quattuor menses sunt et messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros ꝛ videte regiones: qz albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit ꝛ congregat fructuz in vitam eternaz: vt et qui seminat simul gaudeat ꝛ qui metit: In hoc eñ est verbum verum: qz alꝰ est qui seminat ꝛ alꝰ est qui metit. Ego misi vos metere quod vos nõ laborastis. Alij laborauerunt: ꝛ vos in laborez eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum ꝓpter verbum mulieris testimoniuz perhibentis quia dixit mihi omnia quecunqz feci. Cum venissent ergo ad eum samaritani rogauerunt eũ vt ibi maneret. Et mãsit ibi duos dies ꝛ multo plures crediderunt ꝓpter serm onẽ eiꝰ et mulieri dicebant: quia iam nõ ꝓpter tuaz loquelam credimus: ipsi enim audiuimus ꝛ scimꝰ quia hic est vere saluator mundi.

A

QVotum est nõ rude est auribꝰ charitatis vestre euã gelistam iohannẽ velut aquilam volare altius caliginẽqz terre transcendere: ꝛ lucem veritatis firmioribus oculis intueri. Multa eñ iam ex euangelio eius per mi nisteriuz nostrum dño adiuuante tractata sunt. Ex ordine autem sequitur hec lectio que hodie recitata est. Ea que dicturus sum dño donante sic audituri estis: vt magis recognoscatis q̃z discatis. Non ideo tamen pigra debet esse intentio: qz nõ est cognitio: sed recognitio. Hoc lectum est ꝛ hanc lectionem tractandã suscepim⁹: gestamus in manibus: quod dñs iesus ad puteum iacob: loquebatur cuz samaritana muliere. Dicta eñ ibi sunt magna mysteria: magnarum similitudines rerũ: pascentes animã esurientem: reficientes languentem. [† Dominus autẽ hec cum audisset cognouisse pharisẽos quod plures discipulos faceret q̃z iohannes et plures baptizaret q̃q̃z iesus non baptizaret sed discipuli eius: reliquit iudeam † terram ꝛ abijt iteruz in galileã. Hinc diutius disputandũ non est: ne imorantes in manifestis: angustias temporis patiamur ad obscura tractanda et aperiẽda. Utiqz dñs si sciret pharisẽos ita de se cognouisse quod plures discipulos faceret ꝛ quod plures baptizaret: vt hoc eis ad salutem valeret sequendi eũ vt ꝛ ipsi essent discipuli ꝛ ipsi vellent ab eo baptizari: magis non relinqueret iudeam terrã: sed ꝓpter illos maneret ibi. Qz vere cognouit eorum scient iã: simul cognouit ꝛ inuidentiam: qz non ꝓpterea dixerunt vt sequerent: sed vt persequerent: abijt inde. Poterat quidẽ ille ꝛ pñs ab eis nõ teneri si nollet: nõ occidi si nollet: qz poterat ꝛ nõ nasci si nollet. Sed qz in omni re quaz gessit vt homo: hominibꝰ in se creditur̃ prebebat exempluz qz vnusquisqz seruus dei nõ peccat si cesserit in alium locũ videns furorem persequentiũ se / aut querentium in malum animã suam. Uideret autẽ ibi seruus dei peccare si faceret nisi in faciendo dñs precessisset: Fecit hoc ille magister bonus vt doceret: nõ quod timeret. Forassis etiã hoc moueat cur dictũ sit: baptizabat iesus plures q̃z iohannes: et postea q̃z dictum est baptizabat: subiectũ est: q̃q̃z iesus nõ baptizabat sed discipuli. Quid ergo? falsum dictuz erat ꝛ correctum est cum additum est q̃q̃z iesus non baptizabat sed discipuli ei⁹? An vtrunqz verum est: quia iesus baptizabat et non ba-

† Al'.lit. vt ꝙ cognuit iesus qz audierũt pharisei qz iesꝰ plures discipulos facit ꝛ baptizat q̃z iohes.

† Alia fra nõ hz terrã

Expositio diui Augustini In euangeliū scōm Johānē.

ptizabat? Baptizabat enī q ipse mundabat: nō baptizabat q non ipse tingebat. Prebebant discipuli ministerium corporis prebebat ille adiutoriuz maiestatis. Quādo enī cessaret a baptizando?: quando non cessat a mundando? De quo dictū est ab eodem iohanne: per iohannis baptiste personā dicētis. Hic est q̄ baptizat. Ergo iesus adhuc baptizabat: q̄sq̄ baptizādi sint q̄ baptizādi sūt: iesus baptizat. Securꝰ hō accedit ad inferiorem ministrum. Habet enī superiorez magistrū. Sed forte aut aliquis: Baptizabat quidem christus in spiritu nō in corpore. Quasi vero alterius dono q̄s illius quisq̄ etiā sacramento corporalis: visibilis baptismatis imbuatur. Vis nosse q ipse baptizat: non soluz spiritu sz
Ephes. v. etiam aqua: Audi apostolū. Sicut christus inquit dilexit ecclesiam suam: seipsum tradidit pro ea mundans eam lauacro in verbo: vt exhiberet gloriosam ecclesiam nō habentez maculā aut rugam: aut aliquid huiusmodi. Mundans eam. Vnde? Lauacro aque in verbo. Quid est baptismū christi? Lauacrum aque in verbo. Tolle aquam: nō est baptisma. Tolle verbum: nō est baptismū. Jam enī his peractis: per que peruenit ad collocutionem cum illa muliere videamus. Que restant plena mysterijs: et grauida sacramētis. [Oportebat autem inquit eum transire per † samariam: Venit inquit in ciuitatem samarie que dicitur sychar: iuxta predium qd dedit iacob filio suo ioseph: Erat † autē ibi fons iacob] Puteus erat. Sed omnis puteus fons: non omnis fons puteus. Vbi ergo aqua de terra manat et vsui prebetur hauriētibus fons dicitur: Sed si in p̄spctu et superficie sit: fons tm̄ dicitur. Si autem in alto et profundo sit: ita puteus vocatur vt fontis nomen non amittat. [Jesus † ergo fatigatus ex itinere sedebat: sic † super fontem: Hora erat quasi sexta.] Jaz incipiunt mysteria. Non enī frustra fatigatur iesus: nō enim frustra fatigatur virtus dei. Non enī frustra fatigatur: per quez fatigati recreantur. Non enī frustra fatigatur: quo deserente fatigamur quo presente firmamur. Fatigatur tamen iesus: et fatigatur ab itinere: et sedet: et iuxta puteum sedet: et hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuunt aliquid et indicare volunt aliquid: intentos faciunt: vt pulsemus hostā-
Luce. xj. tur. Ipse ergo apperiat et nobis et vobis: qui dignatus est ita hostari vt diceret: Pulsate: et aperietur vobis. Tibi fatigatus est ab itinere iesus. Inuenimus autem virtutem iesum: et inuenimꝰ infirmū iesum: fortem et infirmum. Fortem q in
Johan. j. principio erat verbū: et verbum erat apud deuz: et deus erat verbum. hoc erat in principio apud deum. Vis videre: q̄ iste filius dei fortis sit? Omnia per ipm facta sunt: et sine ipo factuz est nihil: et sine labore facta sunt. Quid ergo illo fortꝰ per quem sine labore facta sunt omnia? Infirmuz vis nosse? Verbuz caro factū est: et habitauit in nobis. Fortitudo christi te creauit: infirmitas christi te recreauit. Fortitudo christi fecit vt quod nō erat esset: infirmitas christi fecit vt quod erat nō periret. Cōdidit nos fortitudine sua: que suit nos in firmitate sua. Nutrit ergo ipe infirmus infirmos: tanq̄ gal
Mat. xxiij lina pullos suos. Huic enī se simulem fecit. Quotiens volui inquit ad hierusalem: congregare filios tuos sub alas tanq̄ gallina pullos suos: et noluisti. Videtis autem fratres: quēadmodum gallina infirmetur in pullis suis. Nulla enī alia auis quod sit mater agnoscit. Videmus nidificare passeres quoslibet ante oculos nostros: hyrundines: cicomas: colūbas quotidie videmus nidificare. Quas nisi quando in nidis videmus: parentes esse non agnoscimus. Gallina vero sic infirmatur in pullis suis: vt etiā si ipsi pulli nō sequantur et filios nō videas: matrem tñ agnoscas. Ita fit alis demissis plumis hyspida voce rauca: omnibus membris demissa et abiecta: vt quēadmodum dixi vt si etiam filios non videas: matrem tamen intelligas: Sic ergo infirmus iesus fatigatur ab itinere: Iter ipsius est: caro pro nobis assumpta. Quomō enī iter habet qui vbiq̄ est: qui nusq̄ deest? Quo it: aut vnde it? Nisi q nō ad nos veniret: nisi formam visibilis carnis assumeret? Quia ergo venire ad nos eo modo dignatus est: vt infirma dei assumpta carne apparerent: ipsa carnis assumptio est iter ipsius. Ideo fatigatꝰ ab itinere: quid
j. Cor. j. est aliud q̄ fatigatus in carne? Infirmus in carne iesus: sed noli tu infirmari. In illius infirmitate tu fortis esto. Quia qō infirmum est dei: fortius est hominibus. Sub hac rerū imagine adam qui erat forma futuri: prebuit nobis magnum in

† Alia lra hz mediā. † Alia lra hz ergo. B

† Alia lra hz autem. † Al'. lra sup̄a.

dicium sacramenti: imo deus in illo prebuit. Nam et adam
Gen. j. dormiens meruit accipere vxorem: et de costa eius facta est vxor: quomodo christo in cruce dormiente futura erat ecclesia de latere eius: de latere scilicet dormientis: quia et de latere in cruce pendentis lancea percusso sacramenta ecclesia p fluxerunt. Sed quare hoc dicere volui fratres? Quia infirmitas christi nos facit fortes. Magna ibi magno precessit. Potuit deus carnem detrahere homini vnde faceret feminam: et magis videtur quasi congruere potuisse. Fiebat enī sexꝰ infirmior: et magis de carne infirmitas fieri debuit q̄ de osse. Ossa enim in carne firmiora sunt. Non detraxit carnem vnde faceret mulierem: sed detraxit os. Et detracto osse formata est mulier: et in locum ossis caro adimpleta est. Poterat pro osse os reddere: poterat ad faciendam mulierem non costam sed carnem detrahere. Quid igitur significabat? Facta est mulier in costa tanq̄ fortis: factus est adam in carne tanq̄ infirmus. Christus est et ecclesia. Illiꝰ infirmitas: nostra est fortitudo: Quare ergo hora sexta? Quia etate seculi sexta. Computa in euangelio tanq̄ vnam horam: vnam etatem ab adam vsq̄ ad noe: Secundam a noe vsq̄ ad abraam Tertiam ab abraam vsq̄ ad dauid. Quartam a dauid vsq̄ ad transmigrationem babylonis. Quintam a transmigratione babylonis vsq̄ ad baptismum iohannis: Inde sexta agitur. Quid miraris? Venit christus: et humiliādo se venit. ad puteum fatigatus venit: quia infirmam carnē portauit. Hora sexta: quia etate seculi sexta. Ad puteum: quia ad profunditatem huius habitationis nostre. Vnde dicitur in psalmis. De profundis clamaui ad te domine. Sedit. vt dixi q humiliatꝰ est. [Et venit † mulier:] Forma ecclesie: non iam † Al. venit iustificate sed iustificande. Nam hoc aut sermo. Venit igna- autem. ra: inuenit eum: et agitur cum illa. Videamus: Quid videa- C mus? Quare venit mulier [de samaria haurire aquam] Samaritani ad iudeorum gentem non pertinebant: alienigene fuerunt: q̄uis vicinas terras incolerent. Longum est originem samaritanorum retexere: ne nos multa teneant et necessaria non loquamur. Sufficit ergo vt samaritanos inter alienigenas deputemus. Et ne hoc audaciꝰ me arbitremini dixisse q̄s verius: Audite dominum iesum: quid dixerit de illo samaritano vno de decem leprosis quos mundauerat: qui solus rediit vt gratias ageret. Nonne decem mundati sunt: et nouem vbi sunt? Non erat alius qui rediret et daret gloriam deo: nisi alienigena iste. Pertinet ad imaginez rei quod ab alienigenis venit ista mulier: que typū gerebat ecclesie. Vētura erat ecclesia de gentibus: alienigena non de genere iudeorum. Audiamus ergo in illa nos: et in illa agnoscamus nos: et in illa gratias deo agamus pro nobis. Illa enim figura erat non veritas: quia et ipsa premisit figuraz et facta est veritas. Nam credidit in eum: qui de illa figuram nobis prestē debat. Venit ergo haurire aquā. Simpliciter venerat haurire aquam: sicut solent vel viri vel femine. [Dicit ei iesus. Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent: Dicit ergo † mulier illa samaritana. Quo † Al. ei. modo tu cum sis iudeus bibere a me poscis que sum mulier samaritana? Non enim coutuntur iudei samaritanis] Videtis alienigenam. Omnino vasculis eorum iudei non vtebātur: et quia ferebat mulier secum vasculum vnde aquam hauriret: eo mirata est quia iudeus petebat ab ea bibere: quod non solebant facere iudei. Ille autez qui bibere querebat: fidem ipsius mulieris sitiebat. Denicq audi quis petat bibere. [Respondit iesus et dixit ei. Si scires donum dei et quis est qui dicit tibi da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam viuam.] Petit biberet promittit bibere. Eget quasi accepturus: et affluit tanq̄ saziaturus. Si scires inquit donuz dei. Donum dei est spiritussanctus. Sz adhuc mulieri recte loquitur: et paulatim intrat in cor. Fortassis iam docet. Quid enim ista hortatione suaui? et benigni? Si scires donum dei et scires quis est qui dicit tibi da mihi bibere: tu peteres et daret tibi aquam viuam. Hucusq̄ suspēdit. Viua aqua dicitur vulgo: illa que de fonte exit. Illa enī que colligitur de pluuia in lacunas aut cisternas: aqua viua non dicitur. Et si de fonte manauerit et in loco aliquo collecta steterit: nec ad se illud vnde manabat admiserit sed irrupto meatu tanquam a fontis tramite separata fuerit: non dicitur aqua viua. Sed illa aqua viua dicitur: que manans ex

Esa. lviij. sine tecto induc in domū tuam. Si videris nudū vesti: et domesticos seminis tui ne desperaueris. Faciens autez ista quid consequeris? Tunc erūpet quasi matutina lux tua. Lux tua deus tuus est. Tibi matutina: quia post noctē seculi tibi veniet. Nam ille nec oriꝫ nec occidit: quia semper manet. Erit tibi matutinus redeunti: qui tibi occasum fecerat pereunti. Ergo tolle grabatū tuum / mihi videtur dixisse: dilige primum tuū. Sed clausum est adhuc ꝛ expositione indiget quātum arbitroꝛ: quare in tollēdo grabato / dilectio proximi cōmendet: nisi forte hoc nos offendit: qꝛ per grabatū rem quādam stolidam ꝛ insensatā proximus cōmendat. Non irascat proximus: si cōmendat nobis per rē que sine aīa et sensu est. Ipse dñs ꝛ saluatoꝛ noster iesus christus lapis angularis dictus est: vt duos cōderet in se. Dict ꝰ est ꝛ petra: vnde aqua p fluxit. Petra autē erat xp̄s. Quid ergo mirū si petra xp̄s: lignum primus? Non tamē qualecūq̄ lignū / quō nec illa non qualiscūq̄ petra. sed vnde aqua, pfluxit sitientibus. Nec qualiscunꝫ lapis sed angularis: q̄ in se copulauit duos parietes e diuerso veniētes. Sic nec qualecunꝫ lignū proximū acceperis: sed grabatū portās. Quid ergo in grabato obsecro te? Quid nisi quia ille languidus grabato portabat? Sanatus autē / grabatum portat. Quid dictum est ab apostolo? Inui-
Gal. vj. cem onera vestra portate: ꝛ sic adimplebitis legez christi. Lex ergo christi charitas est. Nec charitas impletur: nisi inuicē onera nostra portemus. Sufferentes inquit inuicem in dilectione: studētes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Cum esses languidus / portabat te proxim ꝰ tuus. Sanus factus es: porta proximū tuum. Inuicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legem christi. Sic imples o homo qō tibi deerat. Tolle ergo grabatū tuum: sed cū tuleris noli remanere: ambula. Noli remanere / diligendo proximū et cu-
† Alia. lit. Et stati sanꝰ fact ꝰ est hō ille ꝛ sustulit grabatum suū et ambulabat. Erat aūt sabbatū in die illo: dicebāt ergo iudei illi q̄ sanat ꝰ fuerat ꝛ ram agendo de proximo tuo / iter agis. Quo iter agis? ad dominum deū tuum. Et ad eū quem diligere debem ꝰ / ex toto coꝛde / ex tota anima / ex tota mēte. Ad deum enī nondū peruenimus sed proximū nobiscum habem ꝰ. Porta ergo eum cum quo ambulas: vt ad deum peruenias cum quo manere desideras. Tolle grabatū tuum et ambula. Fecit hoc ille: et scandalizati sunt iudei. Videbant enim hominē die sabbati portantem grabatū suum: nec calūniabantur domino qō sanum fecerat sabbato / vt eis respōdere posset / quia si cuiusq̄ eoꝛum iumentū in puteū cecidisset: vtiꝫ die sabbati erueret illud: ꝛ saluaret iumentū suum. Non vtiꝫ iam illi obijciebat qō die sabbato sanus fact ꝰ esset hō: sed q̄ portabat grabatuꝫ

A ꝓncipio v. capli vsq; ad hunc locū totus fere text⁹ vel ꝓtermissus vel variat⁹ est ꝓpter verba augu. i⁹ tꝫ posita ita etiā fiūt in plūbus locis vsq; ad finem hui⁹ tractatus.

suum. Si sanitas non erat differenda: nūquid et opus fuerat imperandū? † [Non licet tibi inquiunt facere qđ facis: tolle grabatum tuum.] Et ille auctorē sanitatis sue obiciebat calūniatoribus. [Qui inquit me fecit sanum: ille mihi dixit. Tolle grabatum tuū et ambula.] Nōne acciperem iussionē: a quo acceperam sanitatem? Et illi. [Quis est ille homo qui tibi dixit: tolle grabatuꝫ tuum et ambula? Sed qui san⁹ erat factus: nesciebat] a quo hoc audierat. [Jesus autem] cū hoc fecisset: tꝫ iussisset: [declinauerat ab eo i turba.] Videte quomodo et hoc impleatur. Portamus ꝓximū et ambulam⁹ ad deū: sed eum ad quē ambulamus nondū videmus. Jdeo et ille nondum nouerat iesum. Sacramentū hoc cōmendatū est: quia in eum credimus quē nondum videmus. Et vt non videam⁹: declinat in turba. Difficile est in turba videre christum. Solitudo quedam necessaria est menti nostre: quadaꝫ solitudine intentionis videtur deus. Turba strepitū habet: visioista secretū desiderat. Tolle grabatū tuum / porta portatus ꝓximū tuum: tꝫ ambula vt pueniās. Noli iesum quererе in turba. Non est vnus tanq̄ de turba. Preuenit omnes turbam: ꝓior ascendit de mari piscis ille magnus: et in celis sedet interpellās ꝓo nobis. Tanq̄ sacerdos magnus vnus intrauit in interiora veli: turba foris stat. Ambula tu qui portas ꝓximuꝫ tuum: si didicisti portare qui solebas portari. Denicq̄ modo nondū nosti iesum. nondū vides iesum. Quid postea sequitur? Quoniā non destitit ille tollendo grabatum suum tꝫ ambulando: vidit eum postea iesus in templo. In turba non eū vidit: in templo eum vidit. Dominus quidē iesus / et in turba eū vidit tꝫ in templo. Ille autem languidus in turba iesum non agnoscit / in tēplo cognoscit. Peruenit ergo ille ad deum: vidit eū in templo: vidit eū in loco sacrato / in loco sancto. Et quid ab eo audit? [Ecce iam fact⁹ es sanus noli peccare: ne quid tibi deterius cōtingat.] Nunc ille postea quā vidit iesum tꝫ cognouit iesum auctorem sanitatis sue / nō fuit piger in euangelizando quē viderat. [Abijt tꝫ nunciauit iudeis: quia iesus esset qui eū sanum fecerat.] Ille annunciabat: tꝫ illi insanie bant. Ille salutem suā ꝓdicabat: illi salutē suam nō querebant. [Persequebant iudei dominum iesum: quia hec faciebat in sabbato.] Quid ergo dominus modo respondit iudeis audiamus. De sanis factis hoibus sabbato: dixi quid soleat respondere: quia iumenta sua nō cōtēnunt sabbato vel liberādo vel alendo: de portato grabato quid respondit? Manifestum opus corporale factum erat ante oculos iudeorū / nō sanitas corporis. sed operatio corporis que non videbatur ita necessaria quēadmodum sanitas. Aperte ergo dominus dicat sacramentū sabbati et signum obseruādi vnius diei / ad tempus esse datū iudeis: impletionem vero ipsam sacramenti in illo venisse.

Text⁹ hꝫ Jesus aūt rndit eis.

¶ Pater meus inḡt vsq; modo operat: et ego operor.] Misit in eos magnum tumultū: aduentu domini turbat aqua: sed qui turbat latet. Tamē sanandus est turbata aqua: eger vnus magnus: passo dño totus mūdus. Videamus ergo responsionē veritatis. Pater meus vsq; modo operatur: et ego operor. ¶ Falsum ergo dixit scriptura: qꝫ deus requieuit ab omnibus operib⁹ suis in die septimo? Et cōtra hanc scripturā per moysen ministratā: loquitur dominus iesus: cum ipse dicat iudeis? Si crederetis moysi crederetis vtiq; mihi: de me ergo ille scripsit. Videte ergo: ne aliud voluit significare moyses qđ de⁹ requieuit die septimo. Nō enim defecerat deus operando creaturam suā: et īdigebat requie sicut homo. Quomodo defecerat: qui verbo fecerat? Tamē et illud verum est quia requieuit deus ab omnibus operibus suis in die septimo: et hoc verum est qđ ait iesus: pater meus vsq; modo operatur tꝫ ego operor. Sed quis explicet verbis / homo hominibus / infirmus infirmis / indoctus discere cupientibus. Et forte si quid sapit ꝓmerе tꝫ explicare non valens hoibus / difficile forte capientib⁹: etiaꝫ si explicari possit qđ capitur? Quis inquā fratres mei explicet verbis: quomodo deus et quietus operetur et operans quiescat? Obsecro vos: vt hoc vobis ꝓficientib⁹ differatur. Visio enim ista templum dei querit: sanctum locum querit. Portate ꝓximū et ambulate: ibi eū videbitis vbi verba hominū non queratis. Hoc forte potius dicere valemus: quia et in eo quod de⁹ die septimo requieuit ipsum dominum et saluatorē nostrum iesum christū qui hec loquebat et dicebat: pater meus vsq; modo operatur tꝫ ego operor: magno sacramēto significauit: quia tꝫ dominus iesus vtiq; de⁹ / ipse est enī verbum dei: tꝫ audistis quia in ꝓncipio erat verbum. Et non qualecunq; verbum / sed deus erat verbum: et omnia per ipsum facta sunt. Forte significatus est: requieturus in die septimo ab omnibus operibus suis. Legite enim euangelium tꝫ videte: quāta operatus sit ille. Operat⁹ est salutem nostram et in cruce: vt implerentur in eo omnia ꝓdicta ꝓphetarum. Coronatus est spinis: suspensus est ligno: dixit sitio. Accepit acetum in spongia: vt impleretur qđ dictum est. Et in siti mea potauerunt me aceto. At vbi impleta sunt omnia opera eius / sexta sabbati / inclinato capite tradidit spiritum: tꝫ in sepulchro sabbato requieuit ab oīb⁹ operib⁹ suis. Ergo tanq̄ dicere tu deis. Quid expectatis vt nō operer sabbato? Sabbati dies vobis ad significationē meā ꝓceptus est. Opera dei attenditis: ego ibi eram cū fierent: tꝫ per me facta sunt omnia. Ego noui: pater meus vsq; modo operatur. Operatus est pater lucē: sed dixit vt fieret lux. Si dixit: verbo operatus est. Verbum eius ego eram ego sum: per me factus est mundus in illis operibus: per me regitur mundus in istis operibus. Pater meus tꝫ tunc operatus est cum fecit mundum: et vsq; nunc operatur cū regit mundum. Ergo et per me fecit cum fecit: tꝫ per me regit cum regit. Dixit hec. Sed quibus? Surdis / cecis / claudis / languidis medicum non agnoscentibus: et tanq̄ in freneſi mente perdita occidere volentibus. Proinde quid secutus euangelista dixit. † [Hinc ergo magis querebāt eum iudei interficere: qꝫ non solum soluebat sabbatū: sed et patrē suum dicebat deū.] Non quomodocunq; sed quid? [Equalem se faciens deo.] Nam omnes dicimus deo. Pater noster qui es in celis. Legimus tꝫ iudeos dixisse: cū tu sis pater noster. Ergo nō hinc trascebantur quia patrem suum dicebat deum: sed qđ longe alio modo q̄ homines. Ecce intelligūt iudei: quod nō intelligūt arriani. Arriani quippe inequalem patri filium dicūt: et inde heresis pulsat ecclesiam. Ecce ipsi ceci / ipsi interfectores christi: intellexerunt. tamen verba christi. Non eū intellexerunt esse christum / nec eum intellexerunt filiū dei: sed tamē intellexerunt in illis verbis: quia talis cōmendaretur filius dei qui equalis esset deo. Quis erat nesciebant: talem tamē ꝓdicari agnoscebant: qnia patrē suum dicebat deum equalē se faciens deo. Non ergo erat equalis deo? Non ipse se faciebat equalem: sed ille illum genuerat equalem deo. Si se ipse faceret equalem deo: caderet per rapinam. Qui enim se voluit equalem facere deo cum non esset / cecidit: et ex angelo factus est diabolus. Et hanc superbiam homini ꝓpinauit: vnde ipse deiectus est. Nā hoc dixit homini / cui stanti lapsus inuidit: gustate et eritis sicut dij: id est vsurpatione rapite quod facti non estis: qꝫ et ego rapiēdo deiectus sum. Non ꝓdebat: sed hoc suadebat. Christus autē equalis patri natus erat non factus: natus de substantia patris. Unde illum sic cōmendat apostolus. Qui cuꝫ in forma dei esset: nō rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Quid est non rapinam arbitratus est esse se equalē deo? Nō vsurpauit equalitatem dei: sed erat in ea in qua natus erat. Et nos ad equalem deum quomodo peruenire mus: semetipsum exinaniuit formam serui accipiēs. Non ergo se exinanuit amittens qđ erat: sed accipiens qđ non erat. Hanc formā serui cōtinentes iudei / dominum christum equalem patri intelligere non poterant: cuius eum hoc de se dicere minime dubitabāt. Et ideo seuiebant / et adhuc tamē eos ille perferebat: et sanitatem seuientium requirebat.

† Alia.lit. ꝓpterea

Tractatus.xviij.

Amē dico vobis. Non pōt filius a se facere quicq̄ nisi qđ viderit patrē facientē. Quecunq; enī ille fecerit hec⁊ filius similiter facit. pater enī diligit filium et oīa demonstrat ei que ipse facit.

A Johannes euangelista inter cōsortes et compartícipes alios euangelistas. hoc ꝓcipuum donū et ꝓprium accepit a domino / super cui⁹ pectus in cōuiuio discumbebat vt per hoc significaret quia secreta et altiora de ītimo pectore eius potabat: vt ea diceret de filio dei: que paruulorū mentes / fortassis intētas excita-

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

re possint: implere autem nondum capaces non possint. Grā diusculis autem quibusdam mentibus et ad etatem quandā interius virilē peruenientibus /dat aliquid verbis his: quo et exerceantur ⁊ pascantur. Audistis cum legeretur: et vnde sermo iste venerit meministis. Hesterno enīz die lectum est / quod propterea volebant iesum iudei interficere: quia nō solum soluebat sabbatum: sed etiam patrem suum dicebat deum: equalē se faciens deo. Quod iudeis displicebat: hoc ipsi patri placebat. Hoc sine dubio placet etiam is qui honorificant filium / sicut honorificant patrem: quia si illis nō placeat / displicebunt. Non enim deus erit maior quia placet tibi: sed tu minor / si displicet tibi. Aduersus hanc autem calūniam eorum venientem vel de ignorantia vel de malicia loquitur dominus. Non omnino quod capiant: sed vnde agitarent et cōturbentur: et forte sic vel conturbati medicū querant. Dicebant autē que scriberentur: vt etiam a nobis postea legerentur. Videremus ergo quid in iudeorum cordibus factum sit cum hec audirent: quid in nobis fiat cum hec audimus amplius cogitemus. Hereses enim nate sunt hereses / ⁊ quedam dogmata peruersitatis illaqueantia animas / et in profundum precipitantia nisi dum scripture bone intelligerentur non bene: et quod in eis non bene intelligitur / etiā temere et audacter asseritur. Itaq; charissimi valde caute hec audire debemus ad que rapienda paruuli sumus / et corde pio et cum tremore sicut scriptum est: hanc tenentes regulaz sanctitatis / vt quod secundū fidem qua imbuti sumus intelligere valuerimus: tanq; de cibo gaudeamus. Quod autem fm sanam fidei regulam intelligere non poterimus dubitationem auferamus: intelligentiam differamus. Hoc est etiam si quid sit nescimus: bonum tamen et verum esse minime dubitemus. Et ego fratres qui suscepi loqui vobis: cogitandus sum a vobis qui susceperim et que susceperim. Suscepi eni tractanda diuina homo: spiritualia carnalis: eterna mortalis. Etiā a me charissimi longe sit vana presumptio: si volo sanus in domo dei conuersari que est ecclesia dei viui: columna et firmamentum veritatis. Pro modulo meo capio: quod vobis appono. Vbi aperitur / pascor vobiscum: vbi clauditur / pulso vobiscum. Commoti sunt ergo iudei et indignati sunt. Merito quidem qō audebat hō equalem se facere deo. Sed ideo immerito quia in homine nō intelligebant deum. Carnem videbant: deum nesciebant. Habitaculū cernebāt / habitatorem ignorabant. Caro enim illa templum erat. deꝰ inhabitat intus. Non ergo iesus carnem equabat patri: non formam serui domino comparabat. Non qō factum est propter nos: sed quod erat quando fecit nos. Quis nāq; sit christus catholicis loquor nostis: quia bene credidistis. Nō verbum tantum / nec caro tantum: sed verbum caro factum est ⁊ habitauit in nobis. Recensete de verbo quod nostis. In pncipio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hic equalitas cum patre. Sed verbum caro factuz est: et habitauit in nobis. hac carne maior est pater. Ita pater et equalis ⁊ maior: equalis verbo / maior carne. Equalis ei per quē fecit nos: maior eo qui factus est propter nos. Ad hanc regulam sanam catholicā / quam precipue nosse debemus / quā tenere q̄ nostis a qua prorsus fides vestra labi non debet: que in illis hominū argumentis extorqueda est. cordi vestro dirigamus ea que intelligimus: ⁊ que forte non intelligimus: dirigēda ad hanc regulam quandoq; differam? cum idonei fuerimus. Mouimus ergo equalem patri filium dei: quia nouim? in principio deum verbum. Quid ergo iudei volebant interficere? Quia non solum soluebat sabbatū / sed et patrem suum dicebat deum equalem se faciēs deo: videntes carnem non videntes verbum: Loquatur ergo et cōtra eos verbū per carnem: et interior habitator sonet per habitaculū suum: vt qui potest nouerit q̄s intus habitet. Quid
B ergo eis dicit? [Respondit itaq; iesus et dixit eis:] commotis quod equalez se faceret deo. [Amen amen dico vobis: nō potest filius a se facere quicq̄ / nisi quod viderit patrem facientem.] Ad hec quid responderunt iudei: scriptuz non est: et forte tacuerunt. Quidam tamen qui christianos se haberi volunt / non tacent: et quodāmodo ex his verbis concipiunt quedam dicenda contra nos. Que cōtinenda non sunt et propter nos. Arriani quippe heretici dicētes / non per carnem sed ante carnem filium qui suscepit carnez minorem esse q̄ pater est / et non esse substantie eius cuius pater est: capiūt ex his verbis ansam calūnie et respondent nobis. Videtis quia dominꝰ iesus cum animaduerteret iudeos ex hoc moueri quod patri deo equalem se faceret / et talia verba subiūxit: vt se equalez non esse monstraret. Mouebantur enim iudei aiunt aduersus christum quia equalem se faciebat deo: et volens eos corrigere ab hoc motu christus et eisdem monstrare filium non esse equalez patri: id est equalē deo: aut qua si dicēs. Quid irascimini / qd indignamini? Non sum equalis: quia non potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrem facientem. Qui enim non potest inquiunt facere a se quicq̄ nisi quod viderit patrem faciētem: vtiq; minor est nō equalis. In hac regula cordis sui distorta et praua / heretic⁹ audiat nos nondum obiurgantes: sed adhuc quasi querentes: et explicet nobis quod sentit. Puto enim o quisquis ille est: faciam? eum tanq; presentez adesse. Tenes nobiscū: quia in principio erat verbum? Teneo inquit. Et quia verbum erat apud deum? Et hoc inquit teneo. Sequere ergo et Johā. j.
hoc fortius tene: quia deꝰ erat verbum. Et hoc inquit teneo Sed ille deꝰ maior: ille deus minor. Jam nescio quid paganum redolet: cum christiano loqui me arbitrabar. Si est deꝰ maior et deus minor: duos deos colimus non vnum deum. Quare inquit / et tu non duos deos dicis equales sibi. Hoc ego nō dico. Equalitatem enim istam sic intelligo: vt ibi intelligam etiaz indiuiduam charitatem / et si indiuiduā charitatem. perfectā vnitatem. Si enim charitas quā misit hominibus deus / de multis hominum cordibus fecit cor vnū / et multas hominum animas fecit animā vnam sicut de credentibus seseq; inuicem diligētibus scriptum est in actibus apostolorum / erat illis anima vna et cor vnum in deum. Si ergo anima mea: et anima tua cum idem sapimus noscq; diligimus / fit anima vna: q̄tomagis pater deus et filius deꝰ in fonte dilectionis deus vnus est? Eleuz ad hec verba quibꝰ commotum est cor tuum: intende et recole mecum / quod de verbo requirebamus. Si iam tenemus deus erat verbum: adiungo illud quia cum dixisset / hoc erat in principio apud deum: continuo subiecit euāgelista. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Nunc te querendo exagito: nunc te contra me moueo: ⁊ te contra te interpello. Tenetan tum memoriter ista de verbo. Quia deus erat verbum: ⁊ omnia per ipsum facta sunt. Audi iā verba quibus cōmotus es C
vt minorez diceres filium. Nempe quia dixit / non potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrē facientez. Ita inquit. Expone mihi paululū. Sic quantū opinor intelligis Quomodo quedaz facit pater: filius autem attendit quēadmodum facit pater: vt possit et ipse ea facere que viderit patrem faciētem. Duos quasi fabros constituisti: ita patrem et filium vt etiaz magistrum et discipulū. Quomodo solent patres fabri / docere filios suos artem suam. Ecce descendo interim ad carnalē sensum tuū: interim ita cogito vt tu. Videamus si cogitatio hec nostra inueniet exitū secūdū illa que iā de verbo pariter locuti sumus / pariterq; sentimus: quia deꝰ verbum: ⁊ omnia per ipsum facta sunt. Pone ergo patrē tanq̄ fabrum quedam opera facientem / filium autē tanq̄ discipulū: qui non potest facere quicq̄ nisi quod viderit patrē facientem. Intendit enī quodāmodo in manus patris: vt quomodo eum viderit fabricare / sic et ipse tale aliquid fabricet in operibus suis. Sed pater iste omnia illa que facit ⁊ vult vt attendat eum filius: et talia et ipse faciet per quē facit. Eya: nunc est vt assis sententie tue priori quā mecum recensuisti. mecūq; tenuisti: quia in principio verbum et apud deū verbum: ⁊ deus verbuz: et omnia per ipsum facta sunt. Tu ergo cum mecū tenueris: quia per verbū facta sunt omnia / rursuz carnali sapore ⁊ puerili motu facis tibi in animo deum faciētem ⁊ verbum attendētez: vt cū fecerit deus / faciat ⁊ verbū. Quid enim fecit deus preter verbū? Si enim facit: non omnia per verbum facta sunt. Perdidisti qō tenebas. Si autez omnia per verbū facta sunt: corrige qō male itelligebas. Fecit pater: ⁊ non fecit nisi per verbuz. Quomodo attendit verbum vt videat patrē facientem sine verbo: quod simliter faciat verbū? Quicquid fecit pater: per verbū fecit: aut falsum est / oīa per ipsum facta sunt. Sed verū est: omnia per ipsum facta sunt. Parū fortasse tibi videbatur: ⁊ sine ipso factū est nihil. Recede ergo ab ista carnis prudentia: ⁊ queram? quō-

admodum dictū sit / non potest filiꝰ a se facere quicq̄ nisi qđ viderit patrem facientē. Queramus: si digni sumus qui apprehendamus. Fateor enī magna res est / ardua omnino: videre facientem patrē per filium: non singula opera faciente patre ⁊ filio: sed quodlibet opus patre per filiū: vt nulla opera fiant vel a patre sine filio: vel a filio sine patre: quia omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quibus nī fundamentū fidei firmissime constitutis: iam quale est videre quia non potest filius a se facere quicq̄ nisi qđ viderit patrem facientē. Queris (vt opinor) nosse filiū facientē: quere prius nosse filium videntē. Certe enim ait: nō potest filius a se facere quicq̄: nisi quod viderit patrem facientē. Intende quod dixit: nisi qđ viderit patrem facientē. Precedit visio: et sequitur effectio. Videt enīz vt faciat. Tu quid queris iā nosse quomodo faciat: dum nondum scias quomodo videat. Quid curris ad id qđ posterius est: relicto qđ prius est? Videntem se dixit et facientē: non facientem ⁊ videntē: quia nō potest a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrez facientem. Vis vt explicētibi quomodo faciat? Tu explica mihi quomodo videat. Si hoc explicare non potes nec ego illud. Si hoc percipere nondum es idoneus: nec ego illud. Vterq; ergo nostrum querat / vterq; pulset: vt vterq; accipere mereatur. Quid quasi doctus calūniaris indocto? Ego ad faciendum / tu ad videndum. Ambo indocti a magistro queramus: non in schola eius pueriliter litigemus. Tamē simul iam dicimus: quia omnia per ipsum facta sunt. Ergo manifestū est quia non alia facit pater: alia filius. Sed omnia facit pater per filiū: quia omnia per verbū facta sunt. Jam quomodo faciat deus quis nouit? Non dico quomodo fecerit mundum: sed quomodo fecerit oculū tuū: cui carnaliter inhērēs: visibilia inuisibilibus cōparas. Talia enīz de deo cogitas: qualia his oculis videre consuesti. Si autem istis oculis videri possit deus: nō diceret. Beati mundo corde q̄ ipsi deū videbunt. Ergo habes oculum corporis ad videndū fabricū: sed nondum habes oculū cordis ad videndū deum. Ideo quod soles videre in fabrica: transferre vis in deum. Pone in terra terrena: sursum cor. Quid ergo fratres charissimi? Explicaturi sumus nos qđ interrogauimus / quomodo videat verbum: quomodo pater videatur a verbo. Quid sit videre verbi? Non sum tā audax: tam temerarius vt explicare pollicear me vobis. Et cūq; suspicor modulum vestrū: noui tamen meū. Si ergo placet non diutius imoremur: percurramus lectionē et videamus verbis domini turbari corda carnalia: ne in eo qđ tenēt: remaneāt. Extorqueatur tanq̄ puerile ludicrū nescio quid quo se male auocant vt possint inseri vtiliora grandioribus: vt possint proficere qui repebant in terra. Surge: age / suspira: anhela desiderio: et ad clausa pulsa. Si autem nondum desideramus: nondum inhiamus: nō dum suspiramus: margaritas quibuscunq; proiecturi sumꝰ: aut margaritas qualescūq; nosipsi inuenturi sumus? Moue rim ergo charissimi desiderium in corde vestro. Mores perducunt ad intelligentiam. Genus vite perducet ad genus vite. Alia vita terrena: alia vita celestis. Alia vita pecorū: alia vita hominum: alia vita angelorum. Vita pecorum: terrenis voluptatibus estuat: sola terrena conquirit: in ea prona atq; proiecta est. Vita angelorum sola celestis. Vita hominū media est inter angelorum ⁊ pecorum. Si viuit homo fm carnē pecoribus comparatur. Si viuit fm spiritum: angelis sociaꝰ. Quando fm spiritum viuis quere etiam in ipsa angelica vita: vtrum paruus an grandis sis. Si enīz adhuc paruus es: dicunt tibi angeli / cresce. Nos panē manducamus: tu lacte nutrire: lactē fidei vt peruenias ad cibum spei. Si autem inhiatur sordidis voluptatibus: si adhuc fraudes cogitantur: si mendacia non vitantur: si mēdacia periuriis cumulantur: tam immundū cor audet dicere: explica mihi quomodo videt verbum. Etiam si possum: etiam si iam videā? Porro autem si forte ego non sum in his moribus: et tamē ab ista visione longe sum: quantū ille qui nondum isto superno desiderio rapitur: terrenis desideriis pregrauatur? Multū interest inter aduersantē ⁊ desiderantē. Et iterum multū interest inter desiderantē ⁊ fruentem. Vnius vt pecoris: aduersaris: angeli fruuntur. Tu autē si non viuis vt pecoris: iā non aduersaris. Desideras aliquid ⁊ non capis. Inchoasti ipso desiderio vitam angelorum. Crescat in te ⁊ perficiatur in te. Et capias hō a me: sed ab illo: qui ⁊ me fecit ⁊ te. Tamē non vtcūq; nos dimisit dominus qui voluit intelligi. Quia in eo quod dixit: non potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrē facientem / non alia opera pater facit / que videat filius et alia filius cum viderit patrē facientem: sed eadē opera ipsa ⁊ pater et filius. Secutus enīz ait. [Quecunq; † ille fecerit: hec et habea. lit. filius similiter facit:] Non cum ille fecerit: alia filius simili- ⁊ At enī. ter facit: sed quecunq; ille fecerit / hec ⁊ filius similiter facit. si hec facit filiꝰ que fecerit pater: per filiū facit pater. Si per filium facit que facit pater: nō alia pater alia filius facit: sed eadem opera sunt patris ⁊ filij. Et quomodo eadez facit ⁊ filius: ⁊ eadem: ⁊ similiter? Me forte eadē sed dissimiliter. Eadem inq̄t: ⁊ similiter. Et quomodo possit eadē non similiter: accipite exemplū: quod puto ad vos non sit grande. Cū scribimus litteras facit eas primo cor nostrum: et deinde manus nostre. Certe enī oēs acclamastis: nisi qđ cognouistis? Certum est qđ dixi: ⁊ manifestū omnibꝰ nobis. Littere fiunt primo a corde deinde a corpore nostro. Manus seruit iperanti cordi: easdez litteras facit ⁊ cor et manus. Nūquid alias cor alias manus? Nam aliud est cor: aliud est manus. Easdem quidez facit manus: sed non similiter. Cor enī nostrum facit eas intelligibiliter: manus autē visibiliter. Ecce quomodo fiunt eadē et dissimiliter. Unde parum fuit domino dicere: quecunq; pater fecerit hec filius facit: nisi adderet ⁊ similiter. Quid si enī hoc modo intelligeres / quomodo quecunq; cor facit hec ⁊ manus facit: sed non similiter. Dic vero addidit: hec ⁊ filius similiter facit. Si ⁊ hec facit ⁊ similiter facit: expergiscere: stringat iudeus credat christianus. Cōuincatur arrianus hereticus: equalis est patri filius. [Pater enīz ✠ diligit filiuz: ⁊ omnia demonstrat ei que ipse facit.] Ecce est illud: demonstrat: cui? vtiq; quasi videnti. Redumꝰ ad id qđ explicare non possumus: quomodo verbū videat. Ecce homo factus est per verbū. Sed homo habet oculos / habet aures / habet manus / diuersa membra in corpore. Per oculos potest videre: per aures potest audire: per manus opari. Diuersa mēbra / diuersa membrorū officia: non potest illud mēbrum quod potest alterū. Tamen propter corporis vnitatē / oculus et sibi ⁊ auri videt: et auris sibi et oculo audit. Nunquid tale aliquid in verbo arbitrandū est esse: quomodo omnia per ipsum? Et dixit scriptura in psalmo. Intelligite qui Psā. xciij. insipientes estis in populo: ⁊ stulti aliquando sapite. Qui plātauit aurez / non audiet: aut qui finxit oculū non considerat? Si ergo finxit oculum verbum: si plantauit aurem verbum: quia omnia per verbum: non possumus dicere: nō audit verbum: non videt verbū: ne obiurget nos psalmus ⁊ dicat / stulti aliquando sapite. Itaq; si audit verbum et videt verbum: audit filius: ⁊ videt filius. Nunquid tamē et in ipso diuersis locis quesituri sumus oculos ⁊ aures? Aliunde audit / aliunde videt: ⁊ auris eius nō potest quod oculus ⁊ oculus nō potest / quod potest auris? An totus ille visus est: et totus auditus? Forte ita: imo non forte sed vere ita: dum tamē et ipsum eius videre: et ipsum eius audire: longe alio modo ꝯ nostrū sit. Et videre et audire simul in verbo ē: nec aliud ibi est audire: aliud videre: sed audit ꝰ visus: ⁊ visus auditus. Et nos qui aliter audimus: aliter videmus: hoc vnde nouimus? Redimus forte ad nos: si nō sumus preuaricatores: quibus dictū est. Redite preuaricatores ad cor. Redite ad cor. Quid Esa. xlvj. itis a vobis: ⁊ paritis ex vobis: quid itis i solitudinis vias? Erratis vagando. Redite. Quo? Ad dominū. Ecce est. Primo redi ad cor tuum. Exulate vagaris foris. Te ipsum non nosti: ⁊ queris a quo factꝰ es? Redi redi ad cor: tolle te a corpore. Corpus tuum habitatio tua est. Cor tuum sentit et iam per corpus tuum. Sed corpus tuū non quod cor tuū. Dimitte et corpus tuum: ⁊ redi ad cor tuū. In corpore tuo inuenies alibi oculos: alibi aures: in corde tuo nūquid hoc inuenies? an in corde non habes aures? De quibus enī dominus dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. An in corde non habes oculos? Unde dicit apostolus. Illuminatos oculos Ephe. j. cordis vestri. Redi ad cor: vide ibi qđ sentias forte de deo: quia ibi est imago dei. In interiore homine habitat christꝰ: in interiore homine renouaris ad imaginem dei: in imagine sua cognosce auctorē eius. Et ide quēadmodum omnes corporis sensus: cordi intro nūcient id quod senserint foris. Et ide ꝯ multos ministros habeat / vnus interior imperator: et

quid apud se etiā sine his ministris agat. Renunciant oculi cordi alba et nigra: renunciant aures eidem cordi canora et dissona. Renunciant nares eidē cordi odora et putētia. Renunciat gustus eidem cordi amara et dulcia. Renunciat tactus eidez cordi lenia et aspera. Renūciat sibi ipsum cor iusta et iniusta. Cor tuū t videt et audit: et cetera sensibilia diiudicat: t quo non aspirat corporis sensus: iusta t iniusta: mala et bona: discernit. Ostende mihi oculos: aures: nares cordis tui. Diuersa sunt que ad cor tuū referūtur: et diuersa ibi membra non inueniuntur. In carne tua alibi audis: alibi vides: in corde tuo ibi audis vbi vides. Si hoc imago: quāto potentius ille cuius imago? Ergo et audit filius et videt filius. Et ipsa visio et auditio filius. Et hoc est illi audire qđ esse: profecto et hoc videre quod esse. Tibi non hoc est videre quod esse: q: et si perdas visum / potes esse: t si perdas auditum / potes esse. Putamus ne pulsauimus? Erectū est aliquid in nobis qđ vel tenuit suspicemur: vnde lumē veniat nobis. Puto fratres: quia cū loquimur ista: et cū meditamur: exercemus nos. Et cū exercemus nos in ipsis: et rursus quasi inflectimur pondere nostro ad ista cōsueta: tales sumus q̄les lippientes cum producūtur ad videndum lumen: si forte antea visum omnino non habebant: et incipiunt eundem visum per diligentiam medicorū vtcunq; reparare. Et cū probare vult medicus q̄tū saluus eis accesserit: tentat eis ostēdere quod videre desiderabāt et non poterant cū ceci essent: et redeunte iam vtcunq; acie oculorum: producunt ad lucem. Et cum viderint fulgorem in ipso reuerberantur quodāmodo: et respondent medico demonstranti. Jam tā vidi: sed videre non possum. Quid ergo facit medicus? Reuocat ad solita et addit collyrium: vt ad illud quod visum est t videri nō potest: desiderium nutriat: et ex ipso desiderio curetur plenius: et si qua mordacia reparande sanitati adhibentur: fortiter ferat: vt amore illius lucis accensus dicat sibi. Quādo erit vt illud firmis oculis videam quod saucijs īfirmisq; nō potui? Urget medicum: et rogat vt curet. Ergo fratres si tale aliquid factum est in cordibus vestris: si vtcunq; erexistis cor vestrum ad videndum verbum: et ipsius luce reuerberati ad solita recidistis. Rogate medicū vt adhibeat collyria mordacia: precepta iusticie. Est quod videas: sed non est vnde videas. Non mihi antea credebas quia est quod videas: duce quadam rationis adductus es: propinquasti: intendisti: palpasti: refugisti. Scis certe esse quod videas: sed idoneū nō te esse q̄ videas. Ergo curare. Que sūt collyria? Noli mentiri: noli piurare: noli adulterari: noli furari: noli fraudare. Sed consuesti et cum aliquo dolore a consuetudine reuocaris: hoc est qđ mordet sz sanat. Mā dico tibi liberi? ex timore t meo tuo. Si curari restiter[i] t esse idoneꝰ ad pfruēdū hac luce neglexeris: valitudine oculoꝝ tuoꝝ tenebras amabis: t amādo tenebras ī tenebris remanebis: t remanēdo in tenebris etiaz in tenebras exteriores pisceris. Ibi erit fletꝰ et stridor dentiū. Si nihil ante faciebat amor lucis: faciat timor doloris. Sufficienter me loquutū arbitror: t lectionem tamē euangelicam non finiui. Si dicā reliqua: onerabo vos: et timeo ne etiam qđ haustum est: effundatur. Sufficiant ergo ista charitati vestre. Debitores sumus / non nunc sed semper q̄diu viuimus: quia propter vos viuimus. Verūtamen vitam nostrā istam infirmā: laboriosam: periculosam in hoc mundo consolamini bene viuēdo: nolite nos contristari t atterere malis moribus vestris. Cum enī offendimur mala vita vestra / si refugiamus a vobis: t separemus nos a vobis: t ad vos non accedamus. Nonne conqueremini t diceretis: t si languebamus curaretis: t si infirmabamur visitaretis? Ecce curamus ecce visitamur: sed non nobis fiat quō audistis ab apostolo. Timeo ne sine causa laborauerim in vos.

Tractatus. xix.

Non potest filius a se facere quicq; nisi qđ viderit patrem facientē. Quecunq; enī ille fecerit: hec t filius similiter facit. Pater enim diligit filium t omnia demōstrat ei que ipse facit t maiora his demōstrabit ei opera: vt vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos t viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neq; enī pater iudicat quēq;. Sed omne iudiciū dedit filio: vt oēs honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filiū: non honorificat patrem qui misit illum. Amen Amen dico vobis. Quia qui verbum meū audit t credit ei qui misit me habet vitam eternam. Et in iudicium non venit: sed trāsiet a morte in vitam. Amen amēdico vobis. Quia venit hora et nunc est: quādo mortui audiēt vocem filij dei: et qui audierint viuēt. Sicut enim pater habet vitā in semetipso sic dedit et filio habere vitam in semetipso: t potestatē dedit ei t iudicium facere: quia filiꝰ hominis est: nolite mirari hoc. Quia venit hora ī qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij dei: et procedēt qui bona fecerunt in resurrectionē vite: qui vero mala egerunt in resurrectionez iudicij. Non possum ego a meipso facere quicq;. Sicut audio iudico: et iudicium meum iustum est. Quia non quero voluntatem meā: sed voluntatē eius qui misit me.

SErmone pristino quantū nostrum mouit affectū t intelligendi paupertatē: locuti sumus ex occasione verborum euāgelicorū vbi scriptum est: nō potest filiꝰ a se facere quicq; nisi quod viderit patrez facientez. Quid sit videre filij / hoc est videre verbi: q: filius verbum: t quia per verbū facta sunt omnia. Quomodo possit intelligi qđ videt filius primo patrē facientem: tunc demū t ipse faciat que facta cōspexerit: cum pater nihil nisi per filiū fecerit. Omnia enī per ipsum facta sunt t sine ipso factum est nihil. Non tamē explicatū aliquid diximus: q: nec explicatum aliquid intelleximus. Aliquando enī sermo deficit: vbi etiā intellectus proficit / q̄stomagis sermo patit defectionē: quando intellectus nō habet perfectionē? Nunc itaq; q̄tum dominus donat: breuiter percurramus lectionē: t vel hodie expleamus debitū pensum. Si quid forte remāserit: vel temporis vel virū: retractabimus si potuerimus quantū t a nobis et apud vos fieri potest. Quid sit videre verbi: demōstrari verbo non potest. Omnia quippe dicta sunt hic. Que si intelligantur fm humanū sensum carnaliter: nihil aliud nobis facit anima plena phātasmatis: nisi quasdā imagines velut duorum hominū patris t filij: vnius ostendētis alterius videntis: vnius loquētis / alteriꝰ audientis: que oīa idola cordis sunt. Que si iam deiecta sunt de templis suis: q̄stomagis deijcienda sunt de cordibꝰ christianis. [Non potest inquit † a se facere quicq;: nisi qđ viderit patrem facientē.] Verū est hoc: tenete hoc: dum tamē non amittatis qđ in ipsius euāgelij exordio tenuistis q: in principio erat verbum t verbū erat apud deū: t deus erat verbum: t precipue q: omnia per ipm facta sunt. Quod nunc enī audistis coniungite illi auditui: t vtrūq; concordet in cordibus vestris. Sic itaq; nō potest filius a se facere quicq; nisi qđ viderit patrē facientē: vt tamē pater ea que facit nō faciat nisi per filiū: quia eius est verbū. Et in principio erat verbum: t verbū erat apud deū: t deus erat verbum: q: omnia per ipsum facta sunt. [Quecunq; enim ille fecerit hec et filius similiter facit.] Non alia sed hec: non dissimiliter sed similiter. [Pater enī diligit filium: t omnia demōstrat ei que ipe facit.] Ad hoc qđ supra dixit: nisi quod viderit patrē facientem: videt pertinere: t qđ omnia demōstrat ei que ipse facit. Sed si pater demonstrat que facit: nec filius potest facere nisi pater demonstrauerit. Pater que demonstrare nō potest nisi fecerit. cōsequēs erit vt non per filiū faciat omnia pater. Porro si firmū atq; incōcussum tenemus: quia per filiū omnia pater facit. anteq; facit demonstrat filio vt filius demōstrata faciat / que demōstrata iā facta sunt: aliquid, p culdubio pater sine filio facit. Sed nō facit pater aliquid sine filio: q: filius dei verbū est: et oīa per ipm facta sūt. Remanet ergo fortasse: vt que pater facturus est: demōstraret facienda: vt per filiū sint facta. Mā si filius ea facit q̄ pater facta demonstret: non vtiq; per filiū facit. Monstrari enī

A

† Alia lit. filius.

Johan. j.

Johan. j.

non posset nisi facta: facere filius non posset nisi monstrata fuerint. Ergo sine filio facta? Sed verū est omnia per ipsum facta sunt. Ergo anteq̄ facta / monstrata sunt. Sed hoc dixi mus differēdū esse: quo redeūdum sit: percursa lectione si vt dixi mus aliquid vel tēporis vel virium nobis remāserit: ad ea que distulim⁹ retractanda. Ampli⁹ audite difficilia. [Et
B †Alit. nō habet. ita. maiora his inquit demōstrabit ei opera: †ita vt vos miremini.] Maiora his. Quibus maiora? Facile occurrit / que modo audistis curationibus languor corporalium. De isto enī qui triginta t octo annis habebat infirmitatē et christi verbo sanatus est: nata est huius occasio tota sermonis. Et ꝓpter hoc dominus dicere potuit / maiora his demōstrabit ei opera: vt vos miremini. Sunt enī opera maiora q̄ ista: t demonstrabit ea pater filio. Non demōstrauit ei tanq̄ de preterito: sed demonstrabit de futuro: hoc est demōstraturus est. Rursus difficilis oritur questio. Est enī aliquid apud patrē / qđ adhuc latebat filium: quādo ista filius loquebatur. Si enim demonstrabit: hoc est demōstraturus est / nondū demonstrauit: et filio tunc demōstraturus est quando t istis. Sequitur enī ita: vt vos miremini. Et hoc difficile est videre: quomodo tanq̄ temporaliter filio coeterno aliquid demōstret eternus pater: omnia scienti que sunt apud patrē. Que sunt tamē illa maiora. Hoc enī forte facile est intelligere. [Sicut enim pater inquit suscitat mortuos et viuificat: sic t filius quos vult viuificat.] Maiora enī sunt opera mortuos suscitare: q̄ languidos sanare: Sed resuscitat pater mortuos t viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Alius ergo pater alius filius? sed omnia ꝑ ipsum. Ipsos itaq̄ filius quos et pater: quia nō alia: nec aliter: sed hec t filius similiter facit. Ita plane intelligēdum est: et ita tenēdum. Sed mementote q: filius quos vult viuificat. Tenete hic ergo non solū potestatē filij: verūetiaz voluntatez. Et filius quos vult viuificat: et pater quos vult viuificat: et ipsos filius quos et pater: ac per hoc eadē patris ac filij potestas est t volūtas. Quid ē ergo qđ sequit. [Neq̄ enī pater iudicat quēq̄: sed iudiciū omne dedit filio: vt oēs honorificent filiū sicut honorificant patrē.] Quod ita subiūxit: tanq̄ rationē reddens superioris sententie. Multū mouet. Intēti estote. Filius q̄s vult viuificat: pater q̄s vult viuificat. Filius suscitat mortuos: sicut pater suscitat mortuos. Neq̄ enim pater iudicat quēq̄. Si in iudicio suscitandi sunt mortui quomodo pater suscitat mortuos / si non iudicat quēq̄? Omne quippe iudiciū dedit filio. In illo quippe iudicio suscitand mortui t resurgunt: alij ad vitā eternā: alij ad penā Quod totū si filius facit / pater autē ideo non facit: q: pater nō iudicat quēq̄: sed omne iudiciū dedit filio: contrariū videbitur eiqđ dictum est. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quod vult viuificat. Simul q̄ suscitāt. Si si mul suscitāt: simul viuificāt: simul ergo iudicant. Quō itaq̄ verū est: neq̄ enim pater iudicat quēq̄: sed iudiciū omne dedit filio? Moueāt interim ꝓpposite questiones: prestabit dominus vt solute delectēt. Ita est fratres. Ois questio nisi intentū fecerit ꝓpposita: non letificabit exposita. Sequar ergo ipse dīs: ne forte in his q̄ subiecit aperiat se aliquantū. Subtexit enī nubilo lucem suā: et difficile est aquile more volare super omnē nebulā qua tegitur ois terra: t videre verbū domini sincerissimā lucem. Ne forte ergo calore radiorū suorū discutiat caliginē nostrā t aliquantū se in cōsequētibus aperire dignet: dilatis istis: sequēta videam⁹. [Qui nō honorificat filiū: nō honorificat patrē qui misit illū.] Hoc verū est: et planū est. Omne quippe iudiciū dedit filio sicut supra dixit: vt omnes honorificēt filiū sicut honorificāt patrē. Quid si inueniunt qui patrem honorificāt et nō honorificāt filiuz? Non potest inquit fieri qui nō honorificant filiū: non honorificant patrē qui misit illū. Nō potest ergo dicere aliq̄s. Ego patrē honorificabā: q: filium nō nouerā. Et si nondū filium honorificabas: nec patrē honorificabas. Quid est enī honorificare patrē: nisi quod habeat filiū? Aliud est enīz cum tibi cōmendatur deus q: deus est: t aliud est cum tibi cōmendat deus: q: pater. Cū tibi quia deus est cōmendatur: creator tibi cōmendatur: omnipotēs tibi cōmendatur. Spiritus quidem summ⁹ eternus inuisibilis tibi cōmendatur. Incōmutabilis tibi cōmendatur. Cum vero tibi q: pater est cōmēdatur: nihil tibi aliud q̄ et filius cōmendatur. Quia pater dici non potest: si filiū non habet: sicut nec filius si patrē non habet. Sed forte quidē patrē honorifices tanq̄ maiorē: filium vero tanq̄ minorē: vt dicas mihi: honorifico patrem: scio enīz quod habeat filiū: et non erro in patris nomine / nō enim patrem intelligo sine filio / honorifico tamen et filium tanq̄ minorem. Corrigit te ipse filius et reuocat te dicens: vt oēs honorificent filium: non inferius sed sicut honorificant patrē. Qui ergo non honorificāt filium: non honorificant patrem qui misit illū. Ego inquis maiorem honorē volo dare patri: minorem filio. Ibi tollis honorē patri: vbi minorem das filio. Quid enīz aliud tibi videtur ita sentienti: nisi quia pater equalem sibi filiuz generare / aut noluit / aut non potuit? Si noluit: inuidit: si nō potuit: defecit. Non ergo vides quia ita sentiendo vbi maiorez honorem vis dare patri: ibi es contumeliosus in patrem? Proinde sic honorifica filiuz / quomodo honorificas patrem: si vis honorificare et patrem t filiū. [Amen amē dico vobis: quia qui verbum meū audit et credit ei qui misit me habet vitam eternam. Et in iudicium nō venit: sed † transijt a morte in vitam.] Non nunc transit: sed † Alia. lit. iam transijt a morte in vitam. Et hoc attendite qui verbum transiet. meū audit: et non dixit t credit mihi: sed credit ei qui me misit. Verbum ergo filij audiat: vt patri credat. Quare verbuz audit tuum: et credit alteri? Mōne cum verbum alicuius audimus: eidem verbū proferenti credimus: loquenti nobis fidem accōmodam⁹? Quid ergo voluit dicere qui verbū meū audit t credit ei qui misit me: nisi quia verbū eius est in me? Et quid est audit verbuz meū: nisi audit me? Qui credit mihi: credit ei qui misit me: quia cum illi credit / verbo eius credit. Cum autem verbo eius credit / mihi credit: quia verbuz patris ego sum. Par ergo in scripturis et omnia disposita: nequaq̄ rixātia. Tu abijce litē cordis tui: intellige ꝯcordiā scripturarum. Nunquid contraria sibi diceret veritas? Qui audit inquit verbum meū et credit ei qui misit me habet vitam eternam: t in iudiciū non venit: sed transit a morte ad vitam. Meminist⁹ quod superius posueramus: quia sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Incipit iam aperire se loqui de resurrectione mortuoꝝ: et ecce iam resurgūt mortui. Qui enim verbum meū audit et credit ei qui misit me habet vitam eternā: et in iudicium nō venit. Proba q: resurrexit: sed transijt inquit a morte ad vitam: nullo dubitante vtiq̄ resurrexit. Non enim transiret de morte ad vitam: nisi primo esset in morte et non esset in vita. Cum autem transierit / erit in vita: et non erit in morte. Mortuus ergo erat et reuixit: perierat et inuētus est. Fit perinde iam quedam resurrectio: et transeunt homines a morte quadam ad quandā vitam. A morte infidelitatis ad vitam fidei: a morte falsitatis: ad vitā veritatis. A morte iniquitatis: ad vitam iusticie. Est ergo et ista quedaz resurrectio mortuoꝝ. Aperiatillā plenius: t diluceſcat nobis vt cepit. [Amen amē dico vobis: quia venit hora t nunc est.] Nos expectamus in
E finem resurrectionē mortuoruz: nam ita credimus: imo non expectamus. Sed plane expectare debemus. Neq̄ enīz falsum credimus in fine mortuos resurrecturos. Cum ergo velet dominus iesus insinuare nobis quandā resurrectionē mortuorum / ante resurrectionē mortuorum. Non sicut lazari vel filij illi⁹ vidue: vel filie archisynagogi qui resurrexerūt morituri: nam et ipsorū mortuorū quedam resurrectio facta est: ante resurrectionē mortuorum. Sed sicut hic dicit habet inquit vitam eternam: et in iudiciū non venit: sed transit a morte ad vitam. Ad quā vitam? Ad eternam. Non autē sicut corpus lazari. Transit enim et ille a morte sepulchri ad vitā hominum: sed nō eternā: iterum morit̄. Resurrecturi autē in fine seculi mortui: in vitam eternā transibunt. Cum ergo vellet dominus iesus christus magister celestis: verbū patris t veritas demonstrare nobis quandā resurrectionem in vitaz eternam / ante resurrectionē mortuoruz in eternā vitam. Elegit hora inquit. Tu proculdubio imbutus fide: resurrectionem carnis expectabas: horā illaz finis seculi diem iudicij: quā ne in isto loco expectares: addidit t nūc est. Quod ergo dicit venit hora. Nō dicit de illa hora nouissima vbi in tuba et voce archangeli: et in tuba dei domin⁹ ipse descēdet de celo et mortui in christo resurgent primi: deinde nos q̄ viuim⁹ viuentes qui reliqui sumus / simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera: et ita semper cum domino erimus. Et veniet hora illa: sed nō est nunc. Hora vero ista que

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

sit. Aduertite. Quid ī ea fit? Quid nisi resurrectio mortuoꝝ? Ut qui resurgunt: in eternum viuant? Hoc erit et nouissima hora. Quid ergo? Quomodo intelligimus duas istas resurrectiones? Nunqd forte qui nunc resurgunt / tunc non resurgent: vt aliorum fiat tunc resurrectio aliorum nunc? Non est ita. Nam ista resurrectione si recte credidimus resurreximꝰ et nosipsi qui iam resurreximus / alterā in fine resurrectionē expectamus. Sed et nunc in eternam vitaꝫ resurreximus: si in fide ipsa perseueranter manemus. Et tunc in eternā vitaꝫ resurgemus quādo angelis coequabimur. Ipse ergo distinguat / ipse aperiat quod loqui ausi sumus. Quomodo fiat resurrectio ante resurrectionem. Non aliorū et aliorum: sed eorundem: nec talis qualis lazari: sed in vitā eternam. Aperiet plane. Audite diluceſcentez magistrū et illabentem cordib⁹ nostris solem nostrū. Non quē desiderant oculi carnales: sed cui estuant aperiri oculi cordis. Ipsum ḡ audiamus. Amen amē dico vobis: qꝛ venit hora et nunc est quādo mortui Audiēte exitum resurrectionē: [quando mortui audient vocem filij dei: et q̄ audierint viuēt.] Quare addidit / qui audierint viuent? Possent enī audire nisi viuerēt? Sufficeret ergo venit hora et nunc est: quādo mortui audient vocē filij dei. Jā nos si intelligeremus viuētes eos: quando nisi viuerent audire non possent: non inquit qꝛ viuunt audiunt: sed audiendo reuiuiscunt. Audient: et qui audierint viuent. Quid est ergo audient: nisi obaudient? Quantū enim pertinet ad auris auditum: non omnes qui audient / viuent. Multi enīꝫ audiunt et non credunt. Audiendo et non credendo / non obaudiunt. Non obaudiendo / nō viuent. Itaq̄ hic qui audiēt: nihil est aliud q̄ qui obaudient. Qui ergo obaudierint viuent. Certi sunt securi sunt viuent. Predicatur christus / verbum dei filius dei: per quē facta sunt omnia / certe dispensationis gratia: assumpta carne natꝰ ex virgine: infans in carne: iuuenis in carne: patiens in carne: moriens in carne: resurgens in carne: ascendēs in carne / promittens resurrectionē carni / ꝓmittens resurrectionem mēti: menti ante carnē / carni post mentem. Qui audit et obaudit viuet. Qui autem audit ꝛ non obaudit: id est qui audit et contēnit / audit et non credit non viuet. Quare non viuet? Quia non audit. Quid est non audit? Non obaudit. Ergo qui audierint viuent. Attēde nunc quid dixeramus differendum: vt nunc si fieri potuerit aperiatur. Subiecit continuo de hac ipsa resurrectione. [Sicut enī pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Quid est habet vitam pater in semetipso? Non alibi habet vitā nisi in semetipso. Viuere quippe suum in illo est et non aliunde. Et non alienū est: non quasi mutuaꝫ vitam / nec quasi particeps sit vite: eiꝰ vite que non est q̄ ipse: sed habet vitā in semetipso: vt ipsa vita sibi sit ipse. Si potuero adhuc modicū quid inde dicere exēplis ꝓpositis ad intelligentiam vestrā informandā / domino adiuuāte potuero: et pietate intētionis vestre. Viuit deus: viuit ꝛ anima. Sed vita dei imutabilis est: vita anime mutabilis est. Deꝰ nec proficit nec deficit: sed est ipse semp: in se est vita vt est. Non aliter nunc / nō aliter postea / aliter antea. Anime vero vita / valde aliter atq̄ aliter. Viuebat stulta: viuit sapiēs: viuebat iniqua: viuit iusta. Nunc meminit nūc obliuiscit. Nunc discit / nunc discere nō potest. Nūc perdit q̄ didicerat: nūc recipit quod amiserat. Mutabilis vita anime. Et cū viuit anima in iniquitate / mors eius est. Cum aūt fit iusta: fit ꝓticeps alterius vite: que nō est q̄ ipsa. Erigēdo se quippe ad deū et inherendo deo: ex illo iustificat. Dictuꝫ est enī. Credenti in eū qui iustificat impiū: deputatur fides eius ad iusticiā. Deficiēdo ab illa fit iniqua: proficiēdo ad illū fit iusta. Nonne videt tibi quasi aliquid frigiduꝫ: igni admotū feruescere: remotū ab igne torpescere? Nōne videt tibi quidā tenebꝛosum admotum luci clarescere: remotū a luce nigrescere? Tale quid dam est aīa: non tale aliquid deus. Potest ꝛ homo dicere habere se lucē nunc in oculis suis. Dicant ergo quasi quadā voce ꝓpria oculi tui si possunt. Habemus lucē in nobis ipsis Contra dicit / non ꝓprie dicitis: hīe vos lucē in vobisipsis. Habetis lucē: sed ī celo. Habetis lucē / si forte nox est: sed in luna / in lucernis: nō in vobisipsis. Nam clausi amittitis: q̄ aperti percipitis. Nō in vobisipsis habetis lucē. Sole occidente: tenete lucez si potestis. Nox est: ꝛ in lumine nocturno perfruimini. Subducta lucerna: tenete lucē. Cum vero subducta lucerna in tenebꝛis remaneatis / nō lucē in vobisipsis habetis. Hoc est ergo habere lucē in semetipso: non indigere lucē ex altero. Ecce vbi si quis intelligat / ostendit filiū equalem pater: vbi ait. [Sicut habet pater vitam in semetipso: sic dedit ꝛ filio vitam habere in semetipso.] Ut hoc solū interſit inter patrē et filium: quia pater habet vitaꝫ in semetipso quā nemo ei dedit. Filius aūt habet vitam in semetipso / quā pater dedit. Sed etiā hic oꝛitur aliquid nubilum discutiendū. Non deficiamus / intenti simus: pascua mentis sunt / non fastidiamus vt viuamus. Ecce inquis fateris ipse / quod vitā filio pater dedit: vt habeat eam quidē in semetipso sicut pater habet vitā in semetipso. Non indigēs ille: nō indigeat et iste: vt sit ille vita sit ꝛ iste: et vtrūq̄ coniunctū vna vita / non due: quia vnus deus / nō duo diꝫ: et hoc ipsum sit esse vitam. Quomodo ergo dedit filio vitā pater. Nō sic quasi ante fuerit filius sine vita: atq̄ vt viueret a patre accepit vitā. Nam si hoc esset: non haberet vitā in semetipso. Ecce de anima loquebar. Est anima et si nō sit sapiens: et si nō sit iusta anima est: et si nō sit pia: aīa est. Aliud est esse animā / aliud vero esse sapientez: esse iustam / esse piam. Est ergo aliquid q̄ non dū est sapiens / nondum iusta nonduꝫ pia: non tamē nihil est / nō tamen nulla vita est. Nā ex operibus quibusdā suis ostendit se vitam: et si non se ostēdit sapientez / piam iustam. Nisi enī viueret: corpus nō moueret pedibꝰ gressum / manibꝰ opus / oculis intuitū / auribus auditum / non aperiret os ad vocem linguā ad distinctionem vocū non moueret. His itaq̄ operibus viuere se ostendit: et esse aliquid q̄ est corpore melius. Sed nunquid his operibus / sapientē / piam / iustam se ostendit? Nonne ambulāt: operantur: vident: audiunt: loquūtur ꝛ stultu: et impij: et iniusti? Cū vero se erigit ad aliquid q̄ ipsa non est et quod supra ipsam est ꝛ a quo ipsa est: percipit sapiētiam: iusticiā: pietatez: sine quibus cū esset: mortua erat: nec vitam habebat qua ipsa viueret: sed qua corpus viuificaret. Aliud est enī in anima: vnde corpus viuificatur: aliud vnde ipsa viuificat. Melius quippe est q̄ corpus. Sed melius q̄ ipsa / est deus. Est ergo ipsa etiā si sit insipiens iniusta et impia: vita corporis. Quia vero vita eius est deus: quādo cum ipsa est in corpore / prestat illi vigorez / decorem / nobilitatē / officia membꝛoꝝ: sic cum vita eius deus in ipsa est: prestat illi sapientiā: pietatem: iusticiā charitatem. Aliud est ergo q̄ prestat corpori de anima: aliud q̄ prestatur anime de deo. Viuificat ꝛ viuificat. Mortua viuificat: sed ipsa non viuificatur. Veniēte itaq̄ verbo ꝛ infuso audiētibus factisq̄ illis non solū audiētibus: sed etiā obediētibꝰ / resurget aīa a morte sua ad vitā suam: hoc est ab iniq̄tate: ab insipiētia: ab impietate ad deū suum / qui est illi sapientia: iusticia: charitas. Resurgat ad illū / illuminet ab illo. Accedite inquit ad deū. Et q̄d nobis erit? Et illuminamini. Si ergo accedēdo illuminamini ꝛ recedēdo tenebꝛamini: nō erat in vobis lumē vestrum sꝫ in deo vro. Accedite vt resurgatſ. Si recesseritſ morieminī. Si ergo accedēdo viuitis / recedēdo moziemini: nō erat in vobis vita vestra. Ipsa est enī vita vestra: que est lux vestra. Quā apud te est fons vite: ꝛ in lumine tuo videbimus lumē. Non ḡ sicut aīa aliq̄d aliud est anteq̄ illuminaret ꝛ fit melioꝰ cū illuminat ꝓticipatione melioris: ita ꝛ ✠bū dei: filiꝰ dei: aliq̄d aliud erat anteq̄ acciperet vitā / vt ꝓticipādo habeat vitā: sꝫ vitā hꝫ in semetipso: ac ꝑ hoc ipse ē ipsa vita. Quid ergo ait dedit filio vitā hre in semetipso? Breuiter dixerī: genuit filiū. Neq̄ enī erat sine vita ꝛ accepit vitā: sꝫ nascēdo vita ē. Pater vita ē nō nascēdo: filiꝰ vita ē nascēdo. Pr de nullo pre: filiꝰ de deo pre. Pater q̄ ē: a nullo ē. Qđ aūt pr est: pter filiū ē. Filiꝰ ✠o et q̄ filiꝰ est ꝓpter patrē ē: ꝛ q̄ est a pre est. Et hoc ḡ dixit vitā dedit filio vt hret eā in semetipo: tanq̄ diceret: Pater q̄ ē vita i semetipso: genuit filiū q̄ esset vita in semetipo. Pro eo enī q̄ genuit / voluit itelligi dedit: tāq̄ si cuiq̄ dicerem⁹ / dedit tibi deꝰ esse. Cui dedit? Si alicui iā existēti dedit eē: nō ei dedit eē qꝛ erat anteq̄ ei daret q̄ possꝫ accipere. Cū ḡ audis dedit tibi eē: ñ eras q̄ acciperes: ꝛ existēdo accepisti vt esses. Dedit structor domui huic vt eēt: sed q̄d ei dedit? Vt domꝰ eēt. Cui dedit? Huic domui. Quid ei dedit? Vt domꝰ esset. Quō potuit dare domui vt domꝰ eēt? Et tenī si domꝰ erat: cui daret vt domꝰ esset: q̄n iā domꝰ erat? Quid ē ḡ: dedit ei vt domꝰ eēt? Fecit ei vt domꝰ eēt. Quid ḡ filio dedit? Dedit ei vt filiꝰ eēt: genuit vt vita eēt: ꝑ est dedit

hꝫ ei vitā in semetipso vt esset vita /nō egēs vita: ne pticipādo intelligatur hꝫ vitam. Si enī participādo haberet vitā nō in semetipso: posset et amittendo esse sine vita: hoc in filio ne accipias: ne cogites: ne credas. Manet ergo pater vita: manet et filius vita. Pater vita in semetipso non a filio: filius vita in semetipso sed a patre. A patre genitus vt esset vita in semetipso: pater vero non genit⁹ vita in semetipso: nec minorem filiū genuit qui crescendo fieret equalis. Non enī ad sui perfectionem adiutus est tēpore: per quem perfectū creata sunt tempora. Ante oīa tēpora /patri coeternꝰ est. Non enim vnq̄ pater sine filio. Et ternus autem pater est: ergo coeternus ⁊ filius. Quid tu anima? Mortua eras: amiseras vitam: audi patrem: per filiū surge: recipe vitam vt in eo recipias vitam quā non habes in te /qui habet vitam in semetipso. Viuificat ergo te pater et filius: et agitur prima resurrectio /quādo resurgis ad participandā vitam /quod tu nō es: et participando efficeris viuens. Resurge a morte tua ad vitam tuam /qui est deus tuus: et transi a morte in vitam eternam. Habet enim vitam eternam pater in semetipso. Nam sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic ⁊ filius quos vellet viuificaret. Quid ergo de illa resurrectiōe corporis? Nā et isti qui audiunt et viuunt: vnde nisi audiendo viuūt. Amicus enim sponsi stat et audit eum /et gaudio gaudet propter vocem sponsi /non propter vocem suam: hoc est participando non existendo audiunt et viuunt. Et oīes qui audiūt viuunt: quia oīes qui obediunt viuūt. ¶ Dic aliquid domine etiam de resurrectione carnis. Fuerunt enim qui eam negarent et dicerent: quia ista sola est resurrectio que fit per fidē. Cuius resurrectionis modo dñs fecit cōmemorationē et inflammauit nos: quia quidam mortui audiūt vocem filij dei et viuent. Non eorum qui audierint alij morientur /alij viuēt sed oīes qui audierint viuent: quia oīes qui obedierint viuent. Ecce vidimus resurrectionē mentis: non ergo amittamus de fide resurrectionē carnis. Et nisi tu domine iesu dixeris eam: quē opponemus contradictoribus? Oīes enim secte que se aliqua religione hominibus inserere presumpserunt: non negauerunt istam mentiū resurrectionem: ne diceretur eis. Si nō resurgit anima: quare mihi loqueris? Quid in me facere vis? Si non facis ex deteriore meliorem: quare loqueris? Si non facis ex iniquo iustum: quare loqueris? Si autem facis ex iniquo iustū: et ex impio pium: et ex stulto sapientem: fateris resurgere animam meā: si tibi obtemperauero /si tibi credidero. Volentes ergo sibi credi oīes qui instituerūt alicuius etiam false religionis sectam: negare istam mentium resurrectionem non potuerūt. Omnes de illa consenserunt. Sed multi carnis resurrectionem negauerunt: dixerūt in fide iam factam esse resurrectionem. Talibus resistit apostolus dicens. Ex quibus est hymeneus ⁊ fletus: qui circa veritatē oberrauerunt: dicentes resurrectionem iam factam esse: et fidem quorūdam subuerterūt. Jam factam esse resurrectionem dicebant. Sed eo modo vt alia non sperarēt: et reprehendebant homines qui sperabant resurrectionem carnis: velut iam resurrecto que promissa erat: credendo impleretur in mēte. Reprehendit eos apostolus. Cur eos reprehendit? Nonne hoc docebant quomodo dñs loquebat? Venit hora et nunc est quādo mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Sed de vita mentiū loquor adhuc. Ait tibi iesus. Nōdum loquor de vita corporū: sed loquor de vita vite corporū: id est de vita animarum: in quib⁹ est vita corporum. Nam scio esse corpora in monumētis iacēta /scio et corpora vestra in monumētis futura. Nō dum de illa resurrectione loquor. De ista loquor /de ista resurgite: ne ad penam in illa resurgatis. Sed vt noueritis qꝫ de illa loquor: quid addo? [Sicut enim habet pater vitam in semetipso: sic dedit et filio habere vitam in semetipso:] Hec vita quod pater est /quod filiꝰ est: ad quid pertinet: ad animam /an ad corpus? Non enim vitā illam sapientie sentit corpus: sed mens rationalis. Nam nec omnis anima potest sentire sapientiam. Habet enim et pecus animā: sed pecoris anima non potest sentire sapientiam. Ergo anima humana potest sentire istam vitam quā habet pater in semetipso: et dedit filio vitam habere in semetipso: quia illud est verum lumen quod illuminat nō omnem animam: sed omnem hominem venientem in hūc mundum. Cum enim ipsi mentiloquor audiat: id est obediat et viuat. Volite itaq̄ domine tacere de resurrectione carnis /ne non eam credāt homines et remaneamus nos argumentatores /nō predicatores. Ergo sicut habet pater vitam in semetipso: sic dedit et filio habere vitam in semetipso. Intelligant qui audiunt: credāt vt intelligant: obediant vt viuāt. Audiant adhuc aliud /ne hic finitam esse resurrectionem putent. [Et dedit ei potestatem et iudicium facere.] Quis dedit? Pater. Cui dedit? filio. Cui enim dedit habere vitam in semetipso: et potestatē dedit ei et iudicium facere. [quia filius hominis est.] Iste enī christus et filius dei: ⁊ filius hominis est. In principio erat verbum: et verbū erat apud deum: et deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deum. Ecce quomodo dedit ei vitā habere in semetipso. Sed quia verbum caro factum est ⁊ habitauit in nobis: ex virgine maria homo factus /filiꝰ hominis est. Proinde quia filius hominis est: quid accepit? Potestatem et iudicium facere. Quod iudicium? In fine seculi: et ibi erit resurrectio mortuorū: sed corporū. Animas ergo suscitat deus /per christum filiū dei: corpora suscitat deꝰ per eundem christū filiū hominis. Dedit ei potestatē. Hanc potestatem non haberet nisi acciperet: et esset homo sine potestate. Sed ipse est filius hominis: qui et filius dei. Herendo enim ad vnitatē persone filiꝰ hominis /filio dei: facta est vna persona /eadēq̄ filius dei qui et filiꝰ hominis. Quid autem propter quid habeat dinoscendum est. Filius hominis habet animā: habet corpus. Filius tamen dei quod est verbum dei: habet hominem tāq̄ anima corpus. Sicut anima habens corpus non facit duas personas sed vnū hominem: sic verbū habens hoīem: nō facit duas personas sed vnum christū. Quid est homo? Anima rationalis habens corpus Quid est christus? Verbū dei habens hoīem. Vt ideo de q̄bus rebus loquar: et quis loquar: et quibus loquar. Nūc audite de resurrectione corporū non me sed dñm locuturū: propter eos qui resurrexerūt surgendo a morte /inherendo vite Cui vite? Que non nouit mortē. Quare non nouit mortem? Quia nescit mutabilitatē. Quare nescit mutabilitatē? Quia vita est in semetipso. Et potestatē dedit ei et iudiciū facere: quia filius hominis est. Quod iudicium ⁊ quale iudicium? [Volite mirari hoc] quia dixi dedit ei potestatem ⁊ iudicium facere. [Quia venit hora] non addidit: et nunc est. Ergo horam quādam vult insinuare: in fine seculi Hora autem nunc est vt resurgant mortui: hora erit in fine seculi vt resurgant mortui. Sed resurgant nunc in mente: tūc in carne. Resurgant nunc in mente per verbum dei filium dei: resurgent tunc in carne per verbum carnem factū filium hominis. Neq̄ enim ad iudiciū viuorum et mortuorū pater ipse venturus est: nec tamen recedit a filio pater. Quomodo ergo non ipse venturus est? Quia non ipse videbit in iudicio. Videbūt in quem pupugerunt. Forma illa erit iudex que stetit sub iudice: illa iudicabit que iudicata est. Judicata enim iniq̄: iudicabit iuste. Veniet ergo forma serui: ⁊ ipa apparebit. Et enī forma dei: quomodo apparebit iustis et iniustis? Nā si iudicium non fieret nisi inter solos iustos: appareret tanq̄ iustis forma dei. Quia vero iudiciū futurū est iustorum ⁊ iniquorum /nec licet vt iniqui videant deū. Beati enim mūdo corde quia ipsi deum videbūt. Talis apparebit iudex qualis videri possit /⁊ ab eis quos coronaturꝰ est: et ab eis quos vānaturꝰ est. Forma ergo serui videbit: occulta erit forma dei. Occultꝰ erit in seruo filiꝰ dei et apparebit filiꝰ hominis: qꝫ potestatē dedit ei ⁊ iudiciū facere qꝫ filiꝰ hois est. Et qꝫ ipse solꝰ apparebit in forma serui: pater aūt nō apparebit qꝫ nō est indutꝰ forma serui. Ideo superiꝰ ait. Pater non iudicat quēq̄: sed omne iudiciū dedit filio. Bene ḡ dilatū est: vt ipse esset expositorq̄ ppositor. Superiꝰ enim occultū erat /nūc autē vt arbitror manifestū est: qꝫ dedit ei potestatē ⁊ iudiciū facere: qꝫ pater nō iudicat quēq̄: sed omne iudiciū dedit filio. Quia iudiciū per illā formā futurū est quā nō habz pater. Et quale iudiciuz? Volite mirari hoc: qꝫ venit hora: nō ea q̄ nunc est vt resurgāt aīe: sed q̄ futura est vt resurgant corpora. Expressiꝰ hoc dicat vt calumniā hereticꝰ negator resurrectionis corporis nō inueniat: quāq̄ iā intellectꝰ elucescat. Cū superius dictū esset: venit hora: addidit et nunc est. Modo autē: venit hora: ⁊ nō addidit: et nūc est. Tamen omnes ansas /omnes clauiculas calumniarum: omnes no-

Johan.j.

iiij.sen. di. xlviij. Sz cum.

Matth.v.

dos laqueorum: aperta veritate disrumpat. Nolite mirari hoc: qz venit hora [in qua omnes qui in monumentis sunt.]

℟ ¶Quid euidētius / quid expressius? Corpora sunt in monumentis: animę non sunt in monumentis: nec iustorū / nec iniquorū. Justi anima in sinu abrahe fuit: iniqua anima apud inferos torquebat. In monumentis nec illa nec ulla. Superius quādo ait venit hora et nūc est: obsecro intendite. Nolite fratres quia ad panē ventris cū labore peruenitur: ēpto magis ad panem mentis. Cum labore statis et auditis: sed nos cū maiore stamus et loquimur. Si laboramus propter vos: cōlaborare non debetis, ppter eosdem vos. Superi⁹ ergo cū diceret venit hora: adderet et nunc est: quid subiecit? Quādo mortui audient vocē filij dei: ⁊ qui audierint viuēt. Non dixit omnes mortui audient: et qui audierint viuent. Mortuos enim iniquos volebat intelligi. Et nūquid oēs iniqui obaudiūt euangelio? Aperte dicit apostolus: sed non oēs obaudiūt euangelio. Tamen qui audiūt viuent: quia oēs qui obaudiūt euangelio transeunt ad vitam eternam per fidē. Non tamen oēs obaudiūt et hoc nūc est. At vero in fine oēs qui sunt in monumentis: hoc est: iusti et inusti

†Alia lit. filij dei. [audient vocem † eius et procedent] Quomodo noluit dicere et viuent? Oēs enim procedent: sed non oēs viuent In eo quippe quod supra dixit: et qui audierint viuēt: in ipsa auditione vitā eternam intelligi voluit et beatā: quam nō oēs habebunt qui de monumentis procedent. Jam ergo et cōmemoratione monumētorū: et expressione processionis de monumentis: aperte intelligim⁹ corporū resurrectionē. Audient oēs vocem eius et procedent. Et vbi iudiciū: si oēs audient et oēs procedēt? Si oēs audient et oēs procedent: quasi totū cōfusum est: nihil video discretum. Certe accepisti potestatem iudicandi: quia filius hominis es. Ecce aderis in iudicio resurgent corpora: de ipso iudicio dic aliquid: hoc est: de discretione malorum et bonorū. Et hoc audi. [Qui † bene fecerūt in resurrectionē vite † qui male egerūt in resurrectionē iudicij.] Superius cum de resurrectione mentium et animarū loqueretur: nūquid fecit discretionem. Sed oēs qui audient viuent: quia obaudiēdo viuēt. At vero resurgendo et procedendo de monumētis: non oēs ad vitam eternā ibunt sed qui bene fecerūt. Qui autē male ad iudicium. Hic enim iudicium p pena posuit: ⁊ erit diruptio non qualis modo est. Nam et modo separamur non locis sed moribus / affectionibus / desideriis / fide / spe / charitate. Simul enim cum iniquis viuimus: sed nō vna vita est omniū. In occulto dirumimur / in occulto separamur: quomodo grana in aera: nō quomodo grana in horreo. Et separantur grana in aera et miscētur. Separantur cū a palea expoliantur: miscētur / quia nōdum ventilantur. Tunc aperta erit separatio / sicut morum sic et vite. Sicut sapientie ita ⁊ corporū. Eunt qui bene fecerūt viuere cum angelis dei: qui male egerūt: torqueri cum diabolo ⁊ angelis eius: et trāsiet forma serui. Ad hoc certe presentauerat vt faceret iudiciū: post iudiciū perget hinc: ducet secum corpus cui caput est: ⁊ offeret regnum deo. Tunc plane videbitur forma dei que nō potuit videri ab iniquis: quorum visioni forma serui exhibenda erat. Dicit et alibi sic: ibunt isti in cōbustionē eternam de quibusdam finistris: iusti autem in vitam eternam. De qua alio loco dicit. Hec est autem vita eterna: vt cognoscant te vnū verum deū / et quem misisti iesum christū. Tūc ibi apparebit: qui cum in forma dei esset / non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Tunc se ostēdet: quomodo se

Joh. xiiij. dilectoribus suis ostensurum p̄misit. Qui enim diligit me (ait) mandata mea custodit: ⁊ qui diligit me diligetur a patre meo / et ego diligam eum: et ostendam meipsum illi. Quibus loquebat presens eis erat. Sed formam serui videbant formā autem dei non videbant. Per iumentum ad stabulū ducebantur curandi: sed sanari videbunt / quia ostendā (inquit) meipsum illis. Quomodo ostenditur equalis patri / cum dicit philippo: qui me videt / videt et patrem meum. [Non possum ego a meipso facere quicq̄: sicut audio iudico et iudiciū meum iustum est.] Et quia dicturi illi eramus si tu iudicabis / et pater non iudicabit quia omne iudicium dedit filio: non ergo scōm patrem iudicabis: adiecit. Non possum ego a meipso facere quicq̄: sed sicut audio iudico / et iudicium meum iustum est. [Quia non quero volūtatem meam: sed voluntatē eius qui misit me.] Certe filius quos vult viuificat: non querit voluntatem suā: sed voluntatē ei⁹ qui misit illum. Non meam: non propriā. Non meam / nō filij hominis. Non meam que resistat deo. Faciunt enim homines voluntatem suam / non dei: quando faciunt quod volunt non quod iubet deus. Quādo autē faciunt quod volunt vt tamen sequātur voluntatem dei: non faciunt voluntatem suam ēquis qō volunt faciāt. Volens fac quod iuberis: atq̄ ita et hoc facias quod vis: et non voluntatē tuam facies sed iubentis. Quid ergo sicut audio iudico? Audit filius et demonstrat ei pater. Et videt filius patrem facientē. Et ista distuleramus paulo enucleatius pro viribus pertractare: si tempus nobis peracta lectione et vires remanserint. Si dicam me posse loqui adhuc: forte et vos audire iam non potestis. Item forte auiditate audiendi dicitis possum⁹. Melius est ergo vt ego infirmitatem meam fatear / qui iam fatigatus loqui non possum: ēq̄ vt vobis iam bene satiatis: adhuc infundā quod non bene digeratis. Proinde huius promissionis quā ad hodiernum tempus si superesset distulerā tenete me adiuuante domino in crastinū debitorē.

Tractatus. xx.

¶Amen amē dico vobis: Non potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrem faciētem. Quecunq̄ enim ille fecerit hec et filius similiter facit.

A Verba domini nostri iesu christi maxime que Johannes cōmemorat euangelista: qui non sine causa super pectus domini discumbebat / nisi vt secreta altioris sapientie eius ebiberet: et quod amando biberat: euangelizando ructaret ita secreta sunt ⁊ profunde intelligentie: vt oēs turbent qui peruerso sunt corde / et oēs exerceant qui recto sunt corde. Proinde animaduertat charitas vestra: ad hec pauca que lecta sunt. Videam⁹ si quomodo possumus donante et adiuuante ipso qui verba sua nobis voluit recitari: ēq̄ tunc audita atq̄ conscripta sunt vt modo legerentur: quid sibi velit quod audistis dicere. [Amen amen dico vobis non potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrem facientē. Quecunq̄ enim pater facit: hec eadem et filius facit similiter.] Unde autem natus sit sermo iste: cōmemorandi estis propter superiora lectionis: vbi curauerat dominus quēdam inter illos / qui quinq̄ porticibus piscine illi⁹ salomonis iacebat: cui dixerat. Tolle grabatum tuū: et vade in domum tuam. Hoc autem fecerat sabbatis. Unde perturbati iudei calumniabantur: quasi euersorem et preuaricatorem legis. Tūc eis dixerat. Pa Joban. v. ter meus vsq̄ modo operatur: et ego operor. Illi enī carnaliter sapientes: sabbati obseruationem putabāt dīm post laborem fabricati mūdi vsq̄ ad hunc diem quasi dormire: et propterea sanctificasse illum diem: ex quo cepit velut a laboribus requiescere. Est autem sacramentum sabbati antiquis patribus nostris preceptū / qō nos christiani spiritualiter obseruamus: vt ab oī seruili opere: id est ab omni pec Joh. viij. cato quia dīs dixit. Omis qui facit peccatū seruus est peccati: abstineamus nos: et habeam⁹ quietem in corde nostro id est trāquillitatem spiritualem. Et ēquis in hoc seculo id conemur: ad eam tamen requiem perfectam non peruenie-mus: nisi cum de hac vita exierim⁹. Sed ideo dictū est deū requieuisse: quia iam creaturam nullam cōdebat posteq̄ perfecta sunt omnia. Quietem vero propterea appellauit scriptura: vt nos āmoneret post bona opera quieturos. Sic enī Genē. ij. scriptū habemus in genesi. Et fecit deus oīa bona valde: et requieuit deus die septimo. Ut tu hō cum attēdis ipm post bona opera requieuisse: non tibi speres requiem / nisi cū bona fueris operatus. Et quēadmodum deus postea ēq̄ fecit hominem ad imaginē et similitudinem suam sexto die / ⁊ in illo perfecit omnia opera sua bona valde: requieuit septimo die: sic et tibi requiem non speres nisi cum redieris ad similitudinem dei in quā factus es: quā peccando pdidisti. Nō enim dīs laborasse dicendus est: q̄ iussit et facta sunt. Quis est qui post tantam operis facilitatē ēsi post laborē velit requiescere? Si iussit: et aliq̄d ei resistit ⁊ nō est factū / ⁊ vt fieret laborauit: merito dicat post laborē requieuisse. Cū ꝺoꝛiꝺo

Gen.j. libro geneseos legamus. Dixit deus: fiat lux: ⁊ facta est lux: dixit deus: fiat firmamentum: et factum est firmamentum: et cetera in verbo eius continuo facta. Cui rei attestatur et
Ps.xxxij psalmus dicens. Ipse dixit et facta sunt / ipse mandauit et creata sunt: quomodo post mundū factū / requiē quasi vt cessaret requirebat: qui in iubēdo nunc̄ laborare erat? Ergo illa mystica sunt: et ꝓpterea ita posita vt nobis requiē speremus post hanc vitā: si bona opera fecerim⁹. Ideo dñs retūdens impudentiā et errorē iudeorū et ostendēs eos non recte sapere de deo: ait illis scandalizantib⁹ / qđ sabbato operabatur hōminū sanitatē. Pater meus vsq; modo operatur ⁊ ego operor. Nolite ergo putare quia sabbato ita requieuit pater meus / vt ex illo non opereꝛ: sed sicut ipse nunc operat: operor et ego. Sed sicut pater sine labore: sic et filius sine labore. Dixit deus et facta sunt: dixit christus languēti / tollegrabatū tuū et vade in domū tuam: et factum est. Catholica autem fides habet q̄ patris et filij opera inseparabilia sunt.
B ¶ Hoc est qđ volo si possum loqui charitati vestre. Sed fm illa verba dñi: qui potest capere capiat: qui autē capere non potest / nō mihi asscribat: sed tarditati sue: et conuertat se ad illum qui cor aperit vt infundat quod donat. Postremo et si quisq; ꝓpterea non intellexerit / q̄ nō a me sic dictū est vt dici debuit: ignoscat humane fragilitati ⁊ supplicet diuine bonitati. Habem⁹ enim intus magistrū christū: quicq̄d per aurem vestrā et os meū capere non potueritis: in corde vestro ad eū cōuertimini: qui et me docet qđ loquor: et vobis quēadmodum dignat distribuit / qui nouit quid det / et cui det: aderit petenti / aperiet pulsanti: et si forte nō dederit: nemo se dicat desertū. Forte enī aliquid dare differt: sed neminem eſuriētem relinquit. Si enī nō dat ad horā: exercet ꝛ̄rētem: non cōtemnit petētem. Videte ergo et attendite quid velim dicere: et si forte nō possim: catholica fides hoc habet firmata spiritu dñi in sanctis ei⁹ cōtra oēm hereticam p̄auitatē: quia patris et filij opera inseparabilia sūt. Quid est qđ dixi? Quomodo ipse pater et filij⁹ inseparabiles sunt: sic et opera patris et filij inseparabilia sunt. Quomodo pater et filij⁹ inseparabiles sunt? Quia ipse dixit. Ego et pater vnū sumus: q̄ pater et filius nō sunt duo dij sed vnus de⁹: verbū et cui⁹ est verbū vnus et vnicus de⁹: vnus pater et filius charitate cōpleti / vnusq; charitatis spūs eorū: vt sit trinitas pater ⁊ filius et spiritussanct⁹. Nō ergo tantū patris et filij: sed et spiritussancti sicut equalitas et inseparabilitas personarū: ita etiā opera inseparabilia sunt? Adhuc planius dicā: quid sit opera inseparabilia sunt. Non dicit catholica fides / quia fecit deus pater aliquid / et fecit filius aliquid aliud: sed qđ fecit pater / et filius fecit / et spiritussanct⁹ fecit. Per verbū enī facta sunt oīa. Quādo dixit et facta sunt: per verbum facta sunt: per christū facta sunt. In p̄ncipio enī erat verbū / et verbum erat apud deū / et deus erat verbū: omnia per ipsum facta sunt. Si oīa per ipsum facta sunt: dixit deus fiat lux / et facta est lux: in verbo fecit: per verbum fecit. Ecce ergo nūc audiuim⁹ euangelū cum responderet stomachantib⁹ iudeis: quia nō solū soluebat sabbatū sed et patrē suum dicebat deū: equalem se faciens deo. Sic enī scriptum est in superiori capitulo. Cū ergo talī eorū erranti indignationi dei filij⁹ ⁊ veritas responderet ait. [Amen amen dico vobis non potest filius a se facere quicq̄: nisi quod viderit patrem facientē.] Tanc̄ diceret. Quid scandalizati estis quia patrem meum dixi deū: quia equalem me facio deo? Ita sum equalis: vt ille me genuerit. Ita sum equalis: vt nō ille a me: sed ego ab illo sim. Hoc enim intelligit in his verbis: nō potest a se filius facere quicq̄ nisi quod viderit patrē facientem: hoc est: quicq̄d filius habet vt faciat / a patre habet vt faciat. Quare habet a patre vt faciat? Quia a patre habet vt filius sit: q̄ a patre habet vt possit: quia a patre habet vt sit. Filio enī hoc est esse quod posse. Homini non ita est: ex comparatione humane infirmitatis / longe infra iacētis. Vtcūq; corda sustollite.
C Et ne forte aliquis nostrum tāgat secretum et quasi coruscatione magne lucis horrescens: sapiat aliquid ne insipiens remaneat: non tamen se totū sapere putet ne superbiat: ⁊ quod sapuit amittat. Homo aliud est quod est: aliud quod potest. Aliquādo enim et est homo et non potest qđ vult. Aliquādo autē sic est homo vt possit quod vult. Itaq; aliud est esse ipsius: aliud posse ipsius. Si enim hoc esset esse ipsius / qđ est posse ipsius: cū vellet posset. Deus autē cui nō est alia substantia vt sit / et alia potestas vt possit: sed cōsubstantiale illi est quicq̄d eius est / et quicquid est: quia deus est: nō alio modo est / et alio modo potest: sed esse et posse simul habet / quia velle et facere simul habet. Quia ergo potentia filij de patre est / ideo et substantia filij de patre est: et quia substantia filij de patre / ideo potētia filij de patre est. Non alia potentia est in filio et alia substantia: sed ipsa est potentia q̄ substantia: substantia vt sit: potentia vt possit. Ergo quia filius de patre est: ideo dixit. Non potest a se filius facere quicq̄: quia nō est filius a se / ideo non potest a se. Videt enim quasi minorē se fecisse cū dixit. Nō potest filius a se facere quicq̄: nisi quod viderit patrem facientē. Hic erigit ceruicem heretica vanitas: eorū scz qui dicunt filiū minorem esse q̄ patre: minoris potestatis / possibilitatis: nō intelligentes mysterium verborū christi. Attendat autē charitas vestra: ⁊ videte quēadmodum in carnali suo intellectu modo turbētur in ipsis verbis christi. Hoc autē pauloante p̄locut⁹ sum: quia oīa peruersa corda perturbat: sicut pia corda exercet verbū dei: maxime qđ per iohannem euāgelistam dicitur. Alta enim per illū dicuntur: non qualiacūq; / non que facile intelligātur. ¶ Ecce iambereticus si forte audit verba ista: D
erigit se et dicit nobis. Ecce minor est filius q̄ pater. Ecce audi verba filij qui dicit: nō potest filius a se facere quicq̄ / nisi quod viderit patrem facientē. Expecta quēadmodum scriptū est. Esto mansuetus ad audiendū verbum vt intelligas. Puta enim me conturbatum esse his verbis / qui dico equalem potestatē maiestatēq; esse patris et filij: cum audiui: nō potest filius a se facere quicq̄: nisi quod viderit patrē facientem. Turbatus his verbis quero abs te: qui iam tibi videris intellexisse. Nouim⁹ in euangelio filium ambulasse super mare: vbi patrem vidit ambulasse super mare? Hic iā Mat. xiiij
ille turbatur. Pone ergo qđ intellexeras: et simul queram⁹ Quid ergo facimus? Verba dñi audiuimus: non potest filius a se facere quicq̄ / nisi quod viderit patrē facientem. Ambulauit ipse super mare: pater nunc̄ ambulauit super mare Certe non facit filius quicq̄: nisi quod viderit patrē facientem. Redi ergo mecum ad id quod dicebā: ne forte sic intelligendum sit vt de questione ambo exeamus. Nam ego fm fidem catholicam: video quomodo ex eam sine offensione / sine scandalo. Tu autē circūclusus: queris qua exeas. Qua intraueras vide. Forte non intellexisti ⁊ hoc quod dixi: qua intraueras vide: ipsum audi dicentem. Ego sum ianua. Nō sine causa ergo queris qua exeas / et non inuenis: nisi quia p ianuam non intrasti: sed per maceriam ceciditi. Ergo quēadmodum potes a ruina tua colligere te et intra per ianuam: vt sine offensione intres: et sine errore exeas. Per christum veni: nec ex corde tuo afferas quod dicas: sed quod ille ostēdit: hoc loquere. Ecce fides catholica quēadmodū exit de ista p̄positione. Ambulauit filius super mare. Pedes carnis fluctibus imposuit: caro ambulabat: diuinitas gubernabat. Quādo ergo caro ambulabat et diuinitas gubernabat: pater absens erat? Si absens erat: quomodo ipse filius dicit: pater autem in me manens ipse facit opera sua? Si ergo Joh. xiiij.
pater in filio manens ipse facit opera sua: ambulatio illa carnis super mare: a patre fiebat: per filiū fiebat. Ergo illa ambulatio opus est patris et filij inseparabile: vtrūq; ubi operantem video. Nec pater filium deseruit: nec filius a patre discessit. Itaq; quicquid facit filius: non facit sine patre: q̄ quicquid facit pater non facit sine filio. Exitum est hinc: videte quia recte nos dicim⁹ inseparabilia esse opera patris et filij et spiritussancti. ¶ Nam quomodo tu intelligis: ecce E
fecit deus lucem et vidit filius patrem facientem lucem: fm carnalem intellectū tuū: quia ideo vis minorem intelligere quia dixit: nō potest filius a se facere quicq̄: nisi quod viderit patrem facientē. Fecit deus pater lucem. Quā aliā fecit Gen.j.
filius. Fecit deus pater firmamentū celū inter aquas ⁊ aq̄s: vidit eū filius fm intelligentiā tuā tardam et grossam: quia vidit filius patrē facientē firmamentū et dixit. Non potest filius a se facere quicq̄: nisi quod viderit patrem facientem Dambi alterū firmamētum: an tu amisisti fundamentum? Superedificati autem sup̄a fundamentum apostolorum ⁊ ꝓphetarū: ipso summo lapide angulari existēte christo iesu pacantur in christo: nec contendunt et errant in hereſi. In-

telligimus ergo lucem factā a deo patre: sed per filiū. Omīa ergo per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Excute intelligentiam tuam: nec intelligētiam vocandam / sed plane stultitiā. De⁹ pater fecit mundum. Quem fecit filius alterū mūdum? Da mihi mūdum filij. Ipse in quo sum⁹ / cuius est? Dic nobis: a quo fact⁹ est? Si dixeris a filio: errasti a patre. Si dixeris a patre non a filio: respōdebit tibi euāgelium. Et mūdus per eū factus est: et mūdus eum nō cognouit. Agnosce ergo eū per quem factus est mūdus / et noli esse inter illos qui eum non receperūt: qui eum qui fecit mundū non cognouerunt. Inseparabilia ergo opera patris et filij. Sed hoc est: nō potest filius a se quicq̄ facere: qō esset si diceret / non est filius a se. Et enim si filius est / natus est: si natus est / ab illo est de quo natus est. Sed tamen equalem sibi genuit. Nō enim defuit aliquid generanti. Aut tempus quesiuit vt generaret qui genuit coeternū: aut matrem quesiuit vt generaret: qui de se ꝓtulit verbū: aut pater generans etate p̄cesserat filiū vt minorē filium generaret. Et forte dicit aliquis: q⁹ per multa secula in senectute sua deus suscepit filium. Sicut pater sine senectute: sic filius sine incremento. Nec ille senuit / nec ille creuit: sed equalis eīlem genuit: eternus eternum. Quomodo (inquit) aliquis eternus eternum? Quomodo flāma tēporalis generat lucē temporalē. Coeua est autem flāma generās luci quā generat: nec p̄cedit tempore flamma generans lucē generatam. Sed ex quo incipit flamma: ex illo incipit lux. Da mihi flammā sine luce: et do tibi deū patrem sine filio. Hoc est ergo / non potest filius a se facere quicq̄ nisi qō viderit patrē facientem: quia videre filij / hoc est natū esse de patre. Non alia visio eius / et alia substantia eius: nec alia potentia ei⁹ / alia substantia eius. Totum qō est de patre est. Totum qō potest: de patre est: qm̄ qō potest et est / hoc vnum est / et de patre totū est. ¶ Sequitur et ipse in verbis suis t male intelligētes conturbat: vt ad rectum intellectū reuocet errantes. Cū dixisset: non potest filius a se facere quicq̄: nisi qō viderit patrem facientē: ne forte carnalis subreperet intellectus vt auerteret mentē et faceret sibi homo quasi duos fabros / vnū magistrum / alterū discipulum quasi attendentem magistrū: verbi gratia: facientem archam / vt quomodo ille fecit archam / faciet et iste alteram archam fm visionē quā inspexit in magistro operāte. Sed ne tale aliquid sibi duplicaret in illa simplici diuinitate intellectus carnalis: secutus ait. [Quecūq̄ enim pater facit: hec † eadē et filius facit similiter.] Non enī ait quecūq̄ facit pater facit et filius alia similia: sed quecūq̄ pater facit hec eadem et filius facit similiter. Que ille / hec et ipse. Mūdum pater / mūdum filius: mūdum spiritumsanctus. Si tres dij / tres mūdi. Si vnus deus pater et filius et spiritussanct⁹ vnus mūdus factus est a patre / p filiū in spiritusancto. Hec ergo facit filius que facit et pater: et nō dissimiliter facit: et hec facit et similiter facit. Jam dixerat hec facit: quare addidit similiter facit? Ne alius p̄auus intellect⁹ vel error in aīa nasceret. Vides enī hominis opus: anim⁹ est in homine et corpus. Anim⁹ imperat corpori: est multum interest iter corpus et animū. Corpus visibile est: anim⁹ inuisibilis. Inter potentiā virtutēq̄ animi: et cuiusuis licet celestis corporis multū interest. Imperat tamen anim⁹ corpori suo et facit corpus: et qō videt animus facere / hoc facit et corpus. Videtur ergo corpus hoc idē facere qō animus: sed non similiter. Quomodo hoc idē facit sed non similiter facit? Animus verbū apud se iubet lingue: et p̄fert verbuz qō facit animus. Fecit anim⁹ / fecit et lingua: fecit dñs corporis / fecit et seruus. Sed vt faceret seruus: a dño accepit vt faceret et iubēte dño fecit. Hoc idem ab vtroq̄ factū est. Sed nunquid similiter? Quomodo non similiter ait aliqs? Ecce verbum quod fecit animus meus / manet in me: qō fecit lingua mea: percusso aere transijt: et non est. Cū dixeris verbum in animo tuo / et sonuerit per linguā tuam. Redi ad animū tuū et vide quia ibi est verbum qō fecisti. Nūquid sicut mansit in animo tuo: mansit in lingua tua? Quod sonuit per linguā tuam: fecit lingua sonans: fecit anim⁹ cogitans. Sed quod sonuit lingua / transijt: qō cogitauit anim⁹ / permanet. Hoc ergo fecit corpus quod fecit anim⁹: sed non similiter. Fecit enim anim⁹ que tenet animus: fecit enim lingua qō sonat et per aerem aurem verberat. Nunquid sequeris syllabas? facis vt maneant? Non ergo sic pater et filius: sed hec eadē facit: t similiter facit. Si fecit deus celū qō manet: hoc fecit filius celū qō manet. Si fecit pater hoiem q̄ mortal: eūdē filiꝰ hoiem fecit q̄ mortal. Quecūq̄ fecit pater instātia: hec fecit t filiꝰ instāta / q̄ similiter fecit: et q̄cunq̄ fecit pater tpalia: hec eadem fecit filius temporalia: quia non solum ipse fecit: sed et similiter fecit. Pater enī fecit per filiū: quia per verbum fecit pater oīa. ¶ Quere in patre et filio separationē: nō inuenis. Sed si assurrexisti: tunc inuenies. Si aliquid supra mentē tuam tetigisti: tunc nō inuenies. Nam si in his versaris que sibi errans animus facit: cū imaginibus suis loqueris: non cum verbo dei. Fallunt te imagines tue: transcende corpus et sape animū: transcende et animū et sape deum: nō tangis deum nisi et animū transieris: q̄ dominus tāgis: si in carne manseris? Illi enim qui sapiunt carnem: q̄ longe sunt a sapiendo quod deus est: quia nō ibi essent etiam si animū saperent. Recedit homo multum a deo quādo sapit carnaliter: et multū interest inter carnem et animū: plus tamen interest inter animū et deum. Tu si in animo es in medio es: si infra attendis: corpus est: si supra attendis: deus est. Attolle te a corpore: transi et iam te. Vide enim quod dixit psalmus: et admoneris quēadmodum sapiendus sit deus. Facte sunt (inquit) lachrime mee panes die ac nocte: cum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. Tanq̄ pagani dicant. Ecce dij nostri: deus vester vbi est? Ostendunt enim illi qō videtur: nos colimus quod non videtur. Et cui ostendam⁹? Homini qui non habet vnde videat. Nam vtiq̄ si ipsi deos suos, vident oculis: habemus et nos alios oculos: vnde videamus deū nostrum. Ipsi oculi mundandi sunt: vt videamus dñm nostrum. Beati enim mundo corde: quia ipsi deū videbunt. Ergo cum se cōturbatum dixisset cum dicitur illi quotidie vbi est deus tuus: hec meditat⁹ sum (inquit) q̄ dicitur mihi quotidie vbi est deus tu⁹? Et quasi volens cōprehendere dñm suum: hec meditatus sum (inquit) et effudi super me aīam meam. Vt ergo attingerem deum meū de quo mihi dicebatur: vbi est deus tuus / non effudi aīam meam super carnem meā: sed super me. Transcēdi me vt illum tāgerem. Ille enī est super me qui fecit me. Nemo eum attingit: nisi qui se transierit. Cogita corpus: mortale est / terrenum est: fragile est: corruptibile est. Abijce. Sed forte caro temporalis est. Alia corpora cogita: celestia corpora cogita: maiora melioza: splendida sunt. Attende: et ipsa velut fulgura voluūtur ab oriente ad occidentē: non stant: videnk oculis non solū ab homine sed etiā a pecore. Transi et ipsa. Et quomodo inquies transeo celestia corpora: cum ambulo in terra? Non carne transis: sed mente. Abijce t ipsa. Ejus luceāt / corpora sunt: q̄ius de celo fulgeant corpora sunt. Vl enī: qm̄ forte nō te putas habere quo eas cū ꝓsideras ista oīa: et vltra celestia corpora quo iturus sum inquis: et q̄d mente trāsiturus sum? Cōsiderasti ista omnia? Cōsideraui inquis. Unde considerasti? Ipse cōsiderator appareat. Ipse enim cōsiderator istorū omnū discriminator / distinctor t quodāmodo appensor in libra sapientie: anim⁹ est. Sine dubio melior est animus quo ista oīa cogitasti: q̄ ista oīa q̄ cogitasti. Animus ergo iste: spirit⁹ est non corpus. Transi t ipsum. Compara corpora ipsi animo primo: vt videas quo transeas. Cōpara illū carni. Absit: nec digneris comparare Cōpara illū fulgori solis / lune / stellarū: maior fulgor est animi. Primo celeritatē animi ipsius vide. Vide si non vehementior scintilla est animi cogitantis: q̄ splendor solis lucētis. Solem orientē tu vides animo: motus ipsius q̄ tardus est ad animū tuum. Cito tu potuisti cogitare quod factur⁹ est sol q̄ ille facturus est: ab ortu ad occidentem ventur⁹ est. Jam ex alia parte cras oritur. Ubi hoc fecit cogitatio tua: adhuc ille tardus est: t tu oīa peragrasti. Magna ergo res est animus. Sed quomodo dico transi et ipsum? Quis ipse animus mutabilis est: q̄ius melior sit oīi corpore. Modo nouit: modo nō nouit: modo obliuiscitur: modo recordatur: modo vult: modo non vult: modo peccat: modo iustus est. Transi ergo oēm mutabilitatē: non solum oīe quod videt: sed et omne qō mutatur. Transisti enī carnem que videtur. Transi celū / solem / lunam / stellasq̄: trāsi et oīe qō mutat. Jā enī istis trāsactis veneras ad animū tuū: sed t ibi inuenisti mutabilitatē animi tui. Nunquid mutabilis est deus?

† Al. lit. nō habetur.

Transi ergo et animū tuū: effunde super te animā tuā vt cōtingas deū: de quo tibi dicit: vbi est deus tuus. Ne putes te aliquid facturū qđ homo non possit. Hoc fecit ipse iohānes euangelista. Transcēdit carnē / trāscēdit terrā quā calcauit: transcēdit maria que videbat / transcendit aerem vbi alites volitāt: transcēdit solem: transcēdit lunā: transcendit stellas: transcēdit oēs spiritus qui nō videntur: transcēdit mētem suam: tpam rationē animi sui. Transcēdens ista oīa super se effundēs aiam suā / quo peruenit? Quid vidit? In principio erat verbū: et verbum erat apud deū. Si ergo separatio nem nō vides in luce: quid separationē queris in opere. Vide deū / vide verbū eius. Inhere verbo dicēti: quia ipse dicens nō syllabis dicit sed splendore sapientie fulget. Hoc est dicere / qđ dictū est de sapiētia ipsius: cādor est lucis eterne. Attende candorē solis: in celo est / et expandit candorem per terras oēs / per maria oīa: et vtiq; corporalis lux est. Si separas candorē solis a sole: separa verbū a patre. De sole loquor. Lucerne vna flāmula tenuis q̄ vno flatu possit extingui: spargit lucē suā super cūcta que subiacent: vides lucem sparsam a flāmula generatā: emissionem vides: separationē non vides. Intelligite fratres charissimi patrē et filiū et spiritūsanctū inseparabiliter sibi coherere: trinitatē hāc vnum deū et omnia opera vnius dei: hec esse patris / hec esse filij / hec esse spiritussancti. Cetera que sequūtur que pertinēt ad sermonē ipsius dñi nostri iesu christi in euangelio: qm̄ et crastino die sermo debetur vobis: adestote vt audiatis.

Johan.j.

Tractatus.xxj.

¶ Pater enim diligit filiū. Et oīa demōstrat ei que ipse facit. Et maiora his demonstrabit ei opera: vt vos miremini. Sicut enī pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neq; enim pater iudicat quēq;: sed oēm iudicium dedit filio: vt oēs honorificent filium. sicut honorificāt patrē. Qui nō honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illū.

A

Aliud est. Mā et demones credebāt et: et nō credebant in eū. Rursus etiā de apostolis ipsi⁹ possum⁹ dicere. Credimus paulo: sed nō credim⁹ in paulū. Credimus petro: sed nō credim⁹ in petrum. Credenti enī in eū qui iustificat impiū: deputat̄ fides
Roñ. iiij. eius ad iustitiā. Quid est ergo credere in eū? Credēdo amare /credēdo diligere /credēdo in eū ire /et eius mēbris incorporari. Ipsa est ergo fides: quā de nobis exigit deus. Et nō inueniet qđ exigat: nisi donauerit qđ inueniat. Que fides nisi quā definiuit alio loco apostolus plenissime dicēs? Neq; circūcisio aliq̄d valet /neq; p̄putiū: sed fides q̄ p dilectionem operat̄.
Gal. v. Non qualiscūq; fides sed fides que per dilectionem operat̄. Hec inte sit: et intelliges de doctrina dei. Quid enī intelliges? Quia doctrina ista nō est mea: sed eius q̄ misit me: id est intelliges q⁹ christ⁹ fili⁹ dei qui est doctrina patris non est ex seipso: sed fili⁹ est patris. Sabellianā heresim sententia ista dissoluit. Sabelliani enī dicere ausi sunt ipsum esse filiū qui est et pater. Duo esse nomina sed vnaz rem. Si duo essent nomia et res vna: nō dicerēt: mea doctrina nō est mea. Vtiq; si tua doctrina nō est tua o dñe: cui⁹ est: nisi ali⁹ sit cuius sit? Quod dixisti /sabelliani nō intelligūt. Non enī trinitatē viderūt: sed sui cordis errorē secuti sunt. Nos cultores trinitatis et vnitatis: patris et filij et spiritussancti et vnius dei: intelligam⁹ de doctrina christi quomodo non est eius: et ideo dixit se nō a seipso loqui: q̄n christus patris est filius: et pater christi est pater: et filius de deo patre de⁹ est:
D pater autē de⁹ nō de filio deo: deus est. [Qui a semetipso loquit: gloriā propriā querit.] Hoc erit ille qui vocāt̄ antichri-
Johā. v. stus: extollens se: sicut apostolus ait: supra oīne qđ dicit de⁹ et quod colitur. Ipsum q̄ppe annūcians dñs gloriā suā que siturū nō gloriam patris: ait ad iudeos. Ego veni in nomīe patris mei et nō suscepistis me: alius veniet in nomine suo: hūc suscipietis. Significauit eos antichristū suscepturos q̄ gloriā nominis sui q̄siturus est. Inflatus nō solidus: et ideo nō stabilis sed vtiq; ruinosus. Dñs autē noster iesus christ⁹ magnū exemplū nobis prebuit humilitatis. Nempe equalis est patri: nempe in principio erat verbuz: et verbum erat apud deū et deus erat verbū. Nempe ipse dixit et verissime dixit. Tāto tēpore vobiscū sum et nō cognouistis me? Philippe: qui videt me videt et patrē. Nempe ipse dixit /et verissime dixit. Ego et pater vnū sumus. Si ergo ille cum patre vnū: equalis patri deus de deo: deus apud deū /coeternus / immortalis /pariter incōmutabilis /pariter sine tēpore /pariter creator et dispositor temporū: tamen q⁹ venit in tēpore et formā serui accepit et habitu est inuētus vt homo / querit gloriā patris nō suam. Quid tu homo facere debes. Qui q̄ aliquid boni facis gloriā tuā queris: quādo autē aliq̄d mali facis /deo calumniā meditaris? Intēde tibi: creatura es: agnosce creatorē. Seruus es: ne cōtemnas dñm. Adoptat⁹ es: sed nō meritis tuis. Quere eius gloriā a quo habes hāc gratiā. Homo assumptus: cui⁹ gloriā quesiuit? Eius cuius est vnicus natus. [Qui autē querit gloriā eius qui misit illū hic verax est: et iniustitia in illo nō est.] In antichristo autē iniustitia est et verax nō est: q⁹ gloriā suā quesiturus est nō eius a quo missus est. Non enī est missus: sed venire permissus. Oīnes ergo pertinētes ad corpus xp̄i: ne inducamur in laqueos antichristi nō queramus gloriā nostrā. Sed si ille q̄siuit gloriā eius q̄ eū misit: q̄nto magis nos ei⁹ q̄nos fecit?

Tractatus.xxx.

¶ Mōne moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legē. Quid me queritis interficere? Respōdit turba et dixit. Demoniū habes quis te querit interficere? Respōdit iesus et dixit eis. Vnū opus feci et oīnes miramini, ppterea moyses dedit vobis circūcisionem. Nō quia ex moyse est sed ex patribus. Et in sabbato circūciditis hominē. Si circūcisionem accipit homo in sabbato vt non soluat̄ lex moysi mihi indignamini: quia totū hominē sanū feci in sabbato. nolite iudicare sm faciem sed iustum iudiciū iudicate.

Euangelij sancti lectionez de qua prudē charitati A
vestre locuti sumus: ista que modo lecta est hodierna cōsequit. Dñm loquētem audiebant: et discipuli et iudei. Veritatē loquentē audiebant: et veraces et mēdaces. Charitatē loquētem audiebāt: et amici ⁊ inimici. Bonū loquētem audiebāt: et boni et mali. Illi audiebant: sed ille discernebat. Et quib⁹ sermo p̄desset et pfuturus esset: videbat et preuidebat. In illis enī qui tunc erāt videbat: in nobis qui futuri eramus preuidebat. Nos itaq; sic audiam⁹ euangelū: quasi presentē dñm. Nec dicam⁹ o illi felices qui eū videre potuerunt: quia multi in eis qui viderunt et occiderūt: multi autē in nobis qui nō viderūt ⁊ crediderūt. Qđ enī p̄ciosum sonabat de ore dñi: et ppter nos scriptū est et nobis seruatū est: et ppter nos recitāt̄: et ppter posteros recitabit̄: ⁊ donec seculū finiat̄. Sursum est dñs: sz etiam hic est veritas dñs. Corpus enī dñi in quo resurrexit: vno loco esse potest. Veritas eius vbiq; diffusa est. Dñm ergo audiamus: et qđ ipse donauerit de verbis ei⁹ et nos dicamus. [Mōne moyses inquit: dedit vobis legē? Et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere?] Ideo enī queritis interficere: q⁹ nemo ex vobis facit legem. Nā si legem faceretis: in ipsis litteris christū cognosceretis: et presentem nō occideretis. Et illi respōderūt. [Respōdit enī tur † Alia. lit.
ba †.] Respōdit quasi turba nō pertinētia ad oīz dinē: sed ad et dixit ei
perturbationē. Denīq; turba turbata: videte quid respōderit? [Demoniū habes: quis te querit † occidere?] Quasi nō † Alia lit.
peius fuit dicere: demoniū habes: q̄s eum occidere. Et q̄p- interficere
pe dictū est q⁹ demonium haberet: qui demones expellebat. Quid possit aliud dicere turba turbulenta. Quid possit aliud olere cenū cōmotum. Turba turbata est. Unde? A veritate. Turbam lippitudinis: turbant claritas lucis. Oculi enī nō habentes sanitatē: nō possunt ferre luminis claritatē. Dñs autē non plane turbat̄: sed in sua veritate tranquillus / nō reddidit malū p̄o malo: nec maledictum p̄o maledicto Quib⁹? si diceret: demoniū habetis vos: verū vtiq; diceret. Non enī talia illi veritati dicerent: nisi eos falsitas diaboli irritaret. ¶ Quid ergo respōdit: audiam⁹ tranquille: et tran- B
quillū bibamus. [Unū opus feci: et oēs miramini.] Tanq; dicēs. Quid si oīnia opera mea videritis? Ipsi⁹ enim opera erant que in mūdo videbant: et ipm qui fecit oīna nō videbant. Fecit vnā rem et turbati sunt: quia saluum fecit ho-

minem sabbato. Quasi vero si quisq̄ egrotus sabbato sinceraret: alius illū sanū fecisset q̄ ille qui eos scandalizauit: qr vnū hoiem saluū fecit sabbato. Quis enī alius alios saluos fecit q̄ ipsa salus: qui illā salutē quā dedit huic homini dat et tumētis? Salus enī corporalis erat. Salus carnis t reparatur et morit̄. Et cū reparatur / mors differtur non aufertur. Tamen fratres etiā ipsa salus a dño est: per quēlibet detur. Quocūq; curante et ministrante ipartiat: ab illo datur a quo est oīm salus. Cui dicit in psalmo. Homines et iumenta saluos facies dñe: sicut multiplicasti misericordiā tuā deus. Quia enī deus est / multiplicat misericordiaz suam: venit etiam ad salutē carnis humane: peruenit etiam ad salutē mutoū animaliū. Sed qui dat salutē carnis hoibus iumentisq̄ cōmunē: nūquid nulla salus est quā seruat hominibus? Est certe alia que non solū cōmunis est hoibus et iumentis: sed nec ipsis hominib? cōmunis est bonis et malis. Veniq; cū ibi de ista salute dixisset quā cōmuniter accipiunt pecora et homines: ppter illam salutē quā sperare debent homies / secutus adiūxit. Filij autē hominū sub tegmine alarū tuarum sperabunt. Inebriabūtur ab vbertate domus tue: t torrente voluptatis tue potabis eos. Quomō apud te est fons vite: et in lumine tuo videbim? lumen. Hec est salus que ad bonos pertinet quos appellauit filios hominū: cū supra dixisset. Homines t iumēta saluos facies domine. Quid enī? Illi homines nō erant filij hominū: vt cū dixisset homines: sequerek et diceret. Filij autē hominū in tegmine alarū tuarum sperabunt? Quasi aliud erant homines: et aliud filij hominum. ¶ Non tamen arbitror sine aliqua significatione distinctionis hoc dixisse spiritū sanctū. Homines ad primum adam: filij hominū ad christū. Forte enī homines pertinent ad primū hominē: filij autē hominū pertinēt ad filiū hominis. Unum opus feci: et oīes miramini: et cōtinuo iungit. [Propterea moyses dedit vobis circūcisionem.] Bene factum est vt acciperetis circūcisionem a moyse: [non quia ex moyse est sed ex patrib?.] Abraam quippe prim? accepit circūcisionē a dño: [t in sabbato circūciditis.]† Cōuincit vos moyses. In lege accepistis: vt circūcidatis octauo die. Accepistis in lege: vt vacetis septimo die. Si octau? dies illi? qui natus est occurrerit ad diē septimū: quid facietis? Vacabitis vt seruetis sabbatū: an circūcidetis vt impleatis sacramentū diei octaui. Sed noui inq̄t quid facitis. Circuncidit is hoiem. Quare? Quia circuncisio pertinet ad aliquod signaculū salutis: et nō debent homines sabbato vacare a salute: ergo nec mihi irascimini: qui saluū feci totū hominem sabbato. [Si circūcisionē inquit accipit homo in sabbato vt non soluat̄ lex moysi†] aliquid enī per moysen in illa constitutione circūcisionis: salubriter institutū est: mihi operanti salutē in sabbato quare indignamini? Forte enī illa circuncisio ipm dñm significabat: cui isti curanti et sananti indignabātur. Jussa est enī adhiberi octauo die circūcisio. Et quid est circuncisio: nisi carnis expoliatio? Significat ergo ista circūcisio expoliationē a corde cupiditatū carnalium. Non ergo sine causa data est: et in eo membro iussa fieri: q̄n per illud membrū procreat creatura mortaliū: et per vnū hoiem mors: sicut per vnū hominē resurrectio mortuorū: t per vnū hominē peccatū intrauit in mūdum: et per peccatum mors. Ideo quisq; cū p̄reputione nascitur: quia oīnis homo cū vitio ppaginis nascitur: et nō mūdat deus siue a vitio cū quo nascimur: siue a vitijs que male viuendo addimus: nisi per cultellum petrinū. id est dñm iesum christum. Petra enim erat christus. Cultellis enī petrinis circūcidebant: et petre noīe christū figurabant: et p̄sentē non agnoscebant: sed insuper eū occidere cupiebant. Quare aūt octauo die: nisi quia post septimū sabbati dñs die dñico resurrexit? Ergo resurrectio christi que facta est tertio quidē die passionis sz octauo die in diebus hebdomadis: ipsa nos circūcidit. Audi circuncisos vera petra: apostolo admonente. Que sursum sunt queri te: nō que super terrā. Circūcisis loquit̄. Resurrexit christ? abstulit vobis desideria carnalia: abstulit concupiscentias malas: abstulit supfluū cū quo nati eratis: et multo peius q̄ male viuendo addideratis. Circūcisi per petram: quare adhuc sapitis terram? Et ad extremū quia legē dedit moyses et circūciditis hominem sabbato: intelligite hoc significari opus bonū q̄ ego feci totum hominē saluū sabbato: quia et curatus est vt sanus esset in corpore: et credidit vt sanus esset in anima. [Nolite iudicare † personaliter: sed rectū iudicium iudicate.] Quid est hoc? Modo quia p legē moysi circūciditis sabbato: nō irascimini moysi: et quia ego die sabbati saluū feci hominē irascimini mihi. † Personaliter iudicatis: veritatē attendite. Ego nō me p̄fero moysi ait dñs: qui erat t ipsius moysi dñs. Sic attendite quomodo hoīes nos duos tanq̄ ambos homines. Judicate inter nos sed verum iudiciū iudicate. Nolite me honorare: et honoratū illū damnare: sed illo intellecto / me honorate. Hoc enī3 eis alio loco dixit: si crederetis moysi: crederetis vtiq; et mihi. De me enī ille scripsit. Sed hoc loco noluit dicere: tāq̄ se t moyse ante illos cōstitutis. Propter legē moysi circūciditis q̄n etiam sabbatū occurrerit: et ego sanitatū faciendarū beneficentiā nō vultis vt exhibeam per sabbatū? Quia dñs circūcisionis et dñs sabbati: salutis est auctor. Et seruilia opera p̄hibiti estis facere sabbato: si vere intelligatis seruilia opera / nō peccatis. Qui enī facit peccatum: seruus est peccati. Joh. viij. Nūquid seruile opus est hominē sanare sabbato? Manducatis et bibitis: vt aliquid dicā ex āmonitione dñi nostri iesu christi et ex verbis eius. Vtiq; quare manducatis et bibitis in sabbato: nisi q: pertinet ad salutē q̄d facitis? Per hoc ostenditis opera salutis / nō esse vllo modo die sabbati omittenda. Ergo nolite personaliter iudicare: sed rectū iudiciuz iudicate. Attendite me quomodo hominē: attēdite moysen quomodo hominē. Si scōm veritatē iudicetis: neq; moysen neq; me ꝺemnabitis. Et veritate cognita / me cognoscetis quia ego suz veritas. Hoc vitiū fratres q̄ dñs notauit hoc loco: euadere in hoc seculo magni laboris est: nō personaliter iudicare sed rectū iudiciū retinere. Ammonuit quidem dñs iudeos: sed monuit et nos. Illos cōuincit et nos instruxit. Illos redarguit: nos exacuit. Non putemus hoc nobis non ideo dictū: quia tūc ibi nō fuimus. Scriptū est / legitur: cū recitaretur audiuimus. Sed tanq̄ iudeis dictum audiuimus. Non nos ponam? post nos: et quasi intueamur inquos reprehēsos: et ipsi nos faciam? quod in nobis veritas ipsa reprehendat. Judei quidē personaliter iudicabant. Sed ideo non pertinent ad nouū testamentū: ideo non habent in christo regnū celorū: ideo nō iungūtur sanctorū societati angelorū. Terrena querebant a dño. Terra enim, pmissionis / victoria ab inimicis / fecūditas pariēdi / multiplicatio filiorum / abūdantia fructuū: que illis oīnia a deo quidē vero et bono / tamen vt carnalibus, pmissa sunt. Omnia hec fecerat illis vetus testamentū. Quid est vetus testamētū? Quasi hereditas pertinens ad hoīem veterem. Nos innouati sumus homo nouus facti sumus: quia et ille hō nouus venit. Quid tam nouum q̄ nasci de virgine? Quia ergo non erat quod in illo innouare t p̄ceptū: quia nullū habebat peccatum: nouus partus est datus. In illo partus nouus: in nobis homo nouus. Quid est homo nouus? A vetustate innouatus. Ad quā rem innouatus? Ad desiderauda celestia: ad cōcupiscēda sempiterna: ad patriā que sursum est / que hostem non timet desiderandā. Ubi nō perdimus amicū: non timem? inimicum: vbi viuem? cū bono affectu sine defectu: vbi nemo nascit quia nemo moritur: vbi nemo iam, pficit et nemo deficit: vbi non esuritur et nō sititur: sed satietas est imortalitas et cibus veritas. Hec habētes, pmissa et ad nouū testamentum pertinentes et noue hereditatis facti heredes et ipsius dñi coheredes: aliam spem valde habem?. Nō personaliter iudicemus: sed rectum iudiciū teneamus. Quis est qui non iudicat personaliter? qui diligit equaliter. Dilectio equalis facit non acceptari personas. Nam cū homines diuerso modo p̄ro suis gradibus honoramus: tunc timendū est ne personas accipiamus. Sed quādo inter duos iudicamus: t aliquādo inter necessarios. Fit nōnunq̄ iudicium inter patrē et filiū. Queritur pater de malo filio: aut queritur filius de duro patre. Seruamus honorificentiā que debetur patri a filio que deficit a filio. Non equamus filiū patri in honore: sed p̄ponim? si bonam causam habet. Filiū equamus patri in veritate: et sic tribuimus honorem debitum: vt nō perdat equalitas meritum. Ita verbis dñi proficimus: et vt, p ficiamus: gratia illius adiuuamur.

Psalmo xxxv.

†Al. hominem.

†hic pretermittit̄ text. mihi indignamini: vsq; in sabbato.

Col. iij.

†Al. lit. fz facie. fz iustū iudicium iudicate.

Ecci. xlj.

Tractatus. xxxj.

¶Dicebant ergo quidā ex hierosolimis. Nōne hic est quē querūt interficere. Ecce palam loquitur et nihil ei dicūt: nūquid vere cognouerūt principes quia hic est christus: sed hunc scimus vnde sit. Christus autē cū venerit nemo scit vnde sit. Clamabat ergo iesus in templo docēs et dicens Et me scitis: et vnde sim scitis. Et a meipso non veni sed est verus qui misit me quē vos nescitis: ego scio eū. Et si dixero quia nescio eu3: ero similis vobis mendax: sed scio eū quia ab ipso sum. et ipse me misit. Querebāt ergo eum apprehendere et nemo misit in illū manus: quia nondū venerat hora eius. De turba autē multi crediderūt in eū et dicebāt. Christus cū venerit nūquid plura signa faciet q3 que hic facit. Audierunt pharisei turbā murmurantē de illo hec. Et miserūt p̄ncipes et pharisei ministros vt apphenderēt iesū Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum tempus vobiscū sum. Et vado ad eū qui me misit. Queritis me et nō inuenietis. Et vbi ego sum vos nō potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est quia nō inueniem⁹ eum? Nūquid in dispersionez gentiū iturus est: et docturus gentes? Quis est hic sermo quē dixit queretis me et non inuenietis. Et vbi sum ego vos non potestis venire.

A

Meminit charitas vestra pristinis sermonib⁹ et lectum esse in euāgelio / et a nobis vt potuim⁹ disputatum: q3 dñs iesus ideo velut occulte ascēdit ad diem festū nō quia timebat ne teneret: sed vt significaret etiā in ipso die festo q3 celebrabat a iudeis se occultari: et suū esse mysterū. Hodierna ergo lectione apparuit potestas que putabat timiditas. Loquebat enim palam in die festo: ita vt mirarētur turbe et dicerent qō audiuimus cū lecto legeret. [† Nōne hic est quē querebant interficere. Et ecce palā loquit: et nihil illi dicūt. Nūquid vere cognouerūt p̄ncipes q: hic est xp̄s:] Qui nouerāt qua scuitia quereba tur: mirabātur qua potentia nō tenebatur. Deinde nō plene intelligentes illius potentiā / putauerūt p̄ncipū esse scientiam: qō ipsi cognouerāt eundē esse christū. Ideo pepercerūt ei: quē tantopere occidendū quesierūt. Deinde illi ipsi apud seipsos qui dixerant: nunq̄d cognouerūt p̄ncipes quia hic est christus: fecerūt questionē: qua eis videretur q3 non ipse esset christus. Adiūgentes enī dixerūt. [Sed istum nouim⁹ vnde sit: christus autem cū venerit nemo scit vnde sit.] Non enī inaniter opinionata est. Si cōsiderem⁹ scripturas inuenimus fratres: quomodo sancte scripture dixerūt de christo q3 nazareus vocabitur. Ergo predixerūt vnde sit. Rursus si locū natiuitatis eius queramus / tanq̄ inde sit vbi natus est: nec hoc latebat iudeos p̄pter scripturas que ista predixerant. Nam cū eum visa stella magi quererent adorare: venerunt ad herodem et dixerunt quid quererent et q̄d vellent Ille autem cōuocatis eis qui legem sciebāt: quesiuit ab eis vbi christus nasceret. Illi dixerūt. In bethleem iude. Et testimoniū etiā prophetic⁹ p̄tulerunt. Si ergo pphete predixerant et locū vnde erat origo carnis eius: locū vbi eū peperit mater ei⁹: vnde nata est ista opinio apud iudeos quā modo audiuimus / christus cum venerit nemo scit vnde sit: nisi q: vtrūq̄ predicauerant et prenūciauerāt scripture. Scōm hominē predixerūt scripture vnde esset: scōm deum latebat impios et querebat pios. Ad hoc enim et isti dixerūt: christus cū venerit nemo scit vnde sit: quia hanc illis opinionez generauerat quod per esaiam dictū est. Generationē autem eius quis enarrabit? Deniq̄ et ipse dñs ad vtrūq̄ respondit et quia nouerant eū vnde esset / et quia non nouerant: vt atte starētur p̄phetie sancte que de illo ante predicta est / et fm humanitatem infirmitatis: et fm diuinitatē maiestatis. Audite ergo verbū dñi fratres. Videte quēadmodū cōfirmauit eis quod dixerunt: christus cuz venerit n. emo scit vnde sit. [¶Clamabat ergo docens in tēplo iesus. Et me scitis et vnde sim scitis: et a meipso non veni sed est verus qui me misit quē vos nescitis.] Hoc est dicere et me scitis: z me nescitis. Hoc est dicere: et vnde sim scitis: et vnde sim nescitis. Vnde sim scitis / iesus a nazareth: cui⁹ etiā parentes nostis. Solus enī in hac causa latebat v̄ginis partus: cui tamen testis erat maritus. Ipse enī hoc poterat fideliter indicare: qui posset maritaliter et zelare. Hoc ergo excepto virginis partu: totū nouerant in iesu qō ad hominem pertinet. Facies ipsius nota erat: patria ipsius nota erat: genus ipsius notū erat: vbi natus est sciebatur. Recte ergo dixit et me nostis: et vnde sim scitis scōm carnē et effigiē hominis quā gerebat. Scōm autem diuinitatē et a meipso nō veni: sed verus est qui me misit quem vos non scitis. Sed vt eum sciatis: credite in eum quem misit et scietis. Deū enim nemo vidit vnq̄: nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrabit. Et patrem nō cognoscit nisi filius: et cui voluerit fili⁹ reuelare. Deniq̄ cum dixisset: sed est verus qui misit me quem vos non scitis vt ostenderet eis vnde possent scire quod nesciebant / subiecit. [Ego scio eum] Ergo a me querite: vt sciatis eū. Quare autem scio eū? [† Quia ab ipso sum: et ipse me misit.] Magnifice vtrūq̄ monstrauit. Ab ipso inquit sum: quia filius de patre. Et quicquid est filius: de illo est cuius est fili⁹. Ideo dñm iesum dicimus de deo: patrem nō dicim⁹ deum de deo sed tantū deū. Et dicimus dñm iesum lumen de lumine: patrem non dicimus lumen de lumine / sed tantum lumen. Ad hoc ergo pertinet quod dixit: ab ipso sum. Quod autem videtis me in carne: ipse me misit. Vbi audis ipse me misit / noli intelligere nature dissimilitudinē: sed generantis auctoritatem. [Querebant ergo eū apprehendere: et nemo misit in illum manus: quia nondū † venit hora eius.] Hoc est: quia nolebat. Quid est enim nondū venit hora eius. Non enī dominus sub fato natus est. Hoc nec de te credendum est: q̄to minus de illo per quē factus es? Si tua hora volūtas est illius: illius hora que est nisi voluntas sua? Non ergo horam dixit qua cogeretur mori: sz qua dignarek occidi. Tempus enim expectabat quo morerek: quia et tēpus expectare voluit quo nasceretur. De hoc apostolus loquēs ait. Cū autem venit plenitudo tēporis: misit deus filiū suum. Ideo multi dicunt. Quare nō ante venit christus? Quibus respōdendū est: quia nondū venit plenitudo tēporis: moderante illo per quē facta sunt tēpora. Sciebat enim quādo venire deberet. Primo per multā serie tempoū et annorum predicēdus fuit. Nō enim aliquid paruū venturū fuit: diu fuerat predicandus semp tenēdus. Q̄to maior iudex veniebat: tāto prae conum longior series precedebat. Deniq̄ vbi venit plenitudo tēporis venit et ille qui nos liberaret a tempore. Liberati enim a tempore: venturi sumus ad eternitatē illā vbi non est tempus. Nec dicit ibi quādo veniet hora. Dies est enim sempitern⁹: qui nec precedit hesterno: nec excluditur crastino. In hoc autem seculo voluuntur dies: et alij transeunt / et alij veniūt / nullus manet. Et momenta quib⁹ loquimur inuicem se expellūt. Nec stat prima sillaba vt sanare posset secūda. Ex quo loquimur aliquātum senuimus: z sine vlla dubitatione senior sum modo q̄ mane. Ira nihil stat: nihil firū manet in tempore. Amare itaq̄ debemus per quē facta sunt tēpora vt liberemur a tempore et figamur in eternitate: vbi iam nulla est mutabilitas tempor. Magna igitur misericordia domini nostri iesu christi / factū esse eū, pter nos in tempore per quē facta sunt tēpora: factū esse inter omnia: p quez facta sunt omnia: factū esse quod fecit. Factus est enim quod fecerat. Factus est enī homo qui hominē fecerat: ne periret quod fecerat. Scōm hanc dispensationē iam venerat hora natiuitatis: et natus erat. Sed nōdum venerat hora passionis: ideo nōdum passus erat. Deniq̄ vt nouerit is non necessitatem sed potestatem morientis / pter nonnullos hoc loquor: qui cū audierint nōdum venit hora eius / edificantur ad credenda facta eius z fiunt corda eorum fatua. Vt ergo noueritis potestatem morientis: ipsam passionem recolite. Crucifixum intuimini. Dixit in ligno pendens. Sitio. Illi hoc audito / in arūdine per spongiam obtulerunt ei acetū in cruce. Accepit et ait. Perfectū est: z inclinato capite tradi-

B

C

† Sñia textꝰ ponit vbis pax mutatis.

Matth. ij.

Mat. ij.

Act. viij.

† Preter: mittit hic ter. Et si dixero vt q3 sed scio eum.

† Alia lit. venerat.

Gal. iiij.

Joh. xix.

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

ditspiritum. Videtis potestatē moriētis: quia hoc expectabat volens donec oīa cōplerentur que de illo predicta fuerant: ante mortē futuram. Dixerat enī prophetа. Dederūt in escam meā fel: et in sitī mea potauerunt me aceto. Expectabat vt hec oīa cōplerentur. Posteaq̄ cōpleta sunt dixit: perfectū est. Et absscessit potestate: quia non venerat necessitate. Ideo quidā plus mirati sunt istam potestatē moriētis: q̄ potentiā miracula facientis. Verum est enim ad crucē vt corpora deponerētur de ligno: q̄n sabbatū illucescebat. Et inuenti sunt latrones viuentes. Supplicium quippe crucis ideo durius erat quia diutius cruciabat: et omnes crucifixi longa morte necabātur. Illi autē ne remanerēt in ligno / cruribus fractis coacti sunt mori: vt possent inde deponi. Dīs autē inuentus est mortuus: et admirati sunt omnes. Et q̄ eū viuum cōtempserunt / mortuū sic mirati sunt: vt dicerēt quidam. Vere filius dei est hic. Unde est illud fratres / vbi ait querētibus se: ego sum: et illi retro redeuntes omnes cecidērūt. Erat ergo in illo potestas summa. Nec hora cogebatur mori / sed horā expectabat qua oportune fieret volūtas: non qua inuite implerēt necessitas. [De turba autē multi crediderunt in eū.] Humiles et pauperes saluos faciebat dominus. Principes insaniebant: et ideo medicū non solum non agnoscebāt: sed etiam occidere cupiebāt. Erat quedam turba que suā egritudinē cito vidit: et illius medicinā sine dilatione cognoscebat. Videte quid sibi dixerit turba ipsa commota miraculis [Nūquid christus cū venerit plura signa † facturus est?] Utiq̄ si duo nō erunt hic est. Crediderunt ergo in eū dicentes ista. † Principes vero illi audita multitudinis fide et eo murmure quo christus glorificabat. [Miserunt ministros vt apprehenderent eū.] Quem apprehenderent: adhuc nolentē? Quia ergo nō poterāt apprehēdere nolentem: missi sunt vt audirēt docentē. Quid docentē? [Dicit ergo iesus. Adhuc modicū tēpus vobiscū sum.] Ō modo vultis facere / facturi estis / sed nō modo: quia adhuc modicum tēpus vobiscum sum: [et tūc vado ad eū qui me misit.] Implere debeo dispensationē meam: et sic peruenire ad passionem meā. [Quеritis me et nō inuenietis: et vbi sum ego: vos nō potestis venire.] Hic iam resurrectionē suam predixit. Noluerūt enī agnoscere presentem: et postea quesierunt cū viderent in eū multitudinē iam credētem. Magna enim signa facta sunt: etiā cū dīs resurrexit et ascendit in celum. Tūc per discipulos facta sunt magna: sed ille per illos qui et per seipm. Ipse quippe illis dixerat: sine me nihil potestis facere. Quādo claudus ille qui sedebat ad portā ad vocem petri surrexit / et suis pedib⁹ ambulauit vt homīes mirarentur / sic eos allocutus est petrus: quia nō in sua potestate ista fecit: sed in virtute illius quē ipi occiderūt. Multi cōpuncti dixerūt. Quid faciemus? Viderūt enim se ingenti crimine impietatis astrictos: quādo illū occiderunt quē venerari et adorare debuerūt et hoc putabāt esse inexpiabile. Magnū enī facinus erat: cuius consideratio illos faceret desperare. Sed nō debebant desperare: p quib⁹ in cruce pendens dīs est dignatus orare. Dixerat enī / pater ignosce illis: quia nescīunt q̄d faciūt. Videbat quosdā suos inter multos alienos illis iam petebat venīā a quib⁹ adhuc accipiebat iniuriam. Non enī attendebat q̄ ab ipsis moriebat: sed quia p ipsis moriebat. Multū est q̄ illis cōcessum est et ab ipsis et pro ipsis: vt nemo de sui peccati dimissione desperet / quādo illi venīā meruerūt qui occiderūt christū. Mortuus est christ⁹ pro nobis: sed nūquid a nobis? At vero illi viderūt xp̄m suo scelere morientē: et crediderūt in xp̄m suis sceleribus ignoscētem. Quouscz biberēt sanguinē quē fuderant: de sua salute desperauerūt. Ergo hoc dixit. Queritis me et nō inuenietis: et vbi sum ego vos nō potestis venire. Quia quesituri illum erant post resurrectionē cōpuncti: nec dixit vbi ero: sed vbi sum. Semp enim ibi erat xp̄s: quo fuerat redit⁹. Sic enī venit vt nō recederet. Unde alio loco ait. Nemo ascēdit in celū / nisi qui descendit de celo: filī⁹ hominis q̄ est in celo. Nō dixit qui fuit in celo. In terra loquebat: et in celo se esse dicebat. Sic venit: vt inde nō abscederet. Sic redijt: vt non nos derelinqueret. Quid miramini? Deus hoc facit. Homo enī scōm corpus in loco est: et de loco migrat. Et cū ad alitū locū venerit: in eo loco vnde venit non est. Deus aūt implet oīa: et vbiqz totus est: nō scōm spacia tenet locis. Erat tamen christus scōm visibilē carnē in terra. Ideo ait: vbi ego sum vos nō potestis venire. Nec dixit non poteritis: sed non potestis. Tales enim tūc erant / qui nō possent. Nam vt sciatis non hoc ad desperationē dictū: et discipulis suis dixit tale aliquid: quo ego vado vos nō potestis venire: cū pro illis orans dixerit / pater volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum. Deniqz hoc petro exposuit: et ait illi. Quo ego vado non potes me sequi modo. Sequeris autē postea. [Dixerunt ergo iudei] non ad ipm [sed ad semetipsos. Quo hic iturus est q̄ nō inueniemus eū? Nūquid in dispersionē gentiū iturus est: aut docturus gentes?] Non enī sciebant quid dixerunt: sed q̄ ille voluit / pphetauerūt. Iturus enī erat dīs ad gentes: non presentia corporis sui sed tamen pedibus suis. Qui erant pedes ei⁹? Quos pedes cōculcare volebat persequendo saulus: quādo ei caput clamabat. Saule saule quid me persequeris? [Quis est hic sermo quē dixit. Queritis me et non inuenietis: et vbi ego sum vos nō potestis venire?] Unde ḃ dixit dīs nescierunt: et tamen aliq̄d quod futurū erat / nescientes prenūciauerunt. Dixit enī hoc dīs: q̄ locum (si tamē dicendus est locus). i. sinū patris vnde nunq̄ discessit vnigenitus filius: nō illi nouerant. Nec cogitare idonei erant vbi erat christ⁹: vnde nō recessit christ⁹: quo rediturus erat christus: vbi manebat christ⁹. Unde hoc cordi humano cogitare / aut lingue explicare. Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt: et tamen ex hac occasione salutē nostram predixerunt q̄ iturus esset ad dispersionē gentiū: ☞ ipleturus q̄ legebāt et nō intelligebant. Populus quē nō cognoui seruiuit mihi: in obauditu auris obaudiuit mihi. Illi nō audierūt in quorum oculis fuit: illi audierūt in quorū auribus sonuit. Illi⁹ enim ecclesie nature de gentib⁹: typum gerebat mulier que fluxum sanguinis patiebat: tangebat et nō videbat: nesciebat et sanabat. Figura quippe erat: q̄ dīs interrogauit. Quis me tetigit? Quasi ignorans ignorata sanauit. Sic fecit et gentib⁹. Non eū didicimus in carne: et meruimus carnem eius māducare / et in carne ei⁹ membra esse. Quare? Q̄ misit ad nos. Quos? Precones suos / discipulos suos / seruos suos / redēptos suos quos creauit: sed quos et redemit fratres suos. Totū parum dixi: mēbra sua: semetipsum. Misit enim ad nos mēbra sua: et fecit nos membra sua. Tamen scōm speciē corporis quā iudei viderūt et cōtempserūt: non apud nos fuit christ⁹. Quia et hoc de illo dictum erat: sicut apostol⁹ dicit. Dico enī christū ministrum fuisse circūcisionis ppter veritatem dei ad cōfirmandas promissiones patrū Ad illos debuit venire a quorū patribus / et quorū patribus est promissus. Ideo et ipse sic ait: Non sum missus nisi ad oues que perierāt domus israel. Sz quid dicit apostolus in sequenti? Gentes autē super misericordia glorificare deum Quid et ipse dīs? Habeo alias oues: que nō sunt ex hoc ouili. Qui dixerat nō sum missus nisi ad oues que perierāt domus israel: quō habet alias ad q̄s non est missus. nisi q̄ significauit per presentiā corporalem nō se missum exhibere nisi solis iudeis qui viderūt et occiderunt: et multi tamē inde et antea et postea crediderūt? Messis prima de cruce ventilata est: vt esset semen vnde alia messis cōsurgeret. Nunc vero cū fama euangelij et bono eius odore excitati / credunt fideles eius per omnes gentes: erit expectatio gentiū quando venet qui iam venit: quādo ab omnibus videbitur qui tūc a quibusdā visus non est: a quibusdā visus est. quando veniat iudicaturus qui venit iudicandus. quando veniat discerturus qui venit vt discerneretur. Non enim ab impijs christus est discretus sed cum impijs iudicatus. De illo enim dictum est. inter iniquos reputatus est. Latro euasit: christus damnatus est. accepit indulgentiaz crumnosus: damnatus est qui omnium crimina confitentium relaxauit. Tamen et ipsa crux si attendas: tribunal fuit. In medio enim iudice constituto: vnus latro qui credidit liberatus: alter qui insultauit damnatus est. Jam significabat quod facturus est de viuis et mortuis: alios positurus ad dexteram: alios ad sinistram. Nihil ergo medium erit. Similis ille latro futuris ad sinistram similis alter futuris ad dexteram: iudicabatur et iudicium minabatur.

Tractatus. xxxij.

¶ In nouissimo aūtē die magno festiuitatis sta-

† Act. faciet q̄s q̄ḃ facit.

† Ter. hz audierunt pharisei tur. murmurātez ō illo hec: et miserunt p̄ncipes et pharisei ministros.

Actuū. ij.

Lu. xxiij.

De ose. di. ij. Accesserūt in fi.

Joh. iij.

Luce. viij

Mat. xv.

Gen. xlix.

Marci. xv

bat iesus et clamabat dicēs. Si ąs sitit veniat ad me ⁊ bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluēt aque viue. Hoc autem dixit de spiritu quē accepturi erant credētes in eū. Nondum enim erat spiritus datus quia iesus nondum erat glorificatus.

A

†Alia. lit. In nouissimo aūt die magno.

MAter dissensiones et dubitationes iudeorum de domino iesu christo/inter cetera que dixit quib⁹ alij confunderentur alij docerenk. [† Nouissimo festiuitatis die illius] tunc enim ista agebantur: que appellatur scenophegia:id est. tabernaculoū constructio.de qua festiuitate iam ante meminit charitas vestra fuisse dictum: vocat dñs iesus christus et hoc nō vtcunq; loquendo sed clamando: vt qui sitit veniat ad eum. Si sitim⁹/ veniamus et non pedibus sed affectibus:nec migrando sed amando veniamus. q̄ q̄ ꝑm interiorē hominem et qui amat migrat. Et aliud est migrare corpore aliud corde. Migrat corpore:qui motu corporis mutat locū. Migrat corde:qui motu cordis mutat affectū. Si aliud amas aliud amabas: nō ibi es vbi eras. Clamat ergo nobis dñs. [Stabat enim et clamabat:Si quis sitit veniat ad me et bibat: Qui credit in me:sicut † scriptum est:flumina de ventre eius fluēt aque viue.] Quid hoc est ⁊ q̄ñ euangelista exposuit:immorari nō debemus. Vnde enim dixerit dñs:si quis sitit veniat ad me et bibat:et qui credit in me flumina de ventre eius fluent aq̄ viue:cōsequēter exposuit euangelista dicens. [Hoc autē dixit de spiritu quē accepturi erant credentes in eū. Nondum enī erat spiritus datus:quia iesus nondū erat glorificatus] Est ergo sitis interior et venter interior:quia est homo interior. Et ille quidē homo interior inuisibilis:exterior autem visibilis. Sed melior interior q̄ exterior. Et q̄ nō videtur hoc plus amak. Cōstat enim plus amari hoīem interiorē q̄ exteriorem. Vnde hoc constat? vnusquisq; in seipso probet. Quis enim qui male viuūt animos suos corpori addicant viuere tamen volūt:q̄ non est nisi animi. Magisq; seipsos indicant qui regunt:q̄ illa que regūtur. Regūt enim animi reguntur corpora. Gaudet vnusquisq; voluptate:et capit de corpore voluptatē. Sed separa animū/nihil restat in corpore q̄ gaudeat:et si de corpore gaudet/animus gaudet. Si gaudet de domo sua:de se nō debet gaudere. Et si habet animus vnde delectetur extrinsecus:sine delitijs manet intrinsecus. Oīnino cōstat plus amare hominē aīam suam q̄ corpus suū. Sed et in alio homine plus amat homo animam q̄ corpus. Quidenī amatur in amico: vbi est amor sincerior ⁊ castior? Quid amatur in amico: anim⁹ an corpus? Si fides amatur:animus amatur. Si beniuolētia amatur:beniuolentie sedes animus est. Si hoc amas in altero quia ipse amat te/animū amas. Quia non caro sed animus amat. Ideo enī amas:quia te amat. Quere vnde te amet:⁊ vides quid amas Plus ergo amatur et non videtur. Aliquid etiam volo dicere vbi magis appareat dilectioni vestre q̄tuz amek anim⁹: ⁊ quēadmodū corpori ꝓponak. Illi ipsi lasciui amatores qui pulchritudine corporū delectank/et forma mēbrorū accendūtur:tūc amāt ampli⁹ q̄ñ amank. Mā si amet⁹ sentiet q⁹ odio habek:magis irascik q̄ diligit. Quare magis irascitur q̄ diligit? Quia non ei reddik quod impendit. Si ergo ipsi corporū amatores redamari se volunt:et hoc magis eos delectat si amentur:quales sunt amatores animorū? Et si magni sunt amatores animorum:quales sunt amatores dei: qui pulchros animos facit? Sicut enim animus facit decus in corpore:sic deus in animo. Non enī facit corpori vnde amet⁹ nisi anim⁹. Qui cum migrauerit:cadauer horrescis. Et q̄tūcunq; pulchra illa membra dilexeris:sepelire festinas.

B

Decus ergo corporis animus. Decus animi de⁹. ¶ Clamat ergo deus vt veniamus et bibamus si intus sitiamus et dicit. Quia cum biberimus flumina aque viue fluent de ventre nostro. Venter interioris hominis: cōscientia cordis est Bibito ergo isto liquore:renuiscet purgata conscientia. Et hauriens fontē habebit. Etiā ipsa fons erit. Quid est fons/ ⁊ quid est fluuius qui manat de ventre interioris hominis? Beniuolentia qua vult consulere ꝓximo. Si enim putet quia q̄ bibit soli ipsi debet sufficere: non fluit aqua viua de ventre eius. Si autem ꝓximo festinat consulere:ideo non siccat quia manat. Videbimus nunc quid sit quod bibunt q̄ credunt in domino. Quia vtiq; christiani sumus:et si credimus bibimus. Et vnusquisq; in seipso debet agnoscere si bibit:et si viuit ex eo quod bibit. Non enim nos deserit fons:si non deseramus fontem. Exposuit euangelista vt dixi/vnde dominus clamasset:ad qualem potum inuitasset:et quid bibentibus propinasset dicens. Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus:quia iesus nondum erat glorificatus. Quem dicit spiritum:nisi sanctū spiritum? Nam vnusquisq; homo habet in se proprium spiritum:de quo loquebar cum animū commendarem. Animus enim cuiusq;/proprius est spiritus eius. De quo dicit paulus apostolus. Quis enī scit hominum que sunt hominis:nisi spirit⁹ qui in ipso est? Deinde adiunxit. Sic et que dei sunt nemo scit:nisi spirit⁹ dei. Nostra nemo scit:nisi spiritus noster. Non enim nouī quid cogitas:aut tu quid cogito. Ipsa enim sunt propria nostra que interius cogitamus: et cogitationum vniuscuiusq; hominis ipsius spiritus testis est. Sic et que dei sunt nemo scit nisi spiritus dei. Nos cum spiritu nostro:deus cum suo. Ita tamen vt deus cum suo spiritu sciat etiam quid agatur in nobis:nos autem sine eius spiritu scire non possum⁹ quid agatur in deo. Deus autem scit in nobis:et quod ipsi nescimus in nobis. Nam infirmitatem suam petrus nesciebat quādo a domino q̄ter esset negaturus audiebat/et eger se nesciebat:medicus egrum sciebat. Sunt ergo quedam que deus nouit in nobis:nescientibus nobis. Tamen q̄tum ad homines pertinet/nemo sic se nouit:quomodo ipse homo. Alius nescit quid in illo agatur:sed spiritus ei⁹ nouit. Accepto autem spiritu dei:discimus et quid agatur in deo. Non totum: quia non accepimus totum. De pignore multa nouim⁹. Pignus enim accepimus:et huius pignoris plenitudo postea dabitur. Interim in hac peregrinatione pignus nos consolatur:quia qui nos dignatus est oppignerare:multum paratus est dare. Si talis est arra:quid est cuius est arra? ¶ Sed quid est quod ait. Non erat spiritus datus :quia iesus nondum erat glorificatus? In euidenti est intellectus. Non enī non erat spiritus dei:qui erat apud deū? Sed nondum erat in eis qui crediderant in iesum. Ita enim disposuit dominus iesus/nō eis dare spiritum istum de quo loquimur nisi post resurrectionem suam:et hoc non sine causa. Et forte si quaramus/annuet vt inueniamus. Et si pulsemus/aperiet vt intremus. Pietas pulsat non manus:q̄ q̄ pulsat et manus: si ab operibus misericordie non cessat manus. Que igit̄ causa est:cur dominus iesus christus statuerit non nisi cum esset glorificatus dare spiritū sanctum? Quod anteq̄ dicam⁹ vt possumus:prius querendum est ne quē forte moueat quo modo nondum erat spiritus in hominibus sanctis: cum de ipso domino recens natolegatur in euāgelio/ q̄ eum in spiritu sancto agnouerit symeon. Agnouit etiam anna vidua prophetissa:agnouit iohannes ipse qui eum baptizauit. Impletus spiritu sancto Zacharias multa dixit. Spiritū sanctum ipsa maria vt dominū conciperet accepit. Multa enim indicia precedentia de spiritu sancto habemus: anteq̄ domin⁹ glorificaretur resurrectione carnis sue. Non enim alium spiritum etiam prophete habuerunt: qui christum venturum prenunciauerunt. Sed modus quidam futurus erat dationis huius:qui omnino ante non apparuerat. De ipso hic dicitur. Nusq̄ enim legimus antea congregatos homines accepto spiritu sancto:linguis omnium gentium locutos fuisse. Per resurrectionem autē suam primū quando apparuit discipulis suis:dixit illis. Accipite spiritū sanctum. De hoc ergo dictum est. Non erat spiritus datus:quia iesus nondū erat glorificatus. Et insufflauit in faciem eorum/qui flatu primū hominem quem fecit viuificauit/et de limo erexit: quo flatu animam membris dedit:significās eum se esse qui insufflauit in faciem eorum vt a luto exurgerent: et luteis operibus renunciarent. Tunc primum post resurrectionem suam dominus quā dicit euāgelista glorificationem: dedit spiritū sanctum. Deinde commoratus cum eis quadraginta diebus:vt liber actuum apostolorum demonstrat: ipsis videntibus/et videndo deducentibus ascendit in celum. Ibi peractis decem diebus:die pentecostes misit desuper spiri

C

Luce. ij.

Johā. xx.

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē

tūsanctum. Quo sicut dixi qui fuerant in vno loco congregati accepto impleti: omniū gētum linguis locuti sunt. Quid ergo fratres quia modo qui baptizāt in christo et credit in christū non loquitur omniū gentium linguis: non est credendus accepisse spiritūsanctum? Absit vt ista perfidia tenet cor nostrum. Certi sumus omnem hominem accipere. Sed quātum vas fidei attulerit ad fontem: tantum implet. Cum ergo et modo accipiatur: dixerit aliquis. Quare nemo loqtur linguis omniū gentium? Quia iam ipsa ecclesia linguis omniū gentium loquitur? Antea in vna gente erat ecclesia: vbi omniū linguis loquebantur. Loquendo linguis omniū significabat futurum: vt crescendo per gentes /loquerer linguis omnium gentium. In hac ecclesia qui non est: nec modo accipit spiritūsanctum. Precisus enim et diuisus abvnitate membrorum /que vnitas linguis omnium loquitur: renunciet sibi. Non habet. Nam si habet: det signum quod tunc dabatur. Quid est det signum quod tunc dabatur? Loquatur omnibus linguis. Respōdet mihi. Quid enim tu loqueris omnibus linguis? Loquor plane. Ꝛ omnis lingua mea est: id est eius corporis cuius membrū sum. Diffusa ecclesia per gētes: loquitur omnibus linguis. Ecclesia corpus est christi. In hoc corpore membrū es. Cum ergo membrū sis eius corporis qō loquitur omnibus linguis: crede te loqui omnibus linguis. Vnitas enim membrorum charitate cōcordat: et ipsa vnitas loquitur quomodo tūc vnus homo loquebatur. Accipimus ergo et nos spiritūsanctum si amamus ecclesiam: si vnitate cōpaginamur: sic catholico nomine ꝛ fide gaudemus. Credamus fratres: ōtum quisq; amat ecclesiam christi /tantum habet spiritūsanctum. Datus est enim spiritus /sicut apostol⁹ dicit: ad manifestationē. Quā manifestationem? Sicut ipe idem dicit /quia alij datur per spiritum sermo sapientie: alij sermo scientie scōm eundē spiritum: alij fides in eodem spiritu: alij donatio curationū in vno spiritu: alij operatio virtutum in eodem spiritu. Multa enim dantur ad manifestationem: sed tu forsitan eoꝝ omniū que dixi nihil habes. Si enim amas vnitatem: etiam tibi habet quisquis in illa habet aliquid. Tolle inuidiam: et tuum est quod habeo. Tollam inuidiam: et meum est quod habes. Duo separat: sanitas iūgit. Oculus solus videt in corpore. Sed nūquid soli sibi oculus videt? Et manui videt /et pedi videt / et ceteris mēbris videt. Nonenim si aliquis ictus in pedem veniat: auertit se oculus inde vt non precaueat. Rursus sola manus operatur in corpore: sed nūquid sibi soli operatur? Et oculo operatur Nam si ictus aliquis veniens non eat in manum sed tantus in faciem: nunquid dicit manus non moueo quia non tendit ad me? Sic pes ambulando omnibus mēbris militat. Mēbra cetera tacent: et lingua omnibus loquitur. Habemus ergo spiritūsanctum: si amamus ecclesiam. Amamus autem: si in eius compage et charitate consistimus. Nam ipse apostolus cum dixisset diuersa dona dari diuersis hominibus tanq̄ officia quorūq; membrorū: adhuc (inquit) supereminentiorem viam vobis demonstro. Et cepit loqui de charitate. Preposuit eam linguis hominū et angelorum: preposuit miraculis fidei: preposuit scientie et prophetie: preposuit etiam illam magno operi misericordie /quo sua que possidet distribuit quisq; pauperibus. Et ad extremum prepposuit etiam corporis passionibus. His oīnibus tam magnis rebus preposuit charitatem. Ipsam habeto et cuncta habebis. Quia sine illa nihil proderit quicquid habere potueris

¶ Quia vero ad spiritūsanctum pertinet charitas de qua loquimur. Questio enim modo in euāgelio de spiritusancto retractatur: audi apostolum dicētem. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū qui datus est nobis. Quare ergo domin⁹ spiritū cuius maxima beneficia sunt in nobis quia charitas dei per ipsum diffusa est in cordibus nostris: post resurrectionem suam dare voluit? Quid significauit? Vt in resurrectione nostra charitas flagret /ꝛ ab amore seculi separetur vt tota currat in deum. Hic enim nascimur ꝛ morimur: hoc non amem⁹. Charitate migremus: charitate sursum habitemus charitate illa qua diligimus deum. Nihil aliud in hac vita nostre peregrinationis meditemur nisi q; et hic non semper erimus: et ibi nobis locum bene viuendo preparabimus: vnde nunq̄ migremus. Dominus enim noster iesus postea q̄ resurrexit iam non morit: mors illi vltra (sicut apls dicit) nō dominabit. Ecce qō amem⁹ si viuim⁹ si in ip̄m credimus q̄ resurrexit: et dabit nobis nō quod hic amant hoīes /q̄ deū non amāt: aut tanto plus amāt q̄to illū min⁹ amant. Tāto autem hoc minus amāt: q̄to illum plus amāt. Sed videam⁹ quid nobis ꝓmisit. Nō diuitias terrenas ꝛ tēporales: nō honores et potestates in seculo isto. Videtis enī oīa hec dari et hoībus malis: ne magni pēdātur a bonis. Nō ip̄am postremo corporis sanitatē: nō q; ipse illam nō dat: sed q; vt videtis et pecorib⁹ dat: nō vitā lōgam Quid est enī longū qō aliqū finit? Non ꝓ magno nobis credentib⁹ ꝓmisit lōgeuitatē /aut decrepitā senectutē quā oēs optant anteq̄ veniat: oēs de illa cū venerit murmurāt. Nō pulchritudinē corporis: quā vel corporis morb⁹ /vel ipsa senectus q̄ optat /exterminat. Vult esse pulcher: et vult esse senex. Ista duo desideria sibiinuicē ꝯcordare nō possunt. Si senex eris: pulcher nō eris. Si senect⁹ venerit: pulchritudo fugiet. Et in vno habitare nō possunt: vigor pulchritudinis et gemit⁹ senectutis. Oīa q̄ ista nō nobis ꝓmisit qui dixit Qui credit in me venat: et bibat: ꝛ flumina de vētre ei⁹ fluēt aque viue. Vitā eternā ꝓmisit vbi nihil timeam⁹ /vbi nō cōturbemur: vbi nō migrem⁹: vbi nō moriamur: vbi nec decessor plangit: nec successor speret. Q̄ ꝛ ḡ tale est qō nobis ꝓmisit amātib⁹ /ꝛ ꝓ spūsancti charitatē feruentib⁹: ideo ip̄m spīm noluit dare nisi cū esset glificat⁹: vt in suo corpe oīderet vitā quā modo nō habem⁹: sed in resurrectione speramus.

Tractatus. xxxiij.

¶ Ex illa ergo turba. Cū audissent hos ꝓmões eius dicebāt. Hic est vere ꝓpheta: alij dicebant. Hic est xp̄s. Quidā autē dicebāt: nūquid a galilea venit xp̄s? Nōne scriptura dicit q̄ ex semine dauid et de bethleē castello vbi erat dauid venit xp̄s? Dissentio itaq; facta est in turba ꝓpter eū Quidā autē ex ipsis volebant ap̄phendere eū sz nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum. Responderunt ministri? Nunq̄ sic locutus est hō sicut hic homo. Responderūt ergo eis pharisei. Nunq̄d et vos seducti estis? nunquid ex principibus aliq̄s credidit in eū: aut ex phariseis: sed turba hec que non nouit legem maledicti sunt. Dixit nicodemus ad eos ille qui venit ad eum nocte: qui vnus erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso: et cognouerit q̄d faciat? Responderunt ꝛ dixerūt ei. Nūquid et tu galileus es? Scrutare scripturas ꝛ vide quia a galilea ꝓpheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisq; in domū suā. Jesus aūt perrexit Ca. viij. in montem oliueti: et diluculo iterū venit in templum /ꝛ oīs populus venit ad eum et sedēs docebat eos. Adducunt autē scribe et pharisei mulierem deprehensam in adulterio: et statuerunt eam in medio /et dixerūt ei. Magister. Hec mulier modo deprehensa est in adulterio: in lege autem moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebāt tentantes eū vt possent accusare eū. Jesus aūt inclinans se deorsum digito scribebat in terra. Cum ergo perseuerarent interrogantes eum: erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est vestrum ꝓm⁹ in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem hec vnus post vnum exibant incipiētes a senioribus. Et remansit iesus solus. Et mulier in medio stans

Act. ij. D

j. Cor. xij.

j. Cor. xiij.

E

Erigens autē se ihesus dixit ei. Mulier vbi sunt qui te accusabant? Nemo te cōdemnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit autez Jesus Nec ego te condēnabo. Vade ⁊ iam amplius noli peccare.

A Aug⁹. in h trac. nō sp notat textum fm formā verbox: sz qñq mutat verba qñq pterit sensum dūtaxat ponendo.

MEminit charitas vestra sermone pristino ex occasione lectionis euangelice locutos nos esse vobis de spiritu sancto. Ad hunc potandū cū dominus inuitasset credentes in se: loquēs inter eos qui illum tenere cogitabant et interficere cupiebant: nec valebant quia ille nolebat. Cum ergo hec locutus esset: nata est de illo in turba dissensio: aliis putantibus q ipse esset christus: aliis dicētibus quia de galilea non exurget christus. Qui vero missi fuerant vt eum tenerēt: redierunt immunes a crimine et pleni admiratione. Nam ⁊ testimonium perhibuerunt diuine doctrine eius: cum dicerent a quibus missi fuerant. [Quare non adduxistis eum? Responderunt enim nunq̄ se audisse hominem sic locutu.]Non enim quisq̄ sic loquitur homo. Ille autem sic locut⁹ est: quia deus erat et homo. Tamen pharisei testimonium eorum repellentes: dixerunt eis. [Nunquid ⁊ vos seducti estis?]Videmus enim delectatos vos esse sermonibus illius. [Nūqd aliquis de principibus credidit in eum aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem: maledicti sunt.]Qui non nouerant legem: ipsi credebant in eum qui miserat legem. Et eum qui miserat legem contēnebant illi qui docebant legem: vt impleretur quod dixerat ipse dominus. Ego veni vt non videntes videant ⁊ videntes ceci fiant. Ceci enim facti sunt pharisei doctores: illuminati sunt populi nescientes legem: et in auctorem legis credentes. [Nichodemus tamen vnus ex phariseis qui ad dominum nocte venerat] et ipse non quidem incredulus sed timidus: nam ideo nocte venerat ad lucem quia illuminari volebat et sciri nolebat: respondit iudeis. [Nunquid lex nostra iudicat hominem: nisi audierit ab ipso prius ⁊ cognouerit quid faciat? Volebant enim illi peruerse ante esse dānatores q̄ cognitores. Sciebat enim nichodem⁹ vel potius credebat: quia si tantūmodo eum vellent patienter audire / forte similes fierent illis qui missi sunt tenere: et maluerunt credere illi. [Respondērūt]ex preiudicio cordis sui: quod et illis. [Nunquid et tu galileus es?]Id est quasi a galileo seductus. Dominus enim galileus dicebatur: quoniā de nazaret ciuitate erant parentes eius. Secundū mariā dixi parētes: non fm virile semen. Non enim queruntur in terra nisi matrē: qui iam habebat desuper patrē. Nam vtraq̄ eius natiuitas mirabilis fuit. Diuina sine matre / humana sine patre. Quid ergo illi quasi legisdoctores ad nichodemū dixerūt. [Scrutare scripturas et vide: quia prophetа a galilea non surgit.] Sed dominus prophetarū inde surrexit. [Reuersi sunt]inquit euangelista: [vnusquisq̄ in domū suam. Inde iesus perrexit in montem oliueti.]In montem autem oliueti: in montem fructuosum: in montem vngenti: in mōtem chrysmatis. Vbi enim docebat docere christū: nisi in mōte oliueti? Christi enim nomen a chrysmate dictum est. Chrysma autem grece: latine vnctio nuncupatur. Ideo autem nos vnxit: quia lucratores contra diabolum fecit. [Et diluculo iterū venit in templum et omnis populus venit ad eum: et sedens docebat eos]et non tenebatur: quia nondum pati dignabatur. Nunc iam attēdite: vbi ab inimicis tentata sit domini māsuetudo. [Adducunt aūt illi scribe ⁊ pharisei mulierē in adulterio deprehensam: et statuerunt eam in medio et dixerunt ei. Magister hec mulier modo deprehēsa est in adulterio: in lege autem moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum.]Unde accusare? Nūquid ipsum in aliquo facinore deprehenderant: aut illa mulier ad eum aliquo modo pertinuisse dicebatur? Quid est ergo tentantes eū vt possent accusare eum? Intelligamus fratres admirabilem mansuetudinez in domino fuisse. Animaduerterunt eum nimiū esse mitem: nimium esse mansuetum. De illo quippe fuerat ante predictum. Accinge gladium super femur tuū potentissime. Speciem tuam et pulchritudinem tuam intēde prospere procede et regna. Propter veritatem et māsuetudinem et iusticiam. Ergo attulit veritatem vt doctor: mansuetudinem vt liberator: iusticiā vt cognitor. Propter hec eum esse regnaturum in spiritu sancto prophetа predixerat. Cum loqueretur: veritas agnoscebatur. Cum aduersus inimicos non moueretur: māsuetudo laudabatur. Cum ergo de duobus istis id est de veritate et māsuetudine eius inimici liuore et inuidia torquerentur: in tertio: id est iusticia scandalum posuerūt Quare? Quia lex iusserat adulteros lapidare. Et vtiq̄ lex qō iniustum erat / iubere non poterat. Si quis aliquid diceret q̄ lex iusserat: iniustus deprehenderetur. Dixerant ergo apud semetipsos. Clerax putatur: māsuetus videtur: de iusticia illi querenda calumnia est. Offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam dicamus quid de illa in lege preceptum sit. Si eam iusserit lapidare / mansuetudinem non habebit. Si eam dimitti cōsuerit: iusticiam non tenebit. Ut autem mansuetudinem inquiunt non perdat in qua tam populis amabilis fact⁹ est: sine dubio eā dimitti debere dicturus est. Hinc nos inuenietis accusandi occasionem: et eum reum facietis tanq̄ legis preuaricatorē dicentes ei. Hostis es legis / contra moysen respōdes: immo contra eum qui per moysen legem dedit. Reus es mortis: cum illa et tuipse lapidandus es. Posset his verbis atq̄ his sententijs inflāmari inuidia: feruere accusatio: flagitari dānatio. Sed cui hoc? Peruersitas rectitudini / falsitas veritati: corruptū cordi recto / stulticia sapientie. Quando illi laqueos preparārēt: in quos nō prius ipsi caput inijcerent. Ecce dominus in respondēdo et iusticiam seruaturus est: et a mansuetudine non recessurus. Non est captus cui tendebatur: sed potius capti sunt qui tendebant: quia in eum qui eos posset de laqueis eruere non credebant. Quid ergo respondit dominus iesus? Quid ergo respondit veritas? Quid respondi t sapientia? Quid respondit ipsa cui calumnia parabatur iusticia? Non dixit non lapidetur: ne contra legem dicere videretur. Absit autez vt diceret lapidetur. Venit enim non perdere quod inuenerat: sed querere quod perierat. Quid ergo respondit? Videte q̄ plenuz sit iusticia: plenum mansuetudine et veritate. [Qui sine peccato est vestrum]inquit [prior in illaz lapidem mittat.]Oresponsio sapiētie: quomodo eos intromisit in semetipsos. Foris enim calumniabantur: seipsos intrinsecus non perscrutabantur. Adulteram videbant: se non perspiciebant. Preuaricatores legis legem implere cupiebant. Et hoc calumniādo non vere / tanq̄ adulteram a castitate dānando. Audistis iudei: audistis pharisei: audistis doctores legis: legis custodem: sed nondum intellexistis legislatorem. Quid vobis aliud significat: cum digito scribit in terra? Digito enim dei lex scripta est: sed propter duros in lapide scripta est. Nunc iam domin⁹ in terra scribebat: quia fructum querebat. Audistis ergo. Impleatur lex: lapidetur adultera. Sed nunquid in illa puniēda / lex implenda est a puniendis? Cōsideret se vnusquisq̄ vestrum: intret in semetipsum: ascendat tribunal mentis sue: ostituat se ante cōscientiā suā: cogat se confiteri. Scit enī quis sit. Quid nemo scit hoīm q̄ sunt hoīs: nisi spūs hoīs q̄ in ipso ē. Vnusq̄sq̄ in se tendēs: peccatorē se fuerit. Ita plane. Ergo aut istā dimittite: aut simul cū illa penā legis excipite. Si diceret nō lapidet adultera: iustus cōuincer et. Si diceret lapidetur: māsuetus non videret. Dicat qō dicere debet: ⁊ mansuetus et iustus. Qui sine peccato est vestrum: prior in illam lapidem mittat. Hec vox iusticie est. Punatur peccatrix: sed non a peccatoribus. Impleatur lex: sed non a preuaricatoribus legis. Hec vox omnino iusticie est. Qua iusticia illi tanq̄ trabali telo percussi / sese inspicientes et reos inuenientes: [vnus post vnum omnes recesserunt.]Relicti sunt duo: misera et misericordia. Domin⁹ autem cum eos illo telo iusticie percussisset / nec dignatus est cadentes attendere: sed auerso ab eis obtutu: [rursū digito scribebat in terra.]Relicta aūt sola illa muliere oibusq̄ abeūtibus. [Leuauit oculos suos ad mulierē.]Audiuim⁹ vocē iusticie: audiamus ⁊ māsuetudinis. Plus enī credo territa erat illa cū audisset a dño dictū: qui sine peccato ē vestrū: prior in illā mittat lapidē. Illi ḡ attēdentes se ⁊ abscessu ipso confessi de se: reliquerāt mulierē cū grādi peccato et q̄ erat sine pctō. Et q⁹ illa ℞ audierat / q̄ sine pctō est prior i illā lapidē mittat: abillo se sperabat pumēdā in q̄ pctm inueniri nō poterat. Ille aūt qui aduersarios ei⁹ repulerat lingua iusticie: leuās in eā oculos mansuetudinis [interrogauit eā. Nemo te condēnauit? Respōdit illa. Domine: nemo. Et ille. Nec ego te condēnabo.]

Aug⁹. in h trac. nō sp notat textum fm formā verbox: sz qñq mutat verba qñq pterit sensum dūtaxat ponendo.

Joh. ix.

Lu. viii. B

Ps. xliiij.

Expositio diui Augustini In euangeliū scōm Johānē

A quo te forte dānari timuisti: quia in me peccatū non inuenisti: Nec ego te condēnabo. Quid est domine? Faues ergo peccatis? Non plane. Ita attende quod sequitur. [Vade de inceps iam noli peccare.] Ergo et domin⁹ dānauit: sed peccatum non hominem. Nam si peccatorum fautor esset diceret /nec ego te condemnabo: vade et viue vt vis: de mea liberatione esto secura: ego ꝯtūcunq; peccaueris te ab omni pena etiaꝫ gehenne et inferni terroribus liberabo. Non hoc dixit. Intendant ergo qui amant in domino mansuetudinem: et timeant veritatez. Eteni dulcis et rectus dominus. Ama
Ps. xxiiij quod dulcis est: time quod rectus est. Tanq; mansuetus dixit tacui: sed tanq; iustus /nunquid semper tacebo? Misericors et miserator dominus. Ita plane. Adhuc adde longanimis. Adde adhuc et misericors. Sed time quod est in nouissimo et verax. Quod enim modo sustinet peccantes: iudicaturus est contēnentes. An diuitias lōganimitatis ⁊ mansuetudinis eius contemnis? Ignoras quia patientia dei ad
Rom. ij. penitentiam te adducit? Tu autem fm duriciam cordis tui et cor impenitens: thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuiq; fm opera sua. Mansuetus dominus / longanimis dominus /misericors dominus: sed et iustus dominus /et verax dominus /largitur tibi spacium correctionis: sed tu plus amas dilationem ꝯ emēdationem. Malus fuisti heri: hodie bonus esto. Et hodiernum diem in malicia peregisti: vel cras mutare. Semper expectas: ⁊ de misericordia dei tibi plurimum polliceris. Quasi ille qui tibi per patientiaꝫ promisit indulgentiam: promiserit tibi etiam proli[illegible]ōē vitam. Vnde scis quid pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo: quādo me correxero: deus mihi omnia peccata mea dimittet. Negare non possumus: q̄ correctis atq; conuersis indulgentiam deus promisit. Nam in quo propheta mihi legis quia promisit correcto indulgentiam. Nō mihi legis quia promisit tibi deus longā vitam. Ex vtroq; igitur homines periclitantur: et sperando et desperando. Contrarijs rebus / contrarijs affectionibus. Sperando qui decipitur? qui dicit. Bonus est deus: misericors est deus: faciam quod mihi placet quodlibet: laxem habenas cupiditatib⁹ meis impleā desideria anime me. Quare hoc? Quia misericors est deus: bonus est deus māsuetus deus: spe isti periclitātur. Desperatione autem /qui cum inciderint in grauia peccata: putantes sibi non posse eam ignosci penitentibus: et statuentes se ad dānationem sine dubio destinatos: dicunt apud semetipsos. Jam dānandi sumus: quare non quod volumus facimus? Animo gladiatorū /ferro destinatorum: ideo molesti sunt desperati. Jam enī quod timeant nō habent: et vehementer timēdi sunt. Istos desperatio necat: spes illos. Inter spem et desperationem fluctuat animus. Metuendum est ne te occidat spes: et cum multum speras de misericordia /incidas in iudicium. Metuendū est rursus ne te occidat desperatio: et cū putas iam tibi nō ignosci que grauia commisisti: non agas penitentiam ⁊ incurras in iudicem sapientiā que dicit: ⁊ ego vestre perditioni superridebo. Quid ergo agit dominus cum periclitantibus vtroq; morbo. Illis qui spe periclitātur: hoc dicit. Ne tardes cōuerti ad dominum: neq; differas de die in diem. Subito enī
Eccl. v. veniet ira illius: et in tēpore vindicte disperdet te. Illis qui
Ezech. desperatione periclitantur quid dicit? In quacunq; die iniquus conuersus fuerit: omnes iniquitates eius obliuiscar.
xviij. Propter illos ergo qui desperatione periclitantur: proposuit indulgentie portum. Propter illos qui spe periclitātur et dilationibus illuduntur: fecit diem mortis incertum quādo veniat vltimus dies nescis. Ingratus es quia hodiernū habes: in quo corrigaris? Sic ergo dixit ad istam mulierez: nec ego te cōdēnabo. Sed facta secura de preterito /caue futura: nec ego te condēnabo. Deleui quod commisisti obserua quod precepi vt inuenias quod promisi.

Tractatus. xxxiiij.

ITerum ergo locutus est eis iesus dicēs. Ego sum lux mundi qui sequitur me nō ambulat in te
A tenebris: sed habebit lumen vite.

QUod modo audiuimus et intenti accepim⁹ cum sanctum euangelium legeretur: non dubito q̄ omnes etiam intelligere conati sumus: et quisq; nostrum de rē magna que lecta est: pro suo modulo cepit qđ potuit: ⁊ posito pane verbi: nemo est qui se queratur mihil gustasse. Sed interim non dubito: quia difficile quisq; est qui totum intellexerit. Tamen etiam si est qui omnia verba domini nostri iesu christi modo ex euāgelio recitata satis intelligat: toleret ministerium nostrum: quousq; si possumus illo adiuuante tractādo faciamus: vt vel omnes vel multi intelligant quod se pauci intellexisse letātur: quod aut dominus. [Ego sum lux mundi.] Clarum puto esse eis qui habent oculos: vnde huius lucis participes fiant. Qui autez non habēt oculos nisi in sola carne: mirantur quod dictuz est a domino iesu christo. Ego sum lux mūdi. Et forte non desit qui dicat apud semetipsum. Nunquid forte dominus christus est sol iste: qui ortu et occasu peragat diem? Non enim defuerūt heretici qui ista senserunt. Manichei solem istū oculis carneis visibilem: expositum et publicū non tantum hominibus sed etiam pecoribus ad videndum: christum dominum esse putauerūt. Sed catholice ecclesie recta fides improbat talecmentum: et diabolicam doctrinam esse cognoscit. Non soluz agnoscit credendo: sed in quibus potest conuincit etiā disputando. Improbemus itaq; huiusmodi errorem: quez sancta ab initio anathematizauit ecclesia. Nō arbitremur dominū iesum christum hunc esse solem quem videmus oriri ab oriēte: occidere in occidente. Cuius cursui nox succedit: cui⁹ radij nube vmbrantur: qui certo de loco in locum motione cōmigrat. Non est hoc domin⁹ christus. Non est domin⁹ christus sol factus: sed per quem sol fact⁹ est. Omnia enim per ipsum facta sunt et sine ipso factuz est nihil. Est ergo lux que fecit hanc lucem. Hanc amemus: hanc intelligere cupiamus: ipsam sitiamus: vt ad ipsam lucem aliquādo veniamus: ⁊ in illa ita viuamus: vt nunq; omnino moriamur. Ista enim lux est: de qua prophetia olim premissa ita ī psalmo cecinit. Homines ⁊ iumenta saluabis domine: sicut multiplicata est misericordia tua deus. Psalmi sancti ista verba sunt. Aduertite quid de tali luce antiquus sanctorum hominum dei sermo premiserit. Homines inquit et iumenta saluos facies domine sicut multiplicata ē misericordia tua de⁹. Quomodo emz deus es et habes multiplicem misericordiaz: peruenit eadē multiplicitas misericordie tue non solum ad homines quos creasti ad imaginem tuam: sed etiam ad pecora que hominibus subdidisti. A quo enim salus hominis: ab illo salus et pecoris. Nō erubescas hoc sentire de domino deo tuo? Immo presumas et fidas et caueas ne aliter sentias. Qui saluum facit te: ipse saluum facit equum tuum: ipse ouem tuam. Ad minima omnino veniamus: ipse gallinam tuam. Domini est salus: et ista deus saluat. Mouet te /interrogas: miror quid dubitas. Dedignabitur saluare: qui dignat⁹ est creare? Domini est salus. Angelorum hominum pecorū: domini est salus. Sicut nemo est a seipso ita nemo saluus ē a seipso. Proinde verissime psalm⁹ atq; optime ait: homines ⁊ iumenta saluos facies domine. Quare? Sicut multiplicata ē misericordia tua deus. Tu enī es deus: tu creasti: tu saluas: tu dediſti esse te das sanum eē. Si ergo sicut multiplicata est misericordia dei /ab illo homines et iumenta saluant: nonne homines habent aliquid aliud quod eis deus prestet creator: quod iumētis non prestet? Nulla ne discretio est inter animal factuz ad imaginem dei: et animal subditum imagini dei? Est plane. Preter salutem istam cōmunem nobiscum animantib⁹ mutis: est quod nobis prestet de⁹: illis autem non prestet. Quid est hoc? Sequere in eodem psalmo. Filij autem hominū sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Habentes modo salutē communem cum pecoribus suis: filij hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Aliam habent salutem in re: aliaz in spe. Salus ista que in presenti est: hominibus pecoribusq; communis est. Sed est alia quā sperant homines ⁊ accipiūt qui sperant /non accipiunt qui desperant. Filij autem hominum sub tegmine inquit alarum tuarum sperabunt. Qui autem perseuerant sperant: a te protegūtur ne de spe a diabolo deiciantur: sub tegmine alarum tuaruz sperabunt. Si ergo sperabūt /qđ sperabūt nisi q̄ pecora non habebūt? Inebriabunk ab vbertate dom⁹ tue et torrēte voluptatis tue potabis eos. Quale vinum est: vnde inebriari laudabile est? Quale vinū est? Qō non turbat sed dirigit mentē. Quale vinū est? Qō facit ppetuo sanū non inebriādo facit insanū. Inebriabunk.

Unde? Ab vbertate domus tue et torrēte voluptatis tue potabis eos. Unde? Quoniam apud te est fons vite. Ipse fons vite ambulabat in terra. Ipse dicebat: qui sitit veniat ad me.

C Ecce fons. Sed nos de lumine loqui ceperamus ꝛ proposita ex euangelio questionē de lumine tractabamus. Lecta est enim nobis dicente domino. Ego sum lux mundi. Inde questio: ne quis carnaliter sapiens solem istum intelligendū putaret. Uenimus inde ad psalmū Quo cōsiderato: inuenimus interim dominū fontem vite. Bibe et viue. Apud te inquit fons vite: ideo sub vmbraculo alarum tuarum sperabūt filij hominum / inebriari isto fonte querētes. Sed de lumine dicebamus: sequere ergo. Nam propheta cuz dixisset: apud te est fons vite: secutus adiunxit et in lumine tuo videbimus lumē: deum de deo: lumen de lumine. Per hoc lumen factū est solis lumen. Et lumen qō fecit solem: sub quo fecit ꝛ nos: factuz est sub sole propter nos. Factum est inq̄ propter nos sub sole lumen quod fecit solem. Noli contēnere nubem carnis. Nube tegitur / non vt obscuretur sed vttemperetur. Loquens ergo per nubem carnis lumē indeficiens: lumen scientie: lumen sapientie: ait hominibus. Ego sum lux mundi: ꝙ sequitur me non † ambulabit in tenebris sed habebit lumen vite. Quomodo te abstulit ab oculis carnis: ꝛ reuocauit ad oculos cordis? Non enim sufficit dicere: qui me sequitur nō ambulabit in tenebris sed habebit lumē: addidit enim vite. Sicut ibi dictum est / quomodo apud te est fons vite. Uidete itaq̄ fratres mei: quomodo verba domini cum illius psalmi veritate concordent: ꝛ tibi lumen positū est cum fonte vite: et a domino dictum est: lumē vite. In istis autem visibus corporalibus aliud est lumē: aliud fons. Fontez fauces querūt: lumen oculi. Quādo sitimus: querimus fontem. Quando in tenebris sumus: querimus lumē. Et si forte nocte sitiamus: lumen accendimus vt ad fontem veniam⁹. Non est sic apud deum. Quod lumē est: hoc est fons. Qui tibi lucet vt videas: ipse tibi manat vt bibas. Uidetis ergo fratres mei: videtis si intus videtis: quale hoc lumen est: de quo dominus dicit: qui me sequitur non ambulabit in tenebris. Sequere istum solem: videamus si non ambulabis in tenebris. Ecce oriendo exit a te. Ille cursu suo ad occidentez pergit: tibi forte ad orientem profectio est. Nisi tu in contrariam partē pergas: non qua ille tendit: sequendo eum profecto errabis: pro oriē te occidentem tenebis. Tu eum in terra si sequaris errabis. Nauta si eum in mari sequatur errabit. Postremo videtur tibi sequendum esse solem: et tendis etiam ipse ad occidentē quo et ille tendit. Uideamus cum occiderit: si non ambulabimus in tenebris. Unde quēadmodum ꝛ si nolueris eū deserere tu: ipse te deseret: seruitutis sue necessitate pagēs diē.

† Alia. lir. ambulat.

D Dominus autē noster iesus christus interim et cum per carnis nubem non omnibus apparebat: per sapientie potestatē omnia tenebat. Deus tuus vbiq̄ totus est. Si non ab illo facias casum: nunq̄ a te ipse facit occasuz. Qui ergo me inquit sequitur non ambulabit in tenebris: sed habebit lumen vite. Quod promisit / futuri temporis verbo posuit. Non enim ait habet: sed habebit lumen vite. Non ait tamen qui sequetur me: sed qui sequitur me. In eo quod facere debem⁹ / presens tempus posuit. Quod autem promisit facientibus: futuri tēporis verbo signauit. Qui sequitur habebit. Modo seqtur: post habebit. Modo sequitur per fidem post habebit per speciem. Q̄diu enim sumus in corpore ait apostolus: peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus non per speciem. Quando per speciem? Cum habuerimus lumen vite: cum ad illam visionem venerimus: quando nor ista transierit. De illo q̄ppe die qui exorturus est dictū est. Mane astabo tibi et contemplabor. Quid est mane? Transacta nocte seculi huius: transactis erroribus tentationum: superato illo leone qui nocte rugiens circūit quem deuoret querens. Mane astabo tibi et videbo. Nunc vero quid putamus fratres huic tempori cōgruere: nisi quod rursus in psalmo dicitur? Lauabo per singulas noctes lectuz meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Per singulas noctes inquit flebo in desiderio lucis ardebo. Uidet dominus desideriuz meum. Quomodo dicit illi alter psalmus. Ante te est omne desiderium meū: et gemitus meus a te non est abscōditus. Desideras aurum: videri potest. Querens enim aurum: manifestus eris hominibus. Desideras frumentum / interrogas qui habeat: ꝛ cupiens peruenire ad id quod desideras / indicas te. Desideras deum: quis videt nisi deus? A quo enī petis deū sicut panem: sicut aquam: sicut aurum: sicut argentum: sicut frumentum? A quo petis deum nisi a deo? Ipse petitur a seipso: qui promittit seipsum. Extendat anima cupiditatē suā et sinu capatiore querat comprehendere: quod oculus nō vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Desiderari potest / cōcupisci potest / suspirari potest / in illud potest digne cogitari et verbis explicari nō potest. Ergo fratres mei quod dominus breuiter ait. Ego sum lux mundi: qui me sequit non ambulabit in tenebris: sed habebit lumē vite. Quibus verbis aliud est quod iussit: aliud qō promisit. Faciam⁹ qō iussit: ne ipudenti fronte cōsideremus quod promisit: ne dicat nobis in iudicio suo. Fecisti enim quod iussi: vt petas quod promisi? Quid ergo iussisti domine de⁹ noster? Dicet tibi. Ut sequereris me. Consilium vite petisti. Cuius vite? nisi de qua dictum est: apud te est fons vite. Audiuit quidā: vade vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo ꝛ veni sequere me: tristis abscessit: non est secutus. Quesiuit magistrum bonum: interpellauit doctorē et contēpsit docentem. Tristis abscessit: ligatus cupiditatibus suis. Tristis abscessit: habēs grandem sarcinam auaricie super humeros suos. Laborabat / estuabat: et qui ab illo sarcinam deponere voluit: non est sequēdus putatus sed deserendus. Postea vero q̄ dominus per euangelium clamauit: venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos ꝛ discite a me quia mitis sum ꝛ humilis corde: q̄ multi fecerūt audito euāgelio / quod ex ore ipsi⁹ audito diues ille non fecit. Ergo modo faciamus: sequamur dominum: soluam⁹ compedes: quibus impedimur sequi. Et quis idoneus soluere tales nodos nisi ille adiuuet cui dictū est: dirupisti vincula mea? De quo alius psalmus dicit. Dominus soluet compeditos: dominꝰ eriget elisos. Et quid sequuntur soluti et erecti nisi lumen a quo audiunt / ego sum lux mundi: qui me sequitur non ambulabit in tenebris? Quia domin⁹ illuminat cecos. Illuminamur ergo modo fratres: habentes collyrium fidei. Precessit enim et⁹ salua cum terra: vnde inungeretur qui cecus est natus. Et nos de adā ceci nati sumus: illo illuminante opus habemus. Miscuit saliuam in terra / verbum caro factuz est et habitauit in nobis. Miscuit saliuam cum terra: ideo predictum est: veritas de terra orta est. Ipse autē dixit: ego sum via veritas et vita. Ueritate perfruemur cum videremus facie ad faciem: quia et hoc promittitur nobis. Nam quis auderet sperare: quod deus nō dignatus esset vel polliceri vel dare? Uidebimus facie ad faciē: apostolus dicit. Nunc scio ex parte / nunc in enigmate per speculum tūc autem facie ad faciem. Et iohannes apostolus in epistola sua. Dilectissimi nunc filij dei sumus: et nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit / similes ei erim⁹: quomodo videbimus eum sicuti est Hec est magna promissio. Si amas sequere. Amo inquis. Sed qua sequor? Si dixisset tibi dominus deus tuus / ego sum veritas et vita: desiderans veritatem: concupiscens vitam: viam qua ad hec peruenire posses profecto q̄reres et diceres tibi. Magna res veritas: magna res vita: si esset quomodo illuc perueniret anima mea. Queres qua? Audi eum dicentem primo: ego sum via. Anteq̄ diceret quo: premisit qua. Ego sum inquit via. Quo via? Et veritas ꝛ vita. Primo dixit qua venias: postea dixit q̄ venias. Ego sum via ego sum veritas: ego sum vita. Manens apud patrē: veritas et vita. Induens se carne: factus est via. Non tibi dicitur labora querendo viam: vt peruenias ad veritatem et vitam. Non hoc tibi dicitur. Piger surge: via ipsa ad te venit: et te de somno dormientem excitauit. Si tamen excitauit: surge et ambula. Forte conaris ambulare: et non potes quia dolent pedes. Unde dolent pedes? An iubente auaricia per aspera cucurrerūt? Sed deus verbum sanauit ꝛ claudos. Ecce inquis sanos habeo pedes: sed ipsam viā non video. Illuminauit et cecos. Hoc totum per fidez: q̄diu peregrinamur a domino manentes in corpore. Cum autem perambulauerimus viam et ad ipsam patriam peruenerimus: quid erit nobis letius? Quid erit nobis beatius? Quia nihil pacatius: nihil enim aduersus hominem rebellabit. Nunc vero fratres difficile sine rixa sumus. Ad concordiam qui-

E

F

Joh. ix.

j. Cor. xiij

Joh. xiiij.

ij. Cor. v.

Psalm. l.

Psalmo xxxvij.

dem vocati sumus: iubemur pacez habere inter nos: ad hoc conādū est oibusq̄ nitendū viribus: vt aliquādo perueniamus ad perfectissimā pacem. Modo aūt litigamus plerūq̄ cū eis: quib⁹ consulere volumus. Ille errat: tu vis ducere ad vitā. Resistit pagan⁹. Disputas ꝓtra errores idoloꝝ ⁊ demoniorū. Resistit hereticus. Disputas ꝓtra alias doctrinas demoniorū. Malus catholicus nō vult bñ viuere. Corripis etiā interiorē fratrem tuū: tecum manet in domo et pditas vias querit. Estuas quō illud corrigas: vt de illo bonam rationē dño amboruz reddas. Quante vndiq̄ rixarum necessitates? Plerūq̄ homo tedio affectus dicit apud semetipsuz. Quid mihi est pati cōtradictores: pati eos qui reddūt mala ꝓ bonis. Ego volo consulere: illi volunt perire. Consummo vitā meā litigando: pacē non habeo. Inimicos insup facio quos amicos habere deberem: si benuolentiam consulētis attenderent. Quid mihi est ista perpeti? redeā ad me: mecum ero deum meū inuocabo. Redi ad teipsum: ibi inuenies rixam. Si cepisti deum sequi: ibi inuenis rixam. Quā rixam inquis

Roñ. vij. inuenio? Caro concupiscit aduersus spiritum: ⁊ spiritus aduersus carnem. Ecce tuipse es: ecce tu solus es: ecce tecū es: ecce alium nullū hominem pateris. Sed vides aliam legez in mēbris tuis repugnantem legi mentis tue: et captiuantez te in lege peccati que est in membris tuis. Exclama ergo ⁊ a rixa interiore clama ad deum: vt tibi pacificet te. Miser ego homo: q̄s me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per iesum christum dominū nostrum: quia qui me inquit sequitur non ambulabit in tenebris sed habebit lumē vite. Finita tota rixa / īmortalitas consequetur: quia nouissima inimica destruetur mors. Et qualis pax erit? Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: ⁊ mortale hoc induere immortalitatē. Quo vt veniamus q̄ tunc erit in re: nunc sequa-

Johā. viij mur in spe eum qui dixit. Ego sum lux mundi: qui me sequit̄ non ambulabit in tenebris sed habebit lumen vite.

Tractatus. xxxv.

¶ Dixerunt ergo ei pharisei tu de teipso testimonium perhibes testimoniū tuum non est verum. Respondit iesus ⁊ dixit eis et si ego testimoniuz perhibeo de meipso verum est testimoniū meum quia scio vnde veni ⁊ quo vado vos autem nescitis vnde venio aut quo vado.

A DE verbis dñi nostri iesu xp̄i vbi ait. Ego sum lux mundi qui me sequitur non ambulabit in tenebris sed habebit lumen vite: hesterno die qui affuistis diu disputatum esse meministis. Et si adhuc veltmus de illo lumine disputare diuloqui possumus. Nam non possumus explicare cōpendio. Itaq̄ fratres mei sequamur christum lumē mundi: ne ambulemus in tenebris. Tenebre metuende sunt morū: non oculorum. Et si oculorū / non exteriorum sed interiorū. Unde discernitur non album et nigrū / sed iustum et iniustū. Cum hec ergo dixisset dominus noster

† Textus hz dixerūt ḡ ei pharisei. iesus christus. †[Responderūt iudei: Tu de teipso testimonium †dicis: testimonium tuū non est verum. Anteq̄ veniret dom⁹ noster iesus christus: multas ante se lucernas prophetas accendit ⁊ misit. De his etiam erat iohānes baptista: cui tam magnū ipsum lumē quod est dominus christus / perhibuit testimonium: quale nulli hominum. Ait enim. In

†Alia lit. perhibes. natis mulierum: non surrexit maior iohāne baptista. Dic tamen quo nemo erat maior in natis mulierū: dicit de domino

Johan. j. iesu christo. Ego quidem baptizo vos in aqua. Qui aūt venit fortior me est: cuius nō sum dignus calciamentū soluere. Videte: quēadmodū se lucerna diei submittat. Lucerna ve-

Johā. v. ro ipsum iohannem fuisse dominus ipse testatur. Ille erat inquit lucerna ardens et lucens: et vos voluistis ad horā exultare in lumine eius. Quādo aūt dixerūt iudei domino: dic nobis in qua potestate ista facis: sciens dominus quia iohānem baptistā ꝓ magno habebant et q̄ ipse quē ꝓ magno habebant / eis de domino testimoniū perhibuisset respondit eis. Interrogabo ⁊ ego vos vnū sermonem dicite mihi. Baptismū iohannis vnde est de celo an ex hominibus? Turbati illi intra semetipsos cogitabant quia si dicerēt ab hominibus: lapidari possent a turba: que iohannē ꝓphetā esse credebant. Si dicerent de celo: responderet eis. Ille quē confitemini de celo habuisse ꝓphetiam mihi testimoniū perhibuit: et ab illo audistis in qua ego ista faciam potestate. Viderunt ergo quodlibet horū respondissent in laqueos se casuros: et dixerunt. Nescimus. Et dominus eis. Nec ego dico Mat. xxj. vobis: in qua potestate ista facio. Nō vobis dico quod scio: quia non vultis fateri q̄ scitis. Justissime vtiq̄ repulsi: confusi absceserūt. Et implet̄ est quod in psalmo per ꝓphetam dicit deus pater: paraui lucernam christo meo: id est ip- Pš. cxxxj sum iohannē. Inimicos eius induā confusione: super ipsum autez efflorebit sanctificatio mea. Habebat ergo dom⁹ iesus christus testimonium ꝓphetarū ante se ꝓmissorum: ꝓconum iudicem ꝓcedentium. Habebat testimonium a iohanne: sed ipse maius testimoniuz erat q̄ sibi perhibebat Illi autem infirmis oculis lucernas querebant: quia dicē fere non poterāt. Nam iohannes idēipse apostolus cuius euā B gelium in manibus habemus: in ipsius euangelij sui capite ait de iohanne. Erat homo missus a deo: cui nomē erat iohā Johan. j. nes. Hic venit vt testimonium perhiberet de lumine vt omnes crederent per eum. Non erat ille lumē: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lumen verū: quod illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. Si omnem: ergo et iohannē. Unde dicit et ipse iohannes. Nos omnes de ple- Ubi. ꝑ. nitudine ei⁹ accepimus. Discernite ergo ista vt pficiat mēs vestra in fide christi. Ne semper infantes sitis vbera querentes et a cibo solido resilientes. Debetis apud matrem sanctā ecclesiā christi nutriri et ablactari: et ad escas solidiores accedere mente non ventre. Hoc ergo discernite: aliud esse lumen quod illuminatur: aliud q̄ illuminat. Nam et oculi nostri lumina dicuntur: et vnusquisq̄ ita iurat tangens oculos / pateant et luceant tibi. Non vtiq̄ possunt. Quomodo ergo ista in facie que habemus et lumina nūcupamus et quando sana sunt et quando patent / indigent extrinsecus adiutorio luminis: quo ablato ⁊ nō illato / sana sunt / aperta sunt nec tamen vident: sic mens nostra que est oculus anime: nisi veritatis lumine radietur et ab illo qui illuminat nec illuminatur mirabiliter illustretur: nec ad sapientiam nec ad iusticiā poterit peruenire. Ipsa est enī vita nostra iuste viuere. Quo modo autem non offendit in via: cui non lucet lumen? Ac per hoc in tali via videre opus est: ī tali via videre magnum est. Nam thobias in facie oculos clausos habebat / et filius patri manum dabat: pater filio viam preciptendo monstrabat. Responderunt ergo iudei. Tu de te testimonium dicis. Testimonium tuū non est verum. Videamus quid audiant: audiamus et nos: sed non sicut illi. Illi contēnentes: nos credē- C tes. Illi occidere christum volentes: nos per christum viuere cupientes. Interim ista distantia distinguat aures mēteſq̄ nostras: et audiamus quid responderit dominus iudeis.

[Respondit iesus ⁊ dixit eis. Et si ego † de me testimonium †Alia. lit. de meipso. perhibeo verum est testimonium meū. Quia scio vnde veni et quo vado.] Lumen et alia demonstrat et seipsum. Accendis lucernam (verbi gratia) vt queras tunicam: et prestat tibi ardens lucerna vt inuenias tunicam. Nunquid accendis lucernam: vt videas ardentem lucernam? Lucerna quippe ardens / idonea est ꝛ alia que tenebris operiebantur nudare: et seipsam tuis oculis demonstrare. Sic ⁊ dominus christ⁹ / et inter fideles suos et inimicos iudeos / tanq̄ inter lucem et tenebras distinguebat: tanq̄ inter illos quos radio fidei perfundebat / et illos quorum clausos oculos circūfundebat. Nā et iam sol iste: et videntis faciem illustrat et ceci. Ambo pariter stantes ⁊ faciem ad solem habentes illustrantur in carne: sed non ambo illuminantur in acie. Videt ille: sed ille non videt. Ambobus sol presens est: sed presente sole vnus absens. Sic et sapiēa dei verbum dei dominus iesus christus vbiq̄ presens est: quia vbiq̄ est veritas: vbiq̄ est sapiētia. Intelligit quis in oriente iusticiā: intelligit alius in occidente iusticiam. Nunquid alia est iusticia quā ille intelligit: alia quā iste? Separati sunt corpore: et in vno habent acies mentium suarum. Quā video iusticiam hic constitutus si iusticia est: ipsam videt iust⁹ nescio quot māsionib⁹ a me carne seiūct⁹: ⁊ in illi⁹ iusticie luce ꝓfuct⁹. Ergo testimoniū sibi phibet lux: aperit sanos oculos: ⁊ sibi ipsa testis ē vt cognoscat lux. Sed q̄d agim⁹ de infidelib⁹? Nunq̄d illis nō est presens? Est ꝓ-

sens et illis: sed quibus eam videant: oculos non habent cordis. Audi de illis ex euangelio ipso prolatam sententiaz. Et lux lucet in tenebris: et tenebre eā non cōprehenderunt. Ergo ait dominus: verū ait. Et si ego de me testimoniū perhibeo: verum est testimoniū meum. Quia scio vnde veni: et quo vado. Patrem volebat intelligi: patri gloriam dabat filius. Equalis glorificat eum a quo est missus: cūtum debet homo glorificare eū a quo est creatus? Scio enim vnde veni et quo vado. Iste qui in presentia vobis loquitur / habet cōnon deseruit: sed tamen venit. Non enī veniendo inde discessit: aut redeūdo nos reliquit. Quid miramini? Deus est: non potest hoc fieri / sed ab homine / non pōt hoc fieri / ab ipso sole. Quādo pergit ad occidentē / deserit oriētem: et donec oriturus redeat ad orientem / non est in oriente. Dominus autē noster iesus christus et venit et ibi est: et rediit et hic est. Audi ipm euāgelistam alio loco dicentē: et si potes cape: si nō potes crede. Deum inquit nemo vidit vnq̄ nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris / ipse enarrauit. Non dixit fuit in sinu patris: q̄ si veniendo deseruerit sinū patris. Hic loquebat: et ibi se esse dicebat. Qui et hinc discessurus q̄d dixit? Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq̄ ad consummationez seculi. Ergo verum est testimoniū luminis siue se ostēdat siue alia. Quia sine lumine nō potes videre lumē: et sine lumine nō potes videre quodlibet aliud qō non est lumen Si idoneum est lumē ad demonstranda ea que non sunt lumina: nunquid in se deficit. Nunquid se non aperit sine quo alia patere non possunt? Locutus est propheta verum: sed vnde haberet nisi de fonte hauriret? Locutus est iohannes verū: sed vnde locutus est / ipsum interroga. Nos inquit de plenitudine eius accepim⁹. Ergo idoneus est dom⁹ noster iesus christus: qui sibi perhibebat testimoniū. Sed plane fratres mei: in nocte hui⁹ seculi audiamus et prophetiā intente. Modo enim ad fragilitatem nostram nocturnasq̄ cordis nostri intimas tenebras: humilis voluit venire dom⁹ noster. Homo venit contenēdus et honorandus: venit negandus et confitendus. Contēnendus et negandus a iudeis: honorādus et confitend⁹a nobis. Judicandus iniuste: iudicaturus iuste. Talis ergo venit: vt oporteret ei lucernam testimoniū perhibere. Nūquid opus erat vt iohannes tanq̄ lucerna perhiberet testimoniū diei: si dies ipse ab infirmitate nostra posset videri? Sed nō poteramus. Infirmus factus est infirmis. per infirmitatem sanauit infirmitatem. Per mortalez carnem carnis abstulit mortem. De corpore suo collyrium fecit luminibus nostris. Quia ergo dom⁹ venit et in nocte seculi adhuc sum⁹: oportet vt et prophetias audiamus. Nam de prophetia conuincimus contradicentes paganos. Quid est christus dicit paganus? Cui respondemus. Quē prenunciauerūt prophete. Et ille. Qui ,pphete? Recitamus esaiā / danielē / hieremiā / alios sanctos prophetas: dicimus q̄ longe ante illum venerint: q̄to tempore aduentum eius precesserint. Hoc ergo respondemus. Preuenerunt cū prophete: predixerunt eū esse venturum. Respondet aliquis eorū. Qui prophete? Nos recitamus: qui nobis quotidie recitātur Et ille. Qui sunt hi ,prophete? Nos respondemus. Qui et predixerūt ea: que fieri videmus. Et ille. Vos inquit vobis ista finxistis. Vidistis ea fieri: et quasi ventura que predicta sunt essent: in libris quib⁹ voluistis cōscripsistis. Hic cōtra inimicos paganos: occurrit nobis aliorum testimoniū inimicorum. Proferimus codices a iudeis: et respondemus. Nempe vos et illi / fidei nostre estis inimici: ideo sparsi sunt per gentes vt alios ex alijs conuincamus inimicis. Codex esaie proferatur a iudeis: vt deamus si non ibi lego. Sicut ouis ad imolandum duct⁹ est: et sicut agnus coram tondēte fuit sine voce: sic non aperuit os suum. In humilitate iudiciū eius sublatum est. Liuore eius sanati sumus. Omnes vt oues errauimus: et ipse traditus est pro peccatis nostris. Ecce lucerna vna. Alia proferat. Psalmus aperiatur: etiā inde predicta passio christi recitet. Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerūt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerūt me: diuiserūt omnia vestimenta mea: et super vestimentum meum miserunt sortem. Apud te laus mea: in ecclesia magna confitebor tibi. Cōmemorabuntur et cōuertentur ad dominū: vniuersi fines terre. Et adorabūt in conspectu eius vniuerse patrie gentiū: quia domini est regnum et ipse dominabitur gentium. Erubescat vnus inimicus: q̄ codicem ministrabat alius inimicus. Sed ecce de codicibus prolatis / ab vno inimico alterum vici: et ipse qui mihi codicem protulit non relinquatur. Ab illo proferatur: vnde et ipse vincatur. Lego alium prophetam: et inuenio dominū loquentem ad iudeos. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus / nec accipiam sacrificiū de manib⁹ vestris: quomodo ab ortu solis vsq̄ ad occasum sacrificium mundū offertur nomini meo. Non venis iudee ad sacrificiū mundum? Conuinco te immundū. Ecce et lucerne perhibēt testimonium diei propter infirmitatē nostram: quia diei claritatem tolerare et videre non possumus. Nam et nos ipsi christiani: in comparatione quidem infidelium lux iam sum⁹. Unde dicit apostolus. Fuistis enī aliquando tenebre nunc autē lux in domino: sicut filij lucis ambulate. Et alibi dixit. Nox precessit dies autem appropinquabit: abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. Tamē quia in cōparatione illius lucis ad quā venturi sumus / adhuc nox est etiaz dies in quo sumus: audi petrum apostolū. Delatam dicit domino christo voce de magnifica potestate. Tu es filius meus dilect⁹: in quo bene cōplacui. Hanc vocez inquit nos de celo audiuimus delatam: cum essemus cū illo in mōte sancto. Sed quia nos nō ibi fuimus et istam vocem de celo tunc non audiuimus: ait ad nos ipse petrus. Et habemus certiorem prophetice sermonem. Preuidens enim dominus iesus christus impios quosdam futuros qui miraculis eius calūniarentur magicis artibus ea tribuēdo: prophetas ante premisit. Nunquid enim si magus erat et magicis artibus fecit vt coleretur: et mortuus magus erat anteq̄ natus? Prophetas audi o hō mortue et vermescendo calūniose. Prophetas audi / lege / audi quia ante dominū venerunt. Habemus (inquit apostolus petrus) certiorem propheticum sermonē cui benefacitis attendentes sicut lucerne i obscuro loco: donec dies luceſcat et lucifer oriatur in cordibus vestris. Quādo ergo dominus iesus christ⁹ venerit: et sicut dicit apostolus etiam paulus: illuminauerit occulta tenebrarum et manifestauerit cogitationes cordis vt laus sit vnicuiq̄ a deo: tūc presente tali die lucerne nō erunt necessarie. Non legetur nobis propheta: non aperiet⁹ codex apostoli: non requiretur testimoniū iohannis: non ipso indigebimus euangelio. Ergo omnes scripture tollentur de medio que nobis in huius seculi nocte tanq̄ lucerne accendebātur: ne in tenebris remaneremus. Istis omnib⁹ sublatis / ne quasi nobis luceant indigentibus / et ipsis hominibus dei p quos hec ministrata sunt / nobiscum lumē illud verum clarūq̄ videntib⁹: remotis ergo his adiumentis quid videbim⁹? Unde pascetur mens nostra? Unde obtutus ille letabitur? vnde erit illud gaudiū: quod nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit? Quid videbimus? Obsecro vos amate mecum: currite credendo mecum: patriam supernā desideremus: superne patrie suspiremus: peregrinos nos esse hic sentiam⁹. Quid tunc videbimus: dicat: nunc euāgelium. In principio erat verbum: et verbum erat apud deū: et deus erat verbum. Unde tibi ros insperſus est ad fontem venter. vnde radius per obliqua et p anfractuosa tibi ad cor tenebrosum missus est / nudam ipsam lucem videbis: cui vidende ferendeq̄ mundaris. Dilectissimi q̄ō et hesterno commemorauit: iohannes ipse dicit. Filij dei sumus: et nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cū apparuerit similes ei erim⁹: quomodo videbimus eū sicuti est. Sentio vestros affect⁹ attolli mecū in superna: sed corpus quod corrūpit⁹ aggrauat animā: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Depositurus sum et ego codicem istum: discessuri estis et vos quisq̄ ad sua. Bene nobis fuit in luce cōmuni: bene gauisi sumus: bene exultauimus: sed cū ab inuicem recedimus / ab illo non recedamus.

Johan.j. Johan.j. Matth. xxviij. Esa.liij. Ps̄. xxj. Walach.j Matth.iij ij. Petri.j Sapien.j. Johan.j.

Tractatus.xxxvj.

Vos secūdum carnem iudicatis ego non iudico quemq̄ et si iudico ego iudicium meū verum est quia solus non sum sed ego et qui misit me pater: et in lege vestra scriptū est quia duorum hominū testimonium verum est. Ego sum qui testimoniū perhibeo de meipso et testimoniū perhibet de me

Expositio diui Augustini In euangeliū scdm Johānē

qui misit me pater.

A

IN quattuor euangelijs vel potius quattuor libris vnius euangelij: sanctus iohannes apostolus non immerito fm intelligētiam spiritualē aquile comparatus: altius multoq; sublimius alijs trib⁹ erexit predicationem suā: et in eius erectione etiā corda nostra erigi voluit. Nam ceteri tres euangeliste tanq; cum homine domino in terra ambulabant: de diuinitate eius pauca dixerunt: istum autē quasi piguerit in terra ambulare: sicut ipso exordio sui sermonis intonuit: erexit se non solū super terrā et super omnem ambitum aeris ⁊ celi: sed super omnem etiā exercitum angelorū: omnemq; constitutionē inuisibiliū potestatū: ⁊ peruenit ad eum per quē facta sunt omnia / dicēdo.

Johan.j. In principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deū: ⁊ deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factū est. Huic tante sublimitati pn cipij: etiā cetera congrua predicauit: ⁊ de domini diuinitate quomodo nullus alius est locut⁹. Hoc ructabat: qō biberat. Non enim sine causa de illo in isto euāgelio narratur: q⁊ in conuiuio super pect⁹ domini discūbebat. De illo ergo pectore in secreto bibebat. Sed quod in secreto bibit / i manifesto eructauit. Ut queniat ad omnes gentes non solū incarnatio filij dei: passio ⁊ resurrectio: sed etiā qō erat ante incarnationem: vnicus patri: verbum patris: coeternus generāti: equa-

Joh. xiiij. lis ei a quo missus est: sed i ipsa missione minor fact⁹ quo maior esset pater. Quicquid ergo humiliter positum auditis de domino iesu christo: suscipite carnis dispensationē. Cogitate qualis fact⁹ est propter nos non qualis erat vt faceret nos. Quicquid autē sublime et supra omnes creaturas excelsum atq; diuinum ⁊ patri equale atq; coeternū de illo audieritis in euangelio poni vel legeritis: scitote vos hoc legere qō ad formam dei pertinet nō quod ad formā serui. Quia si istā regulam tenueritis qui capere potestis: non autē omnes capere potestis sed omnes credere debetis. Si ergo hanc regulā tenueritis aduersus calūnias tenebrarum hereticarū tanq; in lumine ambulantes securi pugnabitis. Non enī defuerūt qui sola euāgelica testimonia legēdo sectarenk que de humilitate christi posita sūt: qui aduersus ea testimonia que de diuinitate ei⁹ locuta sunt surdi fuerunt. Ideo surdi vt male verbosi. Item quidā illa sola attēdentes que de domini sublimitate dicta sunt: etiam ipsi misericordiā eius qua homo fact⁹ est propter nos ⁊ si legerunt non credi derunt: ⁊ ab hominib⁹ inducta atq; falsa esse putauerūt: contēdentes deum tantum modo fuisse dominū nostrum christum: nō etiā hominē. Alij sic alij sic: vtriq; in erroze. Catholica aūt fides ex vtroq; verum tenens qō tenet: ⁊ predicans quod credit: et deū christū intellexit: ⁊ hominē credidit. Utrūq; enim scriptū est: ⁊ vtrūq; verum est. Si deū tantum dixeris christum: medicinā negas qua sanatus es Si hominē tantum dixeris christū: potentiam negas qua creat⁹ es. Utrūq; igitur tene anima fidelis ⁊ cor catholicū / vtrūq; tene: vtrūq; crede: vtrūq; fideliter confitere. Et deus christus est: ⁊ homo christus. Qualis de⁹ christus? Eq̄lis patri: vnus cū patre. Qualis homo christ⁹? De virgine nat⁹ trahens de homine mortalitatē: non trahēs iniquitatem. Isti ergo iudei videbant hominē: nec intelligebant nec credebāt deum. Atq; inter cetera audistis iam quē-

B admodum ei dixerunt. Tu de teipso testimoniū dicis: testimonium tuū non est verum. Audistis etiā quid ille respondert: cum hesterno die lectum esset ⁊ pro nostris viribꝰ disputatum. Hodie verba eius hec locuta sunt: [vos fm carnē iudicatis.] Ideo iquit mihi dicitis: tu de te testimoniū dicis: testimoniū tuum non est verū: quia fm carnem iudicatis quia deum non intelligitis: ⁊ hominē videtis: ⁊ hominem pseqē do / deū latentē offenditis: ergo fm carnem iudicatis. Ideo vobis arrogans videor: quia ego testimoniū perhibeo. Om-

Prouerb. nis enī homo quādo de se perhibere vult testimoniū laudaxxvij. bile: arrogans et superbus videtur. Ideo scriptum est. Non te laudet os tuum: sed laudet te os proximi tui. Sed hoc homini dictum est: infirmi enim sumus ⁊ apud infirmos loquimur: verum dicere et mentiri possumus: et si verū dicere debemus et mentiri tamē possumus cuz volumus. Lux mentiri non potest. Absit vt in lucis diuine splendoze: tenebre mendacij reperiātur. Loquebatur ille tanq; lux: loquebat tanq; veritas: sed lux in tenebris lucebat et tenebre eam non comprehenderunt. Ideo fm carnez iudicabant. Vos inquit fm carnem iudicatis: ego non iudico quemq;.] Non ergo iudicat quemq; dominus iesus christus? Nonne ipse est quē cōfitemur resurrexisse tertia die: ascendisse in celum: ubi sedere ad dexteram patris: inde esse venturū ad iudicandos viuos et mortuos? Nonne ipsa est fides nostra de qua dicit apostolus: corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad sa- ij. Timo. iiij.
lutem? Ergo quando ista confitemur: contra dominum loq- Joh. iij.
mur? Nos dicimus venturuz iudicem viuorū et mortuorū: ipse autem dicit / ego nō iudico quemq;: id est modo: sicut dicit alio loco: ego non veni vt iudicem mundum sed vt saluum faciam mundū: non iudicium suum negando sed differendo. Aut certe quia dixerat: vos fm carnem iudicatis: ita subiunxit: ego non iudico quēq; vt subaudias / fm carnem. Nullus ergo nobis contra fidem quā tenemus ⁊ annūciamus de iudice christo scrupulus dubitationis in corde remaneat. Venit christus sed primo saluare postea iudicare: eos iudicādo in penam qui saluari noluerunt: eos perducendo ad vitam q̄ credendo salutem non respuerunt. Prima ergo dispensatio domini nostri iesu christi medicinalis est nō iudicialis. Nā si primo venisset iudicaturus: neminē inuenisset cui premia iusticie redderet. Quia ergo vidit omnes peccatores et omnino neminem esse immunem a morte peccati: prius erat ei⁹ misericordia prerogāda: et post exercendum iudicū. Quia Pś. c.
de illo cantauerat psalmus. Misericordiam ⁊ iudicium cantabo tibi domine. Non enim iudicium ait et misericordiam. Naz si primo esset iudicū: nulla esset misericordia. Sed primo misericordia: postea iudicium. Que est primo misericordia? Creator hominis / homo esse dignat⁹ est: factus est qō fecerat: ne periret quod fecerat. Quid huic misericordie addi potest? Et tamen addidit. Parum fuit ei hominem fieri: sed etiam ab hominibus reprobari. Parum fuit reprobari / et exhonorari. Parum erat exhonorari / et occidi. Sed hoc parum est / morte crucis? Nam et cum eius obedientia vsq; ad mortem factam cōmendaret apostolus: parum illi fuit di- C
cere: factus obediens vsq; ad mortem: non enim qualēcunq; Phil. ij.
mortem: sed addidit / mortem autem crucis. Illa mors pessima: nihil fuit: inter omnia genera mortium. Denīq; vbi dolores acerrimi exagitant: cruciatus vocatur / a cruce nominatus. Pendentes enim in ligno crucifixi: clauis ad lignū pedibus manibusq; configi: producta morte nec abantur. Non enī crucifigi hoc erat occidi / sed diu viuebatur in cruce. Nō quia longior vita eligebatur sed quia mors ipsa protēdebatur: ne dolor citius finiretur. Mori voluit pro nobis: parum dicimus crucifigi dignatus est: vsq; ad mortem crucis obediens fact⁹. Elegit extremum et pessimū genus mortis: qui omnem fuerat ablaturus mortez De morte pessima: occidit omnem mortem. Pessima enim erat non intelligentibus iudeis: nam a domino electa erat. Ipsam enim crucē suam signuz habiturus erat: ipsam crucē de diabolo superato tanq; tropheum in frontib⁹ fidelium positurus: vt diceret apostolus. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri ie- Gal. vj.
su christi: per quē mihi mundus crucifixus est et ego mūdo. Nihil erat tunc in carne intolerabilius: nihil est nunc in fronte gloriosius. Quid seruat fideli suo: qui talem honorē dedit supplicio suo? Denīq; modo in penis reorū non est apud rhomanos. Ubi enim domini crux honorata est: putatū est qō t reus honoraretur si crucifigeretur. Qui ergo ideo venit / neminē iudicauit: et mala passus est. Pertulit iniustū iudiciū vt ageret iustum. Sed in eo quod pertulit iniustū: misericor die fuit. Denīq; ita humilis factus est: vt peruenire tad crucem: distulit quidem potēt iam: sed publicauit misericordiā. Unde distulit potentiaz? Quia de cruce noluit descendere: qui potuit de sepulchro resurgere. Unde publicauit misericordiaz? Quia pendens in cruce dixit. Pater ignosce illis: quia nescunt quid faciunt. Siue ergo propter hoc quia non venerat iudicare mundum sed saluare mundum / dixit: ego non quemq; iudico: siue quēadmoduz cōmemoraui quomodo dixerat / vos fm carnem iudicatis: addidit: ego non iudico quemq;: vt intelligamus christum non fm carnem iudicare sicut ab hominib⁹ iudicatus est. Nam vt agnoscatis iam et iudicem christuz: audite quod sequitur. [Et si iudico ego iudicium meū verum est.] Ecce habes et iudicē. Sed agnosce saluatorem: ne sentias iudicem. Quare autem dixit iudi-

cium suum verum esse? [Quia solus inquit non sum sed ego
D et qui misit me pater.] Dixi vobis fratres: quia iohannes
iste euangelista sanctus multum alte volat. Vix est eū mente
comprehendere. Mysterium autē altius volantis: opus
Ezech.j. est vt cōmemorem charitati vestre. Et apud ezechielem pro
Apoc.iiij. phetam in apocalysi ipsius iohannis cuius est hoc euangelium cōmemoratur animal quadrupes habēs quattuor personas: hominis: vituli: leonis: aqle. Qui ante nos scripturarum sanctarū mysteria tractauerūt: pleriq; in hoc animali: vt potius in hjs aīalibus quattuor euangelistas intellexerunt.
Leonē pro rege positus: quomodo videt leo rex esse quodāmodo bestiarū propter potentiam ꝛ terribilem fortitudinē.
Hec persona tributa est matthēo: q; in generationibus dūi / regum ferie prosecutus est: quē admoduz esset dominus per stirpem regiā de semine dauid regis. Lucas aūt quomodo cepit a sacerdotio zacharie sacerdotis / faciēs mentionē patris iohannis baptiste: vitulo deputatus est q; magna victima vitulus erat in sacrificijs sacerdotū. Marco homo christus merito assignat? est: quia neq; de regia potestate aliqd dixit / neq; de sacerdotali cepit: sed tantū ab homine christo exorsus est. Hi omnes prope de terrenis: id est de his que in terra gessit dominus noster iesus christus nō recesserūt. De diuinitate ei? perpauca locuti sunt tanq; in terra cū illo ambulantes. Restat aquila ipse est iohannes sublimiū predicator ꝛ lucis interne atq; eterne fixis oculis contēplator. Dicūtur enim et pulli aquilarū a parentib? sic probari: patris scilicet vngue suspēdit ꝛ radijs solis opponi: qui firme contēplatus fuerit filius agnoscitur. Si acie palpitauerit: tanq; adulterinus ab vngue dimittitur. Jam ergo videte q; sublimia loE qui debuit: qui est aquile cōparatus. Et tamē etiam nos humi repētes: infirmi ꝛ vix vllius momenti inter homines: audemus tractare ista ꝛ ista exponere. Et putamus nos aut capere posse cū cogitamus aut capi dū dicimus. Quare ista dixi? Forte enī post hec verba quisq; mihi iuste dicat: pone ergo codicē. quod excedit mensurā tuam: quid sumis in manū tuā? quid ei cōmittis linguā tuam? Ad hoc respondeo. Multi heretici abundāt: et ad hoc eos deus abūdare permisit ne semp lacte nutriamur: et in bruta infantia remaneamus. Qui enī non intellexerūt quomodo cōmendaretur diuinitas christi: sapuerunt sicut voluerunt. Non autē recte sapiendo: fidelibus catholicis questiones molestissimas intulerunt. Cepe runt exagitare ꝛ fluctuare corda fideliū. Jam tūc necessitas facta est spiritualib? virīs qui aliquid fm diuinitatē domini nostri iesu christi non solū legerant in euangelio: sed etiā intellexerant: vt contra arma diaboli christi arma proferrent: et de christi diuinitate aduersus falsos fallacesq; doctores quantū possent viribus apertissima cōflictatione pugnarēt: ne cum ipsi tacerent: alij perirent. Quicunq; enim senserunt dominum nostrum iesum christum aut diuerse substātie esse q; pater est: aut tātum esse christum solū vt ipse sit pater / ipse sit filius / ipse sit spiritus sanctus: quicunq; etiam sentire voluerunt hominē fuisse solum: non deū factum hominem: aut ita deum vt in sua diuinitate mutabilez: aut ita deum vt non et hominem: a fide naufragauerunt et de portu ecclesie projecti sunt: ne inquietudine sua naues secū positas frangerēt. Que res coegit vt etiam nos minimi ꝛ quantū ad nos pertinet prorsus indigni / q̄tum autē ad illius misericordiā in alt quo dispensatorum eius numero constituti: non vobis taceamus qō aut intelligatis mecūq; gaudeatis: aut si intelligere nondum valetis: credēdo securi in portu maneatis. Dicā ergo: capiat qui potest: credat qui non potest. Tamen dicā qō dit dominus: vos fm carnem iudicatis ego non iudico quēq; aut modo aut fm carnem. Sed et si ego iudico: iudicium meū verum est. Quare iudiciū meum veruz est? Quia solus
F non sum inquit: sed ego et qui misit me pater. Quid ergo domine iesu? Si solus esses falsum esset iudiciuz tuum: et ideo verum iudicas quia solus non es: sed tu et qui te misit pater. Quid respōsurus sum: ipse respondeat. Verū est inquit iudicium meū. Quare? quia solus non sum: sed ego ꝛ qui misit me pater mecū est. Si tecum est: quomodo te misit? Et te misit: et tecum est. Jtane ꝛ missus non recessisti: ita ne ꝛ ad nos venisti: et ibi mansisti? Quomodo istud creditur: quomodo capitur? Ad hec duo respōdeo. Quomodo capitur: recte dicis. Quomodo credit: non recte dicis. Immo ideo bene creditur: quia nō cito capitur. Nam si cito caperetur: non opus erat vt crederet quia videretur. Jdeo credis quia nō capis. Sed credēdo sis idoneus vt capias. Nam si nō credis: numq; capies: quia minus idoneus remanebis. Fides ergo mūdatte: vt intellectus impleat te. Verū est inquit iudiciū meū: quia solus nō sum: sed ego ꝛ qui misit me pater. Ergo domine deus noster iesu christe: missio tua: incarnatio tua est. Sic video: sic intelligo. Postremo sic credo: ne arrogātie sit dicere sic intelligo. Prorsus et hic est domin? noster iesus christus. Immo hic erat fm carnē: modo hic est fm diuinitatez: et cum patre erat et a patre nō recesserat. Quod ergo dicitur missus venisse ad nos: incarnatio ipsius cōmendatur: q; pater non est incarnatus. Nam sabelliam dicti sunt quidā heretici qui vocātur et patripassiani: qui dicunt ipsum patrē passum fuisse. Noli tu catholice. Si enī fueris patripassianus: non eris sanus. Ergo intellige missionem filij nominatā / incarnationē filij. Patrem autem incarnatuz esse non credas. Sed et a filio incarnato patrē recessisse non credas. Ille carnem portabat: ille autē cum filio erat. Si in celo pater: in terra fili?: quomodo pater cum filio erat? Quia ꝛ pater et filius vbiq; erant. Non enī in celo sic est deus: vt nō sit in terra. Audi illū qui volebat fugere iudiciū dei: ꝛ non inueniebat qua. Quo ibo inquit a spiritu tuo: ꝛ a facie tua quo fugiā? Si ascē Psalmo
dero in celum tu ibi es. De terra erat questio: audi quod se- cxxxviij.
quitur. Si descēdero in infernum ades. Si ergo ꝛ in infernū dicitur q; assit: quid rerum remanet vbi nō sit? Vox enim dei
est apud prophetam. Celū ꝛ terram ego impleo. Vbiq; ergo Hieremi.
est: qui nullo claudit loco. Noli ab illo auerti: et recuz est. Si xxiij.
vis ad eum puenire: noli piger esse amare. Non enim pedib? sed affectibus curris: vno loco manens venis / si credis ꝛ diligis. Ergo vbiq; est. Si vbiq; est: quomodo cū filio non est. Jta ne cum filio nō est: qui si credis ꝛ tecum est? Unde ergo verum est iudiciū eius: nisi quia verus est filius? Hoc enim dixit. Et si iudico verū est iudicium meū: quia solus nō sum sed ego ꝛ qui misit me pater. Tanq; dicer et. Verum est iudiciuz meū: quia filius dei sum. Unde probas: quia filius dei es? Quia solus non sum: sed ego ꝛ qui misit me pater. Erubesce sabelliane. Audis filiuz: audis patrem. Pater pater est. Filius filius est. Non dixit ego sum pater et ego ipse sum filius: sed solus nō sum inquit. Quare solus non es? Quia mecū est pater. Ego sum: et qui me misit pater. Audis ego sum et qui me misit. Ne perdas personam: distingue psonas / distingue intelligentiam noli separare perfidia: ne iterū quasi fugiens caribdim in scillā incurras. Volabat enī te gurges impietatis sabellianoz̄: vt diceres ipsum esse patrē qui est filius. Modo didicisti / solus nō sum: sed ego ꝛ qui misit me pater. Agnoscis quia pater pater est: ꝛ filius filius est. Bene agnoscis: sed noli dicere: pater maior est: fili? minor est. Noli dicere pater aurum est: filius argentū est. Una substantia est: vna diuinitas: vna coeternitas: perfecta equalitas: dissimilitudo nulla. Nam si tantūmodo alterum crediderīs esse christū: non eum qui pater est: ꝛ in aliquo tamen distantē fm naturā esse putaueris: a caribdi q̄dez euasisti: sed in scilleis scopulis naufragasti. In medio nauiga: vtrūq; piculosuz latus euita. Pater pater est: filius filius est. Jam dicis pater pater est: filius filius est: bene periculū absorbentis gurgitis euasisti. Quid vis ire in alteram partē: vt dicas aliud est pater: filius aliud? Alius est recte dicis: aliud non recte. Alius enī filius: quia non est ipse qui pater: ꝛ alius pater q; non est ipse qui filius. Non tamē aliud sed hoc ipsum est ꝛ pater ꝛ filius. Quid est hoc ipsum est? Unus deus est. Audisti q; non sum sol?: sed ego ꝛ qui misit me pater. Audi quomodo credas patrem ꝛ filiū. Audi ipsum filiū: ego ꝛ pater vnum sumus. Non Joh.x.
dixit pater ego sum: aut ego ꝛ pater vnum est. Sed cuz dicit ego ꝛ pater vnum sumus: vtrūq; audi / et vnum ꝛ sumus: et a caribdi et a scilla liberaberis. In duobus istis verbis q̄ dixit vnum: liberat te ab arrio: quod dixit sum?: liberat te a sabellio. Si vnum: non ergo diuersum. Si sumus: ergo ꝛ pater et filius. Sumus enim non diceret de vno: sed vnum non diceret de diuersis. Ergo ideo verum est inquit iudiciuz meū breuiter vt audias: quia filius dei sum. Sed sic tibi psuadeo inquit quia filius dei sum vt intelligas quia mecū est pater. Nō sic cū fili?: vt ipm deseruerim. Nō ita hic sum vt cū ipso non sim: non ita ibi ille est vt mecū non sit. Formam serui ac-

Expositio diui Augustini In euangeliū scdm Johānē

cepi:sed formā dei non amisi. Solus ergo inquit nō sum:sed
B ego et qui misit me pater. Dixerat de iudicio: de testimonio
vult dicere.[In lege inquit vestra scriptū est:quia duorū ho
minum testimoniuz verum est:Ego sum qui testimoniū per
hibeo de me ipso: et testimoniū perhibet de me qui misit me
pater.] Exposuit illis et legez:si ingrati non essent. Magna
enī questio est fratres mei :ꝛ valde mihi videtur in mysterio
res esse constituta: vbi deus dixit: in ore duorū vel triuꝫ te
stium stabit omne verbū. Veritas queritur per duos testes?
Ita plane:sic se habet humani generis ꝓsuetudo. Sed tamē
Dan.xliij. fieri potest:vt ꝛ duo mentiātur. Susanna casta duob⁹ falsis
Mat.xxvj testibus vrgebatur. Nūquid quia duo erāt:ideo falsi testes
non erant? De duob⁹ dicimus aut de trib⁹: vniuersus popu
lus mentitus est contra christū. Si ergo populus cōstans ex
magna hominū multitudine / falsus testis inuentus est: quō
accipiendum est / in ore duoruz vel triuꝫ testiū stabit omne
verbū:nisi quia hoc modo per mysteriū trinitas cōmendata
est. In qua est perpetua stabilitas veritatis? Vis habere bo
nam causam:habeto duos vel tres testes:patrē et filiū et spi
rituz sanctū. Deniqꝫ quādo susanna casta femina fidelisqꝫ cō
iunx /duobus falsis testibus vrgebak:trinitas illi in cōscien
tia atqꝫ in occulto suffragabak. Illa trinitas de occulto vnuz
testem danielē excitauit: et duos cōiicit. Ergo quia in lege
vestra scriptum est duorum hominū testimonium verū esse:
accipite nostrum testimoniū ne sentiatis iudiciū. Ego enim
inquit nō iudicio quēqꝫ:sed testimoniū perhibeo de me. Dif
fero iudicium:nō differo testimonium. Eligam⁹ nobis fra
tres contra linguas hominū:contra infirmas suspitiones ge
neris humani /deum iudicē:deum testem. Non enī dedigna
tur testis esse qui iudex est:aut promouet cum sit iudex: quō
qui testis est:ipse iudex erit. Quare ipse testis? Quia nō que
rit alium vnde cognoscat qui sit. Quare ipse iudex? Quia ip
se habet potestatē mortificandi et viuificādi:dānandi et ab
soluendi:in gehennā precipitandi ꝛ in celos leuādi:diabolo
coniungendi ꝛ cū angelis coronandi. Cum ergo ipse habeat
hanc potestatē: iudex est. Quia vero vt te cognoscat nō que
rit alium testem: qui tunc iudicabit te modo videt te. Nō est
vnde illum fallas:cū ceperit iudicare. Non enim adhibes ti
bi aliquos falsos testes: qui iudicē illū possent circūuenire.
Quādo ceperit iudicare deus: hoc tibi dicet. Quādo contē
nebas ego videbam:ꝛ quando nō credebas /sententiā meam
non frustrabā: differebaz non auferebā. Voluisti audire qō
precepi:senties qō predixi. Si autē audias que precepi /nō
mala senties que predixi:sed bona percipies que ꝓmisi. Ne
aliquem sane moueat qō ait: verum est iudiciū meū quia so
Johan. v. lus non sum sed ego et qui misit me pater:cū alibi dixerit:pa
ter non iudicat quēqꝫ:sed omne iudiciuz dedit filio. Jam in
eisdem verbis euangelij disputauimus ꝛ nunc admonemus
non hoc ideo dictū quia pater non erit cū filio iudicante: sed
quomodo bonis ꝛ malis in iudicio solus filius apparebit:in
Actuū. j. ea forma in qua passus est ꝛ resurrexit et ascendit in celū. Di
scipulis quippe tunc aspicientibus ascendentē vox angelica
sonuit sic veniet quēadmodum vidistis eum euntē in celum:
id est in forma hominis in qua iudicat? est iudicabit:vt etiā
Johā.xix. illud ꝓpheticū impleak: videbunt in quē pupugerunt. Cū
vero eūtibus iustis in vitam eternā videbimus eū sicuti est:
non erit illud iudicium viuorū et mortuorū: sed premiū tan
tummodo viuorū. Item ne moueat qō ait:in lege vestra scri
ptum est:quia duoꝝ hominū testimoniū verum est. Et ideo
quisqꝫ existimet nō fuisse illam legem dei: quia non dictū est
in lege dei:sciat ita dictū esse in lege vestra:tanqꝫ diceret que
vobis est data. A quo nisi a deo? Sicut dicim⁹: panē nostrū
quotidianum:ꝛ tamen dicimus: da nobis hodie.

Tractatus.xxxvij.

Dicebāt ergo ei vbi nā est pater tuus. Respōdit
iesus neqꝫ me scis:neqꝫ patrē meū. Si me sciret:
forsitā ꝛ patrē meū sciretis. Hec verba locut⁹ est
iesus in gazophilatio docēs in tēplo ꝛ nemo ap
prehēdit eum qz necdū venerat hora ei⁹.

A Quod in sancto euangelio breuiter dicitur: nō bre
uiter oportet exponi vt qō auditur itelligak. Ver
ba enī pauca dominī sed magna sunt. Non nume
ro estimanda sed pondere:nec ideo contēnenda quia pauca:
sed ideo querēda quia magna. Qui affuistis hesterno die au
distis: vt potuimus disputauimus ex eo q⁹ ait domin⁹: vos
fm carnem iudicatis: ego nō iudico quēqꝫ. Sed et si iudico
ego /iudiciū meum verū est:quia solus nō sum: sed ego ꝛ qui
misit me pater. In lege vestra scriptū est:quia duoꝝ hominū
testimoniū verum est. Ego sum qui testimoniū perhibeo de
me:et testimoniuz perhibet q̄ me misit pater. Ex his verbis
hesterno vt dixi die /redditus est sermo aurib⁹ et mentibus
vestris. Hec cuz dominus dixisset:illi qui audierāt: vos fm
carnem iudicatis: manifestauerūt quod audierunt. Respō
derūt enī domino loquēti de deo patre suoz dixerūt.[† Ubi † Alialit.
est pater tuus?] Patrē christi carnaliter acceperunt: q̄z ver dixerunt
ba christi fm carnem iudicauerūt. Erat autem qui loqueba ergo ei.
tur in aperto caro:in occulto verbum. hō manifestus:de⁹ oc
cultus. Videbant indumentū:ꝛ contēnebant indutū. Contē
nebant:q̄z nesciebant. Nesciebāt:quia non videbāt. Non vi
debant:q̄z ceci erant. Ceci erant:q̄z non credebāt. Videam⁹
ergo:ꝛ ad hec dominus quid respōderit. Ubi est inquit pa
ter tuus? audiuimus enī te dicere:solus non sum: sed ego ꝛ q̄
me misit pater. Nos solū te videmus:patrē tuum tecū nō vi
demus. Quō te dicis solū non esse: sed cū patre tuo esse? Aut
ostēde nobis tecum esse patrē tuum.[† Et dominus.] Nun †Alialit.
quid me videtis:vt patrem ostendam vobis? Hoc enī sequi Respōdit
tur:hoc suis verbis ipse respondit: quorum verborum expo iesus.
sitionem nos ante premisimus. Videte enim quid dixerit.
[Neqꝫ me scitis:neqꝫ patrem meū. Si me sciretis: forsitan ꝛ
patrem meū sciretis.] Dicitis ergo vbi est pater tuus: quasi
tam me sciatis: quasi totum hoc sim qō videtis. Ergo quia
me non nostis:ideo vobis patrē meū non ostendo. Me quip
pe hominē putatis:ideo patrē meum hominē queritis:quia
fm carnē iudicatis. Quia ergo fm quod videtis aliud sum:ꝛ
aliud fm quod non videtis:patrē autem meū loquor occult⁹
occultū: prius est vt me noueritis: tunc et patrē meū scietis.
Si enim me sciretis:ꝛ patrē meum forsitan sciretis. Ille qui B
omnia scit quādo dicit forsitā:nō dubitat sed increpat. Attē
de enim quomodo increpatiue dicatur ipsum forsitan:qō vi
detur esse verbū dubitationis. Sed dubitationis verbuz est
quādo dicitur ab homine:ideo dubitante quia nescīte. Cū
vero dicitur a deo verbū dubitationis:cū deū nihil vtiqꝫ la
teat: illa dubitatione arguit infidelitas nō opinak diuinitas
Homines enī de his rebus quas certas habēt aliquando in
crepatiue dubitāt:id est verbū dubitationis ponunt:cū coz
de non dubitent. Velut si indigneris seruo tuo ꝛ dicas. Con
tēnis me:considera:forsitā dominus tuus sum. Hinc et apo
stolus ad quosdā contēptozes suos loquens ait. Puto autez j. Cor. vij
q̄ et ego spiritū dei habeo. Qui dicit puto: dubitare videtur.
Sed ille increpabat nō dubitabat. Et ipse dominus christ⁹
alio loco increpās infidelitatē futurā generis humani: cum Lu. xviij.
venerit inquit filius hois putas inueniet fidē in terra? Jam
quantū existimo intellexistis quomodo sit positū forsitā: ne
quis verbozū appensoz et syllabarū examinatoz veluti latine
loqui sciens /reprehendat verbū quod dixit dei verbum: re
prehendēdo dei verbum: non eloquēs sed mutus remaneat.
Quis enī sic loquitur quō loquit verbū qō erat in principio
apud deū? Voli verba ista cōsiderare:ꝛ ex his verbis assue
tis illud verbū metiri velle qō deus est. Audis enī verbuz et
contēnis. Audi deū et time. In principio erat verbū. Lu Johan.j.
uocas ad vsum sermocinationis tue:ꝛ dicis apud te. Quid
verbum? Quid magnū est verbū? Sonat ꝛ transit. Verbera
to aere aurē percutit:postea non erit. Audi adhuc. Verbum
erat apud deū. Manebat: non sonādo trāsibat. Adhuc forte
contēnis? De⁹ erat verbū. Apud teipsum o hō cum est in coz
de tuo verbū:aliud est qꝫ sonus. Sed verbū quod est apud te
vt transeat ad me: sonū quasi vehiculū querit. Assumit enim
sonum ponit se quodāmodo in vehiculū:transcurrit aerem:
venit ad me nō recedit a te. Sonus autē vt veniret ad me re
cessit a te:nec perstitit apud me. Verbū enīz qō erat in coz de
tuo:nunqd sono pretereūte preterijt? Quod cogitabas dixi
sti? Sed vt ad me peruenire qō apud te latebat: syllabas so
nuisti. Sonus syllabaruz perdurit ad aurē meam cogitatio
nem tuā. Per aurē meā descendit in coz meū cogitatio tua:
sonus medius transuolauit. Verbuz vero illud qō assumpsit
sonū: anteqꝫ sonares erat apud te:quia sonuisti / est apud me

et nō recessit a te. Hoc attēde quisquis es examinator sonoꝝ. Verbū dei contemnis: quia verbū hominis non cōprehendis. Scit ergo oīa per quem facta sunt oīa: et tamen dubitando increpat. Si me sciretis: forsitan et patrē meum sciretis.

L Increpat infideles. Nam talem sententiam dixit discipulis suis. Sed ibi non est verbū dubitationis / quia nō fuit causa increpāde infidelitatis. Nam quomodo dixit iudeis: si me sciretis forsitan ⁊ patrē meū sciretis: dixit et discipulis suis quando eū philippus interrogauit immo postulauit et ait/

Joh. xiiij. dñe ostēde nobis patrē et sufficit nobis. Quasi diceret ⁊ ipe. Te iam nouimus / apparuisti nobis / videmus te / dignatus es eligere nos: secuti sumus te / mirabilia tua vidimus / ꝟba salutis audiuimus / precepta suscepimus / promissa speramus multū nobis cōferre presentia tua ipse dignatus es. Sed tū cū te nouerimus quia patrē nondū nouimus: inflammamur desiderio illius videndi quē nondū nouimus. Ac per hoc q̄ te nouimus sed non nobis sufficit donec et patrē nouerimus ostende nobis patrem ⁊ sufficit nobis. Et dīs: vt sciremus non se nosse quod se putabāt iam nosse: tanto tēpore vobiscū sum:

Joh. xiiij. et me nescitis? Philippe qui me videt / videt et patrē meum? Nunquid habet ista sententia verbū dubitationis? Nūquid dixit: qui me videt forsitan videt ⁊ patrē. Quare? Quia fidelis audiebat non fidei persecutor: ideo non erat dīs increpator sed doctor. Qui me videt videt ⁊ patrē meū. Et hic: si me sciretis et patrē sciretis. Tollamus verbū quo notata est infidelitas audientū: et ipsa sententia est. Jam hesterno die cōmendauimus charitati vestre: et diximus sententias iohis euangeliste quibus nobis narrat quod a dño didicit: nec discutiendas fuisse si fieri posset: nisi hereticoꝝ commenta cōpellerent. Breuiter ergo hesterno die insinuauim⁹ charitati vestre esse hereticos qui vocantur patripassiani vel a suo auctore sabelliani. Hi dicunt ipsum esse patrē qui est filius: nomina diuersa vnam vero esse personam. Cū vult pater est inquiunt / cum vult filius: tamen vnus est. Iterum sunt alij heretici qui vocantur arriani. Confitentur quidē vnicū patris

D filium dñm nostrum iesum xp̄m. Illum patrē filij: istū filium patris. Eum qui pater est non esse filiū: eum qui filius est nō esse patrem. Confitentur generationē sed negant equalitatē. Nos: id est catholica fides veniens de doctrina apostolorū: plantata i nobis / perseriem successionis accepta / sana ad posteros trāsmittenda: inter vtrosq; id est inter vtrumq; errorē tenuit veritatem. In errore sabellianorū vnus est solus: ipse pater qui filius. In errore arrianorū alius est quidem pater alius filius: sed ipse filius nō solum alius sed etiam aliud est. Cui in medio quid? Exclusis sabellianis / exclude ⁊ arrianū Pater pater est / filius filius est / alius non aliud. Quia ego ⁊ pater inquit vnū sumus. Sicut etiā hesterno die quantum potui cōmendaui. Cum audit sumus: abscedat confusus sabellianus. Cum audit vnū: abscedat cōfusus arrianus. Gubernet catholicus inter vtrumq; fidei sue nauigiū: quō iam cauendū est in vtroq; naufragiū. Dic ergo tu quod dicit euāgelistū: ego ⁊ pater vnū sumus. Non ergo diuersum quia vnū: non vnus quia sumus. Paulo ante dixit: iudiciū meū verum est: quia solus nō sum sed ego ⁊ qui misit me pater. Tanq̄ diceret. Jdeo iudiciū meū est verū / quia filij⁹ dei sum: q̄ verū loquor: quia ipse ꝟitas ego sum. Jsti carnaliter intelligētes

Jobā. x. dixerunt. Ubi est pater tuus? Modo audi arriane: neq; me scitis neq; patrem meum. Quia si me sciretis forsitan et patrem meum sciretis. Quid est si me sciretis et patrem meum sciretis: nisi ego et pater vnum sumus? Quando vides aliquē alicui similē: intendat charitas vestra / quotidiana locutio est: non sit vobis arduū quod esse aduertitis vsitatū. Q̄n ergo vides aliquē alicui similem ⁊ nosti tu cui similis sit: ad-

Jobā. x. mirans dicis. Quomodo iste homo similis est illi homini? Hoc nō diceres: nisi duo essent. Dic ille qui eum ignorat cui tu istū similem dicis. Jta ne inquit similis est. Et tu ad eum. Quid enim? Tu illū non nosti? At ille. Non noui inquit. Jā tu vt illū quem nescit ei notū facias: ex presente quem cernit respondes ⁊ dicis. Hunc vidisti: illū vidisti. Non vtiq; quia hoc dixisti: vnū esse asseueraſti et duos negasti: sed propter similitudinē tale dedisti responsum. Jstū nosti ⁊ illum nosti: valde enim similis est ⁊ nihil distat oīno. Hunc ⁊ dñs. Si me inquit sciretis ⁊ patrē meū sciretis. Non quia pater est filius sed quia patri similis est filij⁹. Erubescat arrianus. Gratias dño quia ipse arrianus recessit ab errore sabelliano: et nō est patripassianus. Non dicit ipsum patrē indutū carne venisse ad homines / ipsum esse passum / ipsum resurrexisse / ⁊ quodā modo ad se ascendisse. Hoc non dicit. Agnoscit mecū patrem patrē esse: et filiū filiū esse. Sed o frater euasisti illud naufragium: quare tendis in alterū? Si pater pater est: filius filius est. Quare dicis similē? quare diuersum? quare aliam substātiam? Si dissimilis esset: nunquid diceret discipulis suis: q̄ Joh. xiiij. me videt videt ⁊ patrē? Nunquid diceret iudeis: si me sciretis et patrē meū sciretis? Unde hoc verū esset: nisi ⁊ illud verum: ego ⁊ pater vnū sumus. [Hec verba locutus est in gazo E philatio: docens in templo.] Magna fiducia sine timore. Non enim pateretur q̄ nollet: qui nec nasceretur si nollet. Deniq; quod sequitur: [et nemo apprehendit eū: quia nondū venerat hora eius:] Hoc itē nonnulli cū audiunt / sub fato fuisse dñm christum credunt et dicunt. Ecce christus habebat fatū. O si cor tuū non esset fatuū: non crederes fatū. Si fatū sicut nonnulli intellexerunt / a fando dictū est: id est a loquēdo: verbū dei quomodo habet fatū: q̄n in ipso verbo oīa sunt q̄ condita sunt. Nō enim aliq̄d deus cōstituit: q̄ō ante nesciuit. In ꝟbo Johan.j. ipsius erat quod factū est. Mundus factus est: et factus ē et ibi erat. Quomodo ⁊ factus est et ibi erat. Quia domus quā edificat instructor prius in arte erat. Et ibi melius erat sine vetustate / sine ruina. Tamen vt ostēdat artē / fabricat domū et processit quodāmodo domus ex domo. Et si domus ruat: ars manet. Jta apud dei verbū erant oīa que condita sunt. Quia oīa in sapientia fecit deus: ⁊ cuncta nota fecit. Nō enī quia fecit didicit: sed quia nouerat fecit. Nobis q̄ facta sunt nota sunt. Illi nisi nota essent facta nō essent. Precessit ergo verbū. Et quid ante verbū dei? Nihil oīno. Nam si esset aliquid ante non dictū esset: in principio erat verbū: sed in prin Johan.j. cipio factum est verbū. Deniq; de mundo quid ait moyses? Gen.j. In principio fecit deus celum et terrā. Fecit quod non erat. Si ergo fecit q̄ō non erat: ante quid erat? In principio erat verbū. Et vnde celum et terra? Omnia per ipsum facta sunt. Tu ergo ponis xp̄m sub fato. Ubi sunt fata? In celo inquis: in ordine ⁊ cōuersionib⁹ syderū. Quomodo ergo fatū habet per quem factū est celū et sydera: cū tua voluntas si recte sapies trāscēdat et sydera? An quia nosti christi carnem fuisse sub celo: ideo putas ⁊ potestatem christi subditā celo? Audi stulte: nondū venerat hora eius. Non quia cogeretur mori / sed quia dignaretur occidi. Nouerat enim ipse quādo deberet mori. Intēdit omnia que predicta sunt de illo: et expectabat finiri oīa que predicta sunt ante ei⁹ passionem futura: vt cū impleta essent: tūc veniret passio dispositionis ordine: nō fatali necessitate. Deniq; audite vt probetis. Inter cetera q̄ F de illo prophetata sunt scriptū est etiā hoc. Dederunt in escā meam fel: ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Quō facta sint / in euāgelio nouimus. Prius dederunt fel: accepit: gustauit ⁊ despuit. Postea in cruce pendens: vt oīa predicta complerentur ait. Sitio. Acceperunt spongiā aceto plenā: in arundine ligauerūt ⁊ admouerunt pendenti. Accepit ille ⁊ ait. Per Johā.xix. fectum est. Quid est perfectū est? Impleta sunt omnia q̄ ante passionem meā fuerant prophetata. Ergo adhuc q̄d hic facio? Deniq; postea q̄ dixit perfectū est: inclinato capite tradidit spiritū. Nunquid illi latrones iuxta confixi / quādo voluerunt expirauerunt? Tenebantur vinculis carnis: quia nō erant creatores carnis. Clauis confixi / diu cruciabantur: quia infirmitati nō dominabantur. Dominus autem quādo voluit carnem in vtero virginali accepit. Quando voluit ad homines processit: q̄diu voluit inter homines vixit: q̄diu voluit a carne discessit. Hoc est potestatis non necessitatis. Hanc ergo horam ille expectabat non fatalē sed opportunam et voluntariam: vt prius omnia complerentur que ante passionem ipsius cōpleri oportebat. Nam quomodo sub fati necessitate positus erat: qui alio loco dixit: potestatē habeo po- Johan.x. nendi animam meam: et potestatē habeo iterū sumēdi eam? Nemo tollet eam a me: sed ego ipse pono eam a me: et iterum sumo eam. Ostendit hanc potestatem quando eū iudei querebant. Quē queritis inquit? Et illi iesum. Et ille. Ego sum Qua voce audita: redierunt retro et ceciderunt. Dicit aliqs. Si hec in illo potestas erat: quare cum iudei insultarent pēdēti et dicerent / si filius dei est descendat de cruce / nō descēdit: vt eis suam potestatem descendendo monstraret? Quia

Expositio diui Augustini in euãgeliũ scdm Johan.

patientiam docebat: ideo potentiam differebat. Si enim cõmotus ad eorum verba descenderet: victus conuitioꝝ dolore putaretur. Prorsus non descẽdit: fixus pmansit: quãdo voluit abscessurus. Nam quid erat magnũ fuit de cruce descẽdere: qui potuit de sepulchro resurgere? Intelligamus ergo nos quibus hoc ministratũ est / potẽtiam dñi nostri iesu xpi occultam tũc manifestã futurã in iudicio: de quo dictum est
Ps. xlix. Deus manifestus veniet: deus noster & non silebit. Quid est manifestus veniet? Quia venit occultus veniet manifestus de? noster: hoc est christus: & non silebit. Quid est nõ silebit? Quia primo siluit. Vbi siluit? Quando iudicatus ẽ. Vt etiã hoc impleretur: quod et pphęta prędixerat. Sicut ouis ad immolandum ductus est: & sicut agnus coram tondente se sine voce: sic nõ aperuit os suũ. Si ergo patiendo nollet / nõ pateretur. Si nõ pateretur: sanguis ille nõ funderetur. Si sanguis ille non funderetur: mundus nõ redimeretur. Agam? itaq; gratias et potestati diuinitatis: & miserationi infirmitatis eius et de occulta potentia quã iudei non nouerant vnde illis mõ dictuꝫ est: neq; me nostis neq; patrẽ meũ: & de carne suscepta quam iudei non nouerant & eius patriã sciebant. Vnde illis alio loco dixit: & me scitis & vnde sim scitis. Vtrũq; nouerimus in christo: et vnde equalis est patri: & vnde illo maior ẽ
Joh. xiiij. pater. Illud verbũ est / illud caro / illud deus est / illud homo Sed vnus christus deus et homo.

Tractatus. xxxviij.

Dixit ergo iterũ eis iesus. Ego vado: & quere tis me: & in pctõ vr̃o moriemini. Quo ego vado vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet semetipsum: quia dicit quo ego vado vos non potestis venire? Et dicebat eis: vos deorsum estis ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim nõ crediderit is quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebãt ergo ei. Tu quis es? Dixit ei iesus. Principiũ: q̃ et loquor vobis.

A Lectio sancti euangelij que precessit hodie: nã ita cõclusa erat: qz locutus est docẽs in gazophilatio dñs que voluit et q̃ audistis: & ne mo apprehendit eũ: quia nondũ venerat hora ei?. Hinc disputatũ est dñico die: quod ipse donare dignatus est. Intimauimus charitati vestre quare dictũ sit: nondũ venit hora ei?: ne positum xpm sub aliq; necessitate fatali: vlla impietas auderet improbe suspicari. Nondũ enim venerat hora qua ex ordine suo fm ea que prędicta sunt de illo / nõ mori cogeretur inuit? sed occideretur paratus. Modo aũt de ipa passione sua que
† Textus hz dixit ergo eis iterũ iesus. posita erat non in ei? necessitate sed potestate. [† Locut? est iudeis dicens. Ego vado.] Christo enim dño mors pfecto fuit / illo vnde venerat: et vñ non discesserat. Ego inquit [vado et queritis me:] non desiderio sed odio. Nam illũ postea q̃ abscessit ab oculis hoim inquisierũt et qui oderant et qui
Ps. xlj. amabãt. Illi persequendo: illi habere cupiẽdo. In psalmis
ps. xxxix. ait ipse dñs per pphetã. Periit fuga a me: et nõ est q̃ reqũret aiam meã. Et iterq; ait alio psalmo. Confundant & reuereant requirẽtes aiam meã. Culpauit qui non requirerẽt: vãnauit requirentes. Bonum est enim querere aiam xpi: sed quomõ eã quesierũt discipuli. Et malum ẽ querere aiam xpi: sz quõ eam iudei quesierũt. Illi enim vt haberẽt: illi vt perderent. Denicq; isti quia sic querebãt more malo / corde peruerso / q̃d secutus adiunxit? Queritis me: & ne putetis qz bene me queritis: [in pctõ vestro moriemini?]. Hoc est xpm male q̃rere: in peccato suo mori. Hoc est illũ odisse: per quem posset solũ saluus esse. Cũ enim hoies quorũ spes in deo est / nõ debeant mala reddere nec p malis: reddebãt illi mala pbonis. Prenunciauit ergo illis dñs dixitq; sententiã prescius: qõ in suo peccato morerent. Deinde adiũxit. [Quo ego vado: vos nõ potestis venire.] Hoc et dñs discipulis suis alio loco dixit.
Joh. xiij nec tñ eis dixit: in pctõ vestro moriemini. Quid aũt dixit? Quod & istis. Quo ego vado: vos nõ potestis venire. Nõ abstulit spẽ: sed pdixit dilationẽ. Q̃n enim hoc discipulis dñs loquebatur: tunc non poterant venire quo ille ibat: sz postea venturi erant. Isti autem nunq; quib? prescius dixit: in peccato vr̃o moriemini. His auditis & vbis quõ solent carnea cogitantes & fm carnẽ iudicantes: & totũ carnaliter audientes atq; sapiẽtes dixerũt. [Nunq̃d interficiet semetipm q? dixit B
quo ego vado vos nõ potestis venire.] Stulta verba & oino insipientie plena. Quid enim? non poterãt illo venire quo ille prexisset: si interficeret semetipsum. Nunq̃d ipsi nõ erãt morituri? Quid est ergo nunq̃d interficiet semetipsum q? dixit: quo ego vado vos nõ potestis venire. Si de morte hominis diceret: quis hõ non morit? Ergo quo ego vado dixit: nõ cũitur ad mortẽ: sed quo ibat ipse post mortẽ. Illi itaq; nõ intelligentes: ista responderũt. Et dñs ad eos qui terrã sapiebãt quid ait? [Et dicebat eis. Vos deorsum estis: ideo terram sapitis: quia sicut serpentes terrã manducatis. Quid ẽ terrã mãducatis? Terremis pascimini / terremis delectamini / terremis inhiatis: sursuꝫ corda nõ habetis. Vos deorsum estis [Ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis: ego nõ sum de hoc mũdo.] Quomodo enim erat de mũdo: p quẽ fact? est mundus? Dẽs de mundo post mundũ: qz prius mund? et sic homo de mũdo. Prius aũt xps / deinde mundus. Quõ ante mundum xps: ante xpm nihil? Quia in principio erat & vbuꝫ oĩa per ipsum facta sunt. Si ergo erat ille de supnis: de q̃bus supernis? De aere? Absit. Vbi et aues volitãt. De celo quod videmus? Et hoc absit. Vbi et stelle & sol & luna circumeunt. De angelis? neq; hoc intelligatis. Per illũ & angeli facti sũt p quem omnia facta sunt. De quibus ergo supernis xps? Ab ipso patre. Nihil illo deo superius qui verbũ genuit eq̃le sibi coeternũ sibi: vnigenitũ sine tpe: per quem conderet tẽpora. Sic ergo accipe xpm de supernis / vt excedas cogitatiõe tua oĩa q̃ factũ est: vniuersam oĩno creaturã / ome coep? / omnẽ cõditũ spiritũ: omnem rem quoquomodo mutabilem. Totũ excedem. Sicut excessit iohannes: vt cõtingeret in principio erat verbũ: et verbũ erat apud deũ: et deus erat verbũ. Ego ergo inquit de supernis sum. Vos de hoc mundo estis: ego non sum de hoc mundo. [Dixi ergo vobis: quia moriemini i peccatis vestris.] Exposuit nobis fratres quid intelligi voluerit / vos de h mũdo estis: q? peccatores erant: q? imq; erãt: q? infideles erant: q? terrena sapiebant. Nam quid vobis videtur de sanctis apostolis? Q̃tum intererat inter iudeos et C
apostolos? q̃tum inter tenebras & lucem: q̃tũ inter fidẽ & infidelitatem: q̃tum inter pietatem & impietatẽ: q̃tũ inter spẽ & desperationẽ: q̃tum inter charitatem & cupiditatẽ. Multũ ergo intererat. Quid ergo q? tantũ intererat: apostoli de mũdo non erãt? Si cogites quõ nati sint & vnde venerint: quia oĩes ex adam venerãt: de hoc mundo erant. Sed quid eis ait ipse dñs? Ego vos de hoc mũdo elegi. Qui ergo de mundo Joh. xv. erant / facti sunt nõ de mũdo: et pertinere ceperunt ad eum p quem factus est mũdus. Isti aũt remãserunt esse de mundo: quibus dictũ est: moriemini in peccatis vestris. Nemo ergo dicat fratres: de hoc mundo non sum. Quisquis es homo: de hoc mundo es. Sed venit ad te qui fecit mundũ: & liberauit te de hoc mũdo. Si delectat te mundus: semp vis esse immũdus. Si aũt tã non te delectat hic mũdus: iam tu es mundus Verũtamen si per aliquã infirmitatẽ adhuc te delectat mundus: habitet in te q̃ mũdat & eris mũdus. Si aũt fueris mundus: nõ remanebis in mundo: nec audies q̃ audierũt iudei moriemini in peccatis vestris. Omnes enim cũ peccato nati sumus. Dẽs viuendo ad id quod nati eram?: addidim?: magisq; de mundo facti sumus q̃ tunc quando de parentibus nostris nati sumus. Et vbi essemus: si ille nõ veniret qui non habebat oĩno peccatũ vt solueret omne pctm? In quez iudei quia non credebant merito audierũt: moriemini in peccatis vestris. Quia non habere peccatũ nullo modo potuistis qui cũ peccato nati estis. Sed tamẽ si in me inquit crediderit is: cũ peccato quidẽ nati estis: sed i peccato vestro morituri nõ estis. Tota ergo infelicitas iudeorũ ipsa erat: non peccatuꝫ habere sed in peccatis mori. Hoc est quod debet fugere oĩs christianus. Propter hoc ad baptismũ curritur: ppter hoc qui egritudine vel aliunde periclitantur sibi desiderãt subuenire: propter hoc etiã fugiens paruulus a matre pijs manibus ad ecclesiã fertur: ne sine baptismo exeat et in peccato q̃ natus est moriatur. Infelicissima cõditio: misera sors isto p: qui de ore veridico audierunt: i peccatis vestris moriemini Vnde tũ hoc eis contingat exponit. [Si enim non crediderit D

†Certus bz qz ego sum.
†Al'pctō vestro.

tis:† moriemini in peccatis † vestris.] Credo fratres in illa multitudine q̄ dñm audiebat: z eos fuisse qui crediturī erāt Quasi aūt in omnes processerat seueriſſima illa sententia: in peccato vestro moriemini: ac per hoc et illis q̄ crediturī erāt spes erat ablata. Illi seuiebāt: illi timebant: immo non timebant sed etiā desperabant. Reuocauit eos in spē: adiūxit enī Si non crediderit is qz ego sum: moriemini in peccatis vr̄is Ergo si crediderit is quia ego sum: non moriemini in peccatis vestris. Reddita est spes desperantibus: excitatio facta est dormientibus: cordibus euigilauerūt inde plurimi: crediderunt. Sicut eu angelij ipsius cōsequētia testatur. Erāt enī illic mēbra xp̄i: que nondū adheserāt corpori xp̄i. Et in illo populo a quo crucifixus est: a quo in ligno suspēsus est: a quo pendēs irrisus ē: a quo lācea vulneratus ē: a quo felle z aceto potatus est: erant mēbra xp̄i p quibus dixit. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciūt. Quid aūt cōuersonō ignoscitur: si fusus xp̄i sanguis ignoscitur? Quis homicida desperet: si in spem redditus est a quo etiam xp̄s occisus est. Crediderunt inde multi: donatus est eis sanguis xp̄i: vt magis eū biberēt quo liberarēr̄ cū rei de illo effuso tenerēr̄tur. Quis desperet? Et si in cruce latro saluat? est ante paululū homicida post paululū accusatus / cōuictus / damnatus / suspensus / liberatus. Nolī mirari: vbi cōuictus ibi dānatus: sed ibi liberatus vbi mutatus. In hoc ergo populo cui dñs loquebatur erant qui in peccato suo fuerāt morituri: erāt etiā q̄ in ipsum qui loquebatur fuerant crediturī: z ab oīni peccato liberādi.

Lu.xxiij.

Lu.xxiij.

E

Tamen hoc attende quod ait dñs xp̄s. Si non crediderit is quia ego sum: moriemini in peccatis vestris. Quid est si non crediderit is quia ego sum? Ego sum? Quid? Nihil addidit Et quia nihil addidit: multū est quod cōmēdauit. Expectabatur enim vt diceret quid esset: nec tamē dixit. Quid expectabatur vt diceret? Forte nisi crediderit is quia ego sū xp̄s: nisi crediderit is quia ego sum dei filius: nisi crediderit is qz ego sum verbū patris: nisi crediderit is qz ego sum conditor mundi: nisi crediderit is quia ego sum hoīs formator z reformator: creator z recreator: factor et refactor. Nisi hoc crediderit is quia ego sum: moriemini in peccatis vestris. Multū est quod ait ipse ego sum. Quia sic dixerat dñs moysi. Ego sum qui sum. Quis digne eloquatur: quid sit sum. Mittebat deus p angelum suum seruū suum moysen ad liberandum ex egypto populū suū. Legistis q̄ audistis z nostis. Commemorō tū: mittebat tremētē / excusantē sed obedientē. Cum ergo excusaret ait deo quē loqui i angelo intelligebat. Si dixerit mihi populus: quis est deus q̄ misit te: quid dicaz eis?

Exo.iiij.

Exo.iiij.

Et dñs ad eum Ego sum qui sum Et repetiuit. Dices filijs israel. Qui est misit me ad vos. Non ait z tibi ego sum deus / aut ego mundi fabricator / aut ego sum oīm rerū creator / aut ego sum ipsius populi liberandi ppagator: sed hoc tantum: ego sum qui sum: et dices filijs israel q̄ est. Non addidit: q̄ est deus vester: q̄ est deus patrū vestrorū: sed tm̄ hoc dixit: q̄ est misit me ad vos. Forte multū erat z ad ipsum moysen / sicut multū ē z ad nos: z multo magis ad nos intelligere q̄d dictū sit / ego sum q̄ sum: z q̄ est misit me ad vos. Et si forte caperet moyses: illi ad q̄s mittebat q̄si caperēt: Distulit q̄ dñs q̄ō capere hō nō posset: z addidit q̄ō capere posset. Adiūxit enim z ait. Ego sum de⁹ abrāā z de⁹ ysaac: et de⁹ iacob. Hoc potes capere. Nam ego sum qui sum / q̄ mens potest capere? Quid ergo nos? Audebimus ne aliquid dicere ex hoc q̄ō dictū est: ego sum qui sum. Vel potius ex hoc quod dñm dicere audistis / nisi crediderit is quia ego sum: moriemini in pctis vr̄is Itane his verbis meis tātillis z pene nullis audebo disputare quid sit quod ait dominus xp̄s: nisi crediderit is qz ego sum? Audebo ipsum dñm interrogare: audite me interrogātem potius q̄ disputantē. Magis querentem q̄ p̄sumentē Potius discentem q̄ docentē: et certe in me vel per me etiā vos interrogate. Presto est etiā ipse dñs q̄ vbiq̄ est. Audiat interrogandi affectū z intelligendi p̄stet effectū. Mā z ego quibus verbis q̄si forte aliquid capio / p̄ducere possum q̄ō capio ad corda vestra? Quisnam sufficit son⁹? que suppetit eloquētia: que vires intelligendi: que facultas p̄ferēdi? Dicā ergo dño nostro iesu xp̄o: dicam z audiet me. Credo p̄sentē: oīno non dubito. Ipse enī dixit. Ecce ego vobiscū sum: vsq̄ ad cōsummationē seculi. O dñe deus noster: quid est q̄ō aisti nisi crediderit is quia ego sum? Quid enī non est eorū que fecisti? nunquid celum nō est? nunquid terra non est? Nūquid nō sunt ea que in terra z in celo sunt? Nunquid homo ipse cui loqueris non est? Nunquid angelus quē mittis non est? Si oīa sunt hec q̄ per te facta sunt: q̄d est q̄ō tibi p̄ptū quiddam tenuisti ipsum esse: q̄ō alijs nō dedisti vt tu solus esses. Nam quomodo audio ego sum q̄ sum: q̄si alia non sint? Et quomodo audio: nisi crediderit is quia ego sum? Illi non erant qui audiebant? Et si peccatores erāt: homines erāt. Quid ergo facio? Quid sit ipsū ē dicat cordi: intus dicat: intus loq̄tur. Homo interior audiat: mens capiat vere esse: est enim semp eodē modo esse. Res enī quelibet omnino quasi cepi disputare: z destiti querere: forte quod audiui volo loqui: audiui meo det exultationem et vestro cum loquor. Res enim que liber p̄orsus qualicunq̄ excellentia si mutabilis est: nō vere est. Non enim est ibi verū esse: vbi est z non esse. Quicq̄d enī mutari potest: mutatū non est q̄ō erat. Si non est quod erat / mors quedā ibi facta ē. Peremptum est aliquid ibi q̄ō erat: et nō ē. Nigredo mortua est in capite albescentis senis. Pulchritudo mortua est in corpore fessi et incurui senis: mortue sunt vires in corpore languentis: mortua est statio in corpe ambulantis: mortua est ambulatio in corpore stātis: mortua ē ambulatio et statio in corpore iacentis: mortua est locutio in lingua tacētis. Quicquid mutatur et est quod non erat: video ibi quandā vitā in eo quod est: z mortem in eo quod fuit. Deniq̄ de mortuo cū dicitur: vbi ē homo ille? Respōdetur: fuit. O veritas q̄ vere es. Nam in oibus actionibus et motibus nostris z i omni p̄orsus agitatione creature duo tēpora inuemo: preteritum et futurū. Presens quero: nihil stat. Q̄ō dixi iam nō est. Q̄ō dicturus sum nondū est. Quod vixi iam nō est: quod victurus sum nōdū est. Preteritū z futurum inuenio in oīni motu rerū. In veritate q̄ manet: pteritū z futurum nō inuenio sz solū presens: z hoc incorruptibiliter quod in creatura nō ē. Discutere rū mutatiōes: inuenies fuit z erit Cogita deum: inuenies est. Ubi fuit et erit esse nō potest. Ut ergo et tu sis: trāscende tempus. Sz quis transcendet virib⁹ suis? Leuet illuc ille qui patri dixit. Volo vt vbi ego sum: z ipsi sint mecū. Hoc itaq̄ promittens ne moriamur in peccatis nr̄is: nihil aliud dominus iesus xp̄s mihi videt his verbis dixisse nisi: nisi crediderit is qz ego sum. Prorsus nihil aliud mihi videtur his verbis dixisse q̄ hoc: nisi crediderit is quia deus ego sum: moriemini in peccatis vr̄is. Bñ deo gratias: quia dixit: nisi crediderit is nō dixit: nisi ceperit is. Quis enī hoc capiat? Aut vere quia ausus sum dicere z visi estis intelligere: aliquid de tanta ineffabilitate cepistis? Si ergo non capis: fides te liberat. Ideo et dñs nō ait: nisi ceperit is quia ego sum: sz q̄ō poterant dixit. Nisi crediderit is qz ego sum: moriemini in peccatis vr̄is. Et illi semper terrena sapiētes z semper fm carnē audientes et respōdentes: [q̄d † ei dixerunt? Tu quis es?] Non enī cū dixisti nisi crediderit is quia ego sum: addidisti quid esses. Quis es vt credam? [Et ille. Principiū.] Ecce q̄ō est esse: principiū mutari non pōt. Principiū in se manet: z innouat oīa. Principiū ē: cui dictum ē. Tu autē idēipse es: z anni tui non deficiēt Principiū ait: [q̄ et loquor vobis.] Principiū me credite ne moriamini in peccatis vr̄is. Tanq̄ enim in eo q̄ō dixerūt tu q̄s es? Nihil aliud dixerūt q̄si q̄d te esse credimus. Respondit. Principiū: id ē: principiū me credite. In greco nāq̄ eloquio discernit: q̄ō non potest in latino. Apud grecos enī femininū generis est principiū. Sicut apud nos lex generis feminini est: q̄ apud illos ē masculini. Sicut sapientia et apud nos et apud illos: generis feminini est. Cōsuetudo locutionis ideo p diuersas linguas variat genera vocabulorū: quia in ipsis rebus non inuenis sexum. Non enim sapiētia vere femina ē cū xp̄s sit dei sapientia: et xp̄s appelletur genere masculino sapientia feminino. Cū ergo dicerent iudei tu quis es. Ille qui sciebat esse ibi quosdam crediturōs z inde dixisse / tu q̄s es: vt scirent quid illū credere deberent: respondit: principiū. Non tanq̄ diceret principiū sum: sz tanq̄ diceret: principiū me credite. Q̄ō in sermone greco vt dixi euidenter apparet vbi femininī generis ē principiū. Velut si vellet dicere se eē veritatē: z dicentib⁹ tu quis es: respōderit veritatē: cū videretur ad id quod dictū ē tu quis es: respondere debuisse: veritas: id est: veritas sum. Sed alit⁹ respōdit: cū videret eos ita dixisse tu quis es / ac si dicerent. Q̄m abs te audiuimus /

Matth. xxviij.

Exo.iiij.

†Al'dicetis bāt ergo ei †Al'dicit eis ihesus. Pō.cj.

nisi crediderit̄is qr ego sum: quid te esse credimus? Ad hoc
respondit: principiū Tanq̄ diceret. Principiū me credite
Et addidit: qui t loquor vobis: id est: qz humilis ꝓpter vos
factus ad ista verba descendi. Nam si principiū sicuti est ita
maneret apud patrē t non acciperet formā serui t hō loqret
hominib⁹? quomodo ei crederēt: cū infirma corda intelligi-
bile verbū sine voce sensibili audire non possint. Ergo inq̄t
credite me esse principiū: quia vt credatis nō solum sum q t
loquor vobis. Sed de hac re iā multū est loqui vobis. Pla-
ceat itaq; charitati vestre: vt quod restat, illo adiuuante ser-
uemus crastino reddituri.

Tractatus. xxxix

Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed
q̄ me misit verax ē: t ego que audiui ab eo hec lo-
quor in mūdo. Et nō cognouerunt: quia patrem
eius dicebat deum.

A Verba dn̄i nostri ihesu xp̄i que habuit cū iudeis ita
moderans loquelam suā vt ceci non viderēt: et fi-
deles oculos aperirēt: que hodie de sancto euāge-
lio recitata sunt: ista sūt. [Dicebāt ergo iudei. Tu
quis es?] Quia dixerat supra dn̄s: nisi crediderit quia ego
sum, morietis in peccatis vestris. Ad hoc ergo illi: tu quis
es: veluti querētes nosse in quē deberēt credere: ne i suo pctō
morerēt̄ur. [Respondit] dicentibus tu quis es: [t ait. Prin
cipium: qui et loquor vobis.] Si se dixit dn̄s esse principiū
queri potest vtrū et pater principiū sit? Si enim filius princi-
pium ē q̄ habet patrē: quāto faciliꝰ intelligēdus est deus p̄
esse principiū q̄ habet quidē filiū cui pater sit: sed nō habet de
quo sit? Filius enim patris ē filius: t patri vtiq; filij pater ē.
Sed deꝰ de deo filius ōr: lumē de lumine filiꝰ ōr. Pater ōr
lumen ſz nō de lumine. Pater ōr deus ſz nō de deo. Si q̄ deꝰ
de deo: lumē de lumine principiū est: q̄to faciliꝰ intelligitur
principiū: lumen de q̄ lumē: et deus de q̄ deꝰ? Videtur itaq;
absurdū charissimi vt filiū dicam⁹ principiū: t p̄em princi
pium nō dicam⁹. Sz q̄d agemus? Nunq̄d duo erūt principia
Cauēdū est ꝺ dicere. Quid q̄? Et si pater principiū, t filius
principiū: quō non duo principia? Quō dicimus patrē deū t
filiū deū, nec tū dicimus duos deos. Nephas est enī dicere
duos deos: nephas ē dicere tres deos: et tñ qui pater ē nō ē
filius: q̄ filius ē non ē pater. Spūs aūt sctūs p̄ris t filij spūs:
nec pater ē nec filius. Quis q̄ sicut aures catholice sunt eru-
dite in gremio matris ecclesie: nec ille q̄ est p̄ sit filiꝰ: nec ille
q̄ est filiꝰ sit p̄: nec spūsctūs p̄ris t filij sit / vel filiꝰ vel pater
tres deos tñ esse nō dicimꝰ: q̄uis de singulis si querat: nc̄ce
est de quocūq; interrogati fuerimꝰ: deū esse fateamur. Et ab
surda ista vident hoībus solita trahēt̄ ad insolita / visibi-
lia ad inuisibilia: creaturā ꝓ parantib⁹ creatori. Interrogāt
enim nos aliq̄n infideles t dicūt. Patrē quē dicitis deū di-
citis? Respōdemus deū. Filiū quē dicitis / deū dicitis? Re
spōdem⁹ deū. Spūsanctū quē dicitis / deū dicitis. Respon-
demus deū. Ergo inquiūt p̄ t filiꝰ t spūsctūs tres sunt dij?
Respōdem⁹: non. Turbant: q̄ nō illuminant. Cor clausum
habēt: qz clauē fidei non hūt. Nos ḡ fratres fide precedēte q̄
sanat oculos cordis nr̄i / q̄ intelligim⁹ sine obscuritate capia
mus: quod nō intelligim⁹ sine dubitatione credam⁹. A fun-
dāmēto fidei nō recedam⁹: vt ad culmē pfectionis veniam⁹
Sermo eñ meꝰ nō capit in vobis. Si sermo meꝰ caperek ca-
peret. Si caperemini: intrarethia fidei tanq̄ pisces conclu-
deremini. Quid est ergo nō capit in vobis? Nō capit cor vꝝ
q̄ nō recipik a corde vestro. Sic eñ est sermo dei: ⁊ sic eē de-
bet fidelibꝰ tanq̄ pisci hamꝰ. Tūc capit quādo capik: nec fit
Watt. iiij. iniuria illis qui capiunk. Ad salutē quippe nō ad perniciē ca
piunk. Unde dñs discipulis suis ait. Uenite post me ⁊ faciā
vos piscatores hominū. Non ergo isti erant tales: ⁊ tamē fi-
lij abrae erant: filij hominis dei: hoies iniqui. Trahebāt eñ
carnis genꝰ: sed degeneres facti erant nō imitādo fidez illiꝰ
cuiꝰ filij erāt. Audistis certe dñz dicentē. Scio q̄ filij abrae
estis. Audite quid dicat postea [Ego quod vidi apud patrē
meū loquor: Et vos q̄ vidistis apud patrez vestrum facitis.]
Jam dixerat scio q̄ filij abrae estis. Quid aūt faciūt qō eis
dixit queritis me occidere: hoc apud abraam nunq̄ viderūt
Dñs aūt patrē deum voluit intelligi cum dixit: q̄ vidi apud
patrē meū loquor. Ueritatē vidi veritatē loquor: q̄ veritas
sum. Si eñ dñs veritatē loquik quam vidit apud patrē se vi-
dit ⁊ se loquitur: q̄ ipse est veritas patris quā vidit apud pa-
trem. Ipse est eñ verbū quod verbum erat apud deū. Jsti er
go malū quod faciunt qō dñs obiurgat ⁊ corripit: vbi vide-
runt? Apud patrem suū. Cuz audierimꝰ in cōsequentibꝰ ap-
tius dictū quis sit eorū pater: tunc intelligemus qualia vide
rint apud talē patrem. Adhuc eñ nō nominat patrē ipsorum.
Paulo superiꝰ abraam cōmemorauit: sz carnis origine non
vite similitudine. Dicturꝰ est alterū patrē illorum qui nec ge-
nuit nec creauit vt hoies essent: sed tñ filij erant eius inq̄tuz
mali erāt: nō inq̄tum homines erant. Jn quo imitati nō, qō
B creati. [Responderūt ⁊ dixerunt ei. Pater noster abraā est.]
Quasi dicerent q̄d dictuꝰ es tu contra abraam. Aut si aliq̄d
potes audere reprehēdere abraam. Nō q̄ domin nō aude-
bat reprehēdere abraam: sed talis erat abraam qui nō repre
henderek a dño sed potiꝰ laudarek. Tamen isti videbant eū
prouocare vt aliq̄d mali diceret de abraam: ⁊ esset occasio fa
ciendi qō cogitabāt. Pater noster abraaz est. Audiamꝰ quo
mē eis responderit dñs cum illorū dānatione laudās abraā
[Dicit eis ihesus. Si filij abrae estis: opera abrae facite. Nūc
autē queritis me interficere: hominē qui veritatē vobis locu
tus sum quā audiui a deo: hoc abraā nō fecit.] Ecce ille lau-
datꝰ: isti dānati. Abraam nō erat homicida. Non dico inq̄t
ego dñs sum abrae. Quod si diceret / verū diceret. Nā dixit
alio loco. Ante abraam ego sum: tūc eum illi lapidare vol uerunt. Nō dixit hoc. Jnterim qō videtis / qō aspicitis / qō me
solum putatis. homo sum. Hoiem dicentē vobis qō audiuit
a deo: quare vultis occidere nisi q̄ nō estis filij abrae? Et tñ
superiꝰ ait. Scio q̄ filij abrae estis. Nō negat eoꝝ originem
sed facta cōdemnat. Caro eorū ex illo erat: sed vita non erat.
Nos autē charissimi: nunq̄d de genere venimꝰ abrae: aut vl-
lo mō abraam pater noster fuit fm carnē? Originē de carne
eius caro iudeorū ducit: nō caro christianorū. Nos de alijs
Galat. iij. gentibus venimus. ⁊ tñ imitādo abrae fidem filij facti sumꝰ
Audi aplm: Abrae dicte sunt promissiones ⁊ semini eiꝰ. Nō
dicit inquit ⁊ seminib⁹ quasi in multis: sed tanq̄ in vno ⁊ se-
mini tuo quod est xps. Si autem vos xpi: ergo semen abrae
estis: fz pmissionē heredes. Nos ergo facti sumꝰ semē abrae
gratia dei: non de carne abrae. Fecit illi coheredes deꝰ. Il-
Roma. xj. los exheredauit: istos adoptauit. Et de arboze illa oliue cu-
ius radix est in patriarchis: ramos naturales superbos am-
putauit oleastrū humilē inseruit. Jdeo cum venirēt ad iohā
Matth. iij nem baptizandi iudei erupit in illos ⁊ ait illis. Generatio vi
perarū. maxime quippe de altitudine originis gl'iabant. Il
le aūt generationē eos dixit viperarū: non solum hominum
sed viperarū. Hominū formā videbat: sed venenum agnosce
bat. Generant tamē mundādi: q̄ vtiq̄ baptizādi. Et ait il-
lis. Generatio viperarū quis vobis ostendet fugere a ventu-
ra ira? Facite ergo fructꝰ dignos penitētie: ⁊ nolite dicere i-
tra vos ipsos: patrē habemꝰ abraam. Potens est eñ deus de
lapidibꝰ istis suscitare filios abrae. Si fructꝰ dignos peni-
tentie nō feceritis: nolite vobis de illa stirpe blandiri. potēs
est ⁊ vos damnare ⁊ abraam filijs nō fraudare. Habet enim
vnde excitet filios abrae. Fient filij: qui fidez fuerūt imitati
Potens est deꝰ de lapidibꝰ istis suscitare filios abrae. Nos
sumꝰ. Jn parētibꝰ nostris lapides eramꝰ quādo pcō deo la-
pides colebamꝰ. De talibꝰ lapidibꝰ familiā deꝰ fecit abrae.
Quid se ergo extollit inanis ⁊ vana iactāna? Filij abrae glo
riari iam desināt. Audierūt quod audire debuerunt. Si filij
abrae estis / factis probate non verbis. Queritis me occide-
re hoiem interim: nō dico filiū dei: nō dico deū: nō dico ver-
bum: q̄ nō moritur verbū: Hoc dico qō videtis: q̄ ⁊ qō vide
tis potestis occidere: ⁊ quē nō videtis offendere. Hoc ergo
abraam nō fecit. Vos facitis opa patrꝭ vestri. Et adhuc nō
dicit quis est iste pater eorū. Modo illi quid responderunt?
Ceperūt eñ vtcunq̄ cognoscere non de carnis generatione
deum loqui sed de vite institutione: ⁊ q̄ consuetudo scriptu-
rarū est quas legebant fornicationē spiritualiter appellare:
cum dijs multis ⁊ falsis anima tanq̄ pstituta subijcik: ad ꝟ
C responderunt. [Dixerunt itaq̄ ei. Nos ex fornicatione nō su
mus nati: vnum patrē habemꝰ deū.] Jaz viluit abraam. Re
pulsi eñ sunt quomō repelli debuerunt ore veridico: q̄ talis
erat abraam: cui facta nō imitabank. ⁊ de illius genere glo-
riabank: ⁊ mutauerūt responsionē credo dicētes apud semet
ipsos. Quotiens cūq̄ nominauerimꝰ abraam. dicturꝰ est no-
bis. Quare non imitamini eū: de cuiꝰ gñe gloriamini? Nos
sanctū iustū innocentē tantū virū imitari nō possumꝰ: deum
dicamꝰ patrem nostrū: videamꝰ q̄d nobis dicturꝰ est. Pro-
sus falsitas inuenit quod diceret: vt nō inueniret veritas q̄d
responderet? Audiamꝰ quid dicāt: audiamꝰ quid audiant.
Unū inquiunt patrem habemꝰ deum. [Dixit ergo eis ihesus.
Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq̄ me. Ego eñ ex
deo processi ⁊ veni. Neq̄ eñ a meipso veni. sed ille me misit]
Dicitꝭ deū patrē: agnoscite me vel fratrē. Uerūtamē erexit
intelligētibꝰ cor ⁊ illud tetigit qō solet dicere. Nō a meipso
veni: sed ille me misit. A deo processi ⁊ veni. Memētote qō so
leam⁹ dicere ab illo venit ⁊ a quo venit cū illo venit. Christi
ergo missio est incarnatio. Quod vero de deo pcessit verbuz
eterna processio est. Nō habet tempꝰ: per quē factuz est tem-
pus. Memo dicat in corde suo: anteq̄ esset verbuz quomodo
erat deus? Hunq̄ dicas anteq̄ esset verbuz dei. Hunq̄ deꝰ
sine verbo fuit: q̄ verbū est manens nō transiens: deus nō so
nus: per qō factuz est celum ⁊ terra: nō quod preteriit cū bis
que facta sunt sup terrā: Ergo ab illo processit vt deꝰ vt equa
lis vt filius vnicꝰ: vt verbū patris ⁊ venit ad nos: q̄ verbum
caro factum est vt habitaret in nobis. Aduentꝰ eiꝰ: humani-
tas eiꝰ / māsio eiꝰ / diuinitas eius. Diuinitas eius quo imus
humanitas eiꝰ qua imus. Nisi nobis fieret qua iremꝰ: nūq̄
D ad illū manentē peruentremꝰ. [Quare inquit loquelam meā
non cognoscitis? Q̄z nō potestis audire sermonē meum] Jō
nō poterant cognoscere q̄ nō poterant audire. Sed vnde au
dire nō poterant: nisi q̄ corrigi credendo nolebant? Et hoc
vnde? [Vos ex patre diabolo estis.] Odiu patrē cōmemo
ratis: q̄diu patres mutatis / mō abraam: modo deū? Audi-
te a filio dei cuiꝰ sitis filij. A patre diabolo estis. Hic iam ca
uenda est heresis manicheorum que dicit esse quandā natu-
ram mali ⁊ quandaz gentem tenebrarū cum principibꝰ suis
que ausa est pugnare contra deū. Illū vero deum ne debel-
laret gens aduersa / regnum eius misisse contra eam tanq̄ vi
scera sua principes de luce sua eamq̄ gentem fuisse debella-
tam: vnde diabolꝰ originem ducit. Hinc dicunt ducere ori-
ginem carnem nostrā: ⁊ fm hoc putant dictum a dño / vos ex
patre diabolo estis: quod essent illi velut natura mali ducen
tes originem de gente contraria tenebrarum. Sic errant: sic
excecantur: sic seipsos faciunt gentem tenebrarum credendo
quod falsum est contra eum a quo creati sunt. Bona est enim
omnis natura: sed vitiata hominis est natura per voluntā-
tem malam. Quod fecit deus non potest esse malum si ipse
homo non sit sibi malus. Sz plane creator creator est. Crea-

tura creatura est. Equari creatura nō potest creatori. Discernite eum qui fecit: ab eo quod fecit. Equari non potest fabro scamnum: equari non potest colūna structori. Et tñ faber scamnū fecit: lignū ipe nō creauit. Dñs aūt deus noster qi oī potēs est ⁊ verbo fecit qđ fecit: oīa que fecit nō habuit vñ faceret ⁊ tñ fecit. Facta sunt eñ qi voluit. facta fūt qi dixit: sed facta factori compari non possunt: Queris quid cōpares: filiū vnicū agnosce. Vñ ergo iudei filij diaboli? Imitādo non
Exec.xvj. nascēdo. Audite scripture sancte ꝓsuetudinē. Prophera dicit ad ipsos iudeos: pater tu⁹ amorreus: ⁊ mater tua cethea Amorrei gens erat quedā vnde originē iudei non ducebant Cethei ⁊ ipsi gentē suā habebāt: oīno alienā a genere iudeorum. Sed qi erant impij amorrei ⁊ cethei: iudei aūt imitati sunt impietates illoꝝ: inuenerūt sibi parētes nō de quibus nascerent⁊ quoꝝ mores sectantes pariter dānarent. Queritis aūt fortasse vnde ipse diabol⁹? Vnde vtiq; vnde et ceteri angeli. Sed ⁊ ceteri angeli in sua obediētia pstiterūt: ille inobediendo ⁊ supbiendo lapsus est angel⁹: ⁊ fact⁹ est diabol⁹. Sed mō audite quid dicat dñs. Vos inq̄t de patre diabolo
E estis: [⁊ desideria patris vestri vultis facere.] Ecce vnde filij ei⁹ qi talia desiderat; nō qi de illo nati estis. Que fūt illi⁹ desideria? [Ille homicida erat ab initio.] Ecce qđ est desideria patris vestri facere vultis. Queritꝭ me occidere: hominē qui veritatez vobis dico. Et ille inuidit homini: ⁊ occidit
Gen.iij. hominē. Diabol⁹ eñ cuz inuideret homini: serpēte induit⁹ locutus est mulieri: ⁊ de muliere venenauit ⁊ virū. Mortui fūt diabolū audiēdo. Que nō audissent: si dñz audire voluissent Positus eñ hō inter eū qui creauit ⁊ eū qui lapsus est: obtēpare debuit creatori nō deceptori. Ergo ille homicida erat ab initio. Videte genus homicidij fratres. Homicida dicit diabol⁹. Non gladio armat⁹: nō ferro accinct⁹ ad hoīem ve-
De.pe.di.j. nit: verbū malū seminauit ⁊ occidit. Moli ergo putare te nō
nolu. esse homicidā: quādo fratri tuo mala ꝓsuades. Si fratri tuo mala ꝓsuades occidis. Et vt scias qi occidis: audi psalmuz
Ps.lvj. Filij hoīm dentes eoꝝ arma ⁊ sagitte: ⁊ lingua eoꝝ gladius acut⁹. Vos ergo desideria patris vestri vult; facere: ideo seuitis in carnē qi nō potestis in mētē. Ille homicida erat ab initio: vtiq; in primo hoīe. Ex illo ille homicida: ex quo potuit fieri homicidiū. Ex illo potuit fieri homicidiuz: ex quo fact⁹ est homo. Nō eñ posset occidi homo: nisi p̄⁹ fieret hō Homicida ergo ille ab initio: ⁊ vnde homicida? [⁊ in veritate non stetit.] Ergo in veritate fuit: sed nō stando cecidit. Et quare in veritate nō stetit? Qz veritas nō est in eo.] Nō qūo in xpo sic est veritas vt xps ipse sit veritas. Si ergo iste in veritate stetisset: in xpo stetisset. Sz in veritate non stetit: quia veritas non est in eo. [Cuz loquit mendaciū ex propijs loq̄
F tur: qi mēdax est ⁊ pater ei⁹.] Quid est hoc? Audistis verba euāgelij intēti accepistis: Ecce repeto vt agnoscatis qđ exigatis. De diabolo dñs ea dicebat: que de diabolo dici a domino debuerāt. Ille homicida erat ab initio. Verū est. Maz primum hominē occidit ⁊ in veritate nō stetit qi de veritate lapsus est. Cū loquitur mēdaciuz: vtiq; ipse diabol⁹ de propijs loquit qi mendax est⁊ pater eius. In his verbis quidā patrē diabolū habere putauerūt: ⁊ quesierunt quis esset diaboli pater. Hic vero detestabilis error manicheoꝝ inuenit adhuc quo deciperet impitos. Solēt eñ dicere. Putas diabol⁹ angel⁹ fuit ⁊ lapsus est: Ab illo cepit pctm sicut dicitis. Pater eius quis erat? Nos contra. Quis eñ nostrū aliquādo dixit diabolū habere patrē? Et illi cōtra. Dñs dicit: euāgelū loquit de diabolo dicēs: Ait ille homicida erat ab initio⁹ in veritate non stetit: qi veritas nō est in eo. Cum loquit mendaciū: ex ꝓpijs loquit: qi mendax est⁊ pater ei⁹. Audi intellige: nō te longe mitto: in ipsis verbis intellige. Diabolū dñs dixit patrē mēdacij. Quid est hoc? Audi quid sit. Replica mō ipa verba⁊ intellige. Non oīs eñ qui mentit pater mendacij sui est. Si eñ ab alio mēdaciū accepisti ⁊ dixisti: tu quidē mentit⁹ es ꝓferendo mendaciū: sed pater mendacij ipsius nō es qi ab altero accepisti mendaciū. Diabol⁹ autem a seipso mendax fuit. Mendacium suum ipse genuit qđ a nemine audiuit. Quomō de⁹ pater genuit filiū veritatem: sic diabol⁹ lapsus genuit quasi filiū mendaciū. Dis audit⁊: replica nunc ⁊ recole verba dñi mens catholica: quid audieris aduerte: quid dicat attende. Ille quis? Diabol⁹ homicida erat ab initio. Agnoscim⁹/ occidit adam ⁊ in veritate nō
stetit. Agnoscim⁹ qi de veritate lapsus est: qi vitas in eo non est. Verū est qi recedēdo a veritate nō hz veritatē. Cū loquitur mendaciū de ꝓpijs loquit: nō aliunde accepit vñ loquatur. Cū loquit mendaciū de ꝓpijs loquit: qi mēdax est⁊ pr ei⁹: Et mēdax est: ⁊ pater mēdacij. Mā tu forte mēdax es qi mendaciū loquer⁊: sed nō es pater ei⁹. Si eñ qđ dicis a diabolo accepisti ⁊ diabolo credidisti: mēdax es: pater mendacij nō es. Ille vo qi non aliūde accepit mendaciū /quo mendacio tanq̄ venenoserpēs hominē occideret /pater est mendacij: sicut de⁹ pater est veritatis. Recedite a patre mendacij: currite ad patrē veritatis. Amplectimini veritatē: vt accipiatis libertatē. Illi aūt iudei apud patrē suuz videbāt qđ loquebant. Quid /nisi mendaciū? Dñs aūt apud patrē suuz vidit qđ loquerer. Quid /nisi scipm. Quid /nisi verbū patr⁊? Quid nisi veritatē patris eternā: ⁊ patri coeternā? Ille ergo homicida erat ab initio ⁊ in veritate nō stetit: qi veritas non est in eo. Cum loquit mendaciū: de ꝓpijs loquit: qi mēdax est. Et nō solū mendax est: sed ⁊ pater eius: id est ipsi⁹ mēdacij qđ loquitur pater est: qi ipse genuit mendaciū suuz. [Ego aūt qi veritatē dico: nō credit⁊ mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico: quare non creditis mihi?] Pensate fratres charissimi māsuetudinē dei: relaxare pctā venerat ⁊ dicebat. Quis ex vobis arguet me de pctō? Nō dignat ex ratione ostendere se pctōrem nō esse: qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare Quis ex vobis arguet me de pctō: quō ego arguo ⁊ vos patrem vestrū? Si veritatē dico quare vos nō creditis mihi: nisi qi filij diaboli estis? Valde terribile est qñ subdidit. [Qui est ex deo: verba dei audit. Propterea vos nō auditis: qi ex deo nō estis] Iterū nolite attēdere naturā sed vitiū. Sic sunt isti ex deo ⁊ nō sunt ex deo. Natura ex deo: vitio nō ex deo. Obsecro vos attendite: in euāgelio habetis vnde sanemini cōtra errores venenosos⁊ nepharios hereticoꝝ: quoz de his verbis solēt manichei dicere. Ecce qi due nature sunt /vna bona ⁊ altera mala: Dñs dicit. Quid dicit dñs? Propterea vos nō audit⁊ qi ex deo nō est⁊. Dicit dñs hec. Quid ergo inq̄t tu ad ista dicis? Audi que dicā. Et ex deo sunt: ⁊ ex deo nō sunt. Natura ex deo sunt: vitio nō sūt ex deo. Natura eñ bona que ex deo est /peccauit voluntate credēdo qđ diabol⁹ persuasit: ⁊ vitiata est. Ideo medicū quer⁊: qi sana nō est. Ecce qđ dico si impossibile tibi videt vt ex deo sint ⁊ ex deo nō sint: audi qi nō est impossibile. Sic sunt ex deo ⁊ nō sunt ex deo: quomō filij abrae sunt ⁊ nō sunt filij abrae. Hic habetis: nō est qđ dicat⁊ Ipm dñm audi: ipse illis dixit. Scio qi filij abrae estis. Nū quid dñs mentiret? Absit. Ergo verū est qđ dixit dñs. Vex est. Ergo qđ illi abrae filij erant: vex est. Audi ipm negantē q̄ dixit: filij abrae estis: ipse illos negauit filios abrae. Si filij abrae estis: facta abrae facite. Hūc queritis me occidere hominē q̄ veritatē vobis dico quā audiui a deo: hoc abraaz non fecit. Vos facitis opera pris vestri: id est diaboli. Quō ergo ⁊ filij abrae erant: ⁊ filij abrae nō erant? Utrūq; in illis ostendit. Et filij abrae erāt ꝓpter originē carnis: ⁊ nō erant filij abrae ꝓpter vitiū diabolice persuasionis. Sic ⁊ dñm et deum nr̄m attēdite: ex illo erāt ⁊ ex illo nō erant. Quō ex illo erāt? Qz ipse creauit hominē: de quo nati erāt. Quomō ex illo erant? Qz ipse est conditor nature: ipse est creator carnis⁊ anime. Quomodo ergo ex illo nō erant? Qz vitiosi a seipsis facti erant. Ex illo nō erāt: qz imitādo diaboluz: filij diaboli facti erant. Venit ergo dñs de⁹ ad hominē peccatorez. Duo noīa audisti: ⁊ hoīem⁊ peccatorem. Qđ homo est: ex deo est. Qđ pctōr est. nō est ex deo. A natura vitiū secernat. Agnoscatur natura: vnde creator laudetur. Agnoscatur vitiuz: ꝓpter quod medicus inuocetur. Quod ergo ait dominꝰ: qui est ex deo verba dei audit: ꝓpterea vos nō auditis: qi ex deo non estis: nō naturarū merita discreuit: aut ꝓter suaz animā et carnē aliquā naturā in hominib⁹ que peccato viciata nō esset inuenit. Sed quomō p̄scierat qui fuerant crediturꝰ /ipsos dixit ex deo: quomō regenerationis adoptione renascerent ex deo. Ad hos pertinet: qui est ex deo verba dei audit. Qđ vero sequit: ꝓpterea vos nō auditis: qi ex deo non estis: eis dictum est qui nō solū peccato vitiosi erāt: nam hoc malū cōmune erat omnib⁹: sed etiā p̄cogniti qđ non fuerāt credituri ea fide qua sola possent a peccatoruz obligatione liberari. Quaꝓpter p̄sciebat illos quib⁹ talis dicebat in eo pmā-

suros quod ex diabolo erant: id est in suis peccatis atq; impietate morituros in qua ei similes erāt: nec venturos ad regenerationez in qua essent filij dei. hoc est ex deo nati: a quo erant homines creati. Scōm hanc predestinationē locutus est dñs: Non quod aliquē hominez inuenerit: qui vel fm regenerationē iaz esset ex deo. vel fm naturā iā nō esset ex deo.

Tractatus. xliij.

Respondērūt ergo iudei ⁊ dixerūt ei. Nonne bene dicim⁹ nos: qz samaritan⁹ es tu ⁊ demoniū habes? Respōdit iesus. Ego demonium nō habeo: sed honorifico patrē meuz ⁊ vos inhonorastis me. Ego aūt nō quero gloriaz meam: est qui querat ⁊ iudicet. Amē amen dico vobis: si quis sermonē meū seruauerit mortē nō videbit in eternū. Dixerunt ergo iudei. Nūc cognouim⁹ qz demoniū habes. Abraam mortu⁹ est ⁊ pphete ⁊ tu dicis si quis sermonē meū seruauerit nō gustabit mortē in eternum? Nunqd tu maior es patre nostro abraam qui mortuus est? ⁊ prophete mortui sunt. Quē teipm facis? Respōdit iesus. Si ego glorifico meipsuz gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me quē vos dicitis qz deus noster est: ⁊ nō cognouistis eū. Ego aūt noui eū. ⁊ si dixero qz nō scio eū: ero similis vobis mēdax sed scio eū ⁊ sermonē eius seruo. Abraā pater vester exultauit vt videret diē meū: ⁊ vidit ⁊ gauisus est. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nondū habes ⁊ abraam vidisti? Dixit eis iesus. Amen amē dico vobis: anteq̄ abraaz fieret ego sum. Tulerūt ergo lapides vt iacerent in eum. Jesus autē abscondit se⁊ exiuit de tēplo.

A Fm ista lectione sancti euāgelij que hodie recitata est: a potētia discim⁹ patientiā. Quid em̄ sum⁹ ser
vi ad dōm pctōres ad iustū: creatura ad creatorē
Tñ quomodo si quid mali sum⁹ / a nobis sum⁹ ita
quicquid bom sum⁹: ab illo ⁊ per illuz sum⁹. Et nihil sic que
rit hō: qūo potētia. Habes dōm xpm magnā potentiā. Sed
prius ei⁹ imitek patientiā: vt perueniat ad potentiaz. Quis
nostruz patienter audiret: si alicui diceretur: demoniuz ha
bes? Qđ dictū est ei qui nō solū homīes saluabat: sz etiā de
monib⁹ impabat. Hoc cū dixissent iudei. [Nōne bene dici
mus nos: qz samaritan⁹ es: ⁊ demoniū habes:] Horū duor
sibi obiectorū vnū negauit ⁊ alterū nō negauit. [Respondit
em̄ ⁊ ait. Ego demoniū nō habeo:]nō dixit samaritanus nō
suz: ⁊ vtiq; duo fuerūt obiecta. Quis maledictū maledicto
nō reddiderit: q̄uis conuitiū nō conuitio refutauerit: perti
nuit tñ ad eū negare vnā rem / alteram nō negare. Nō frustra
fratres. Samaritan⁹ em̄ interpretatur custos. Nouerat se ille
Pš.cxx. nostrū esse custodē. Nō em̄ dormit neq; dormitat q̄ custodit
pš.cxxvj; israel: Et nisi dñs custodierit ciuitatē: in vanū vigilabunt q̄
custodiunt eā. Est ergo ille custos noster: qui creator noster.
Nō em̄ ptinuit ad eū vt redimeremur: ⁊ nō pertineret ad eū
vt seruaremur? Denicq; vt plenius nouerit⁊ mysteriū quare se
samaritanū negare nō debuit: parabolā illā notissimā atten
dite: vbi homo quidā descēdebat ab hierl'm in hierichor in
Luce.x. cidit in latrones: qui eum grauiter vulnerantes semiuiuū in
via reliquerūt. Transiit quidā sacerdos neglexit eū: transiit
leuites ⁊ ipse pterijt. Transiit quidā samaritan⁹ ipe est cu
stos noster: ipse accessit ad sautū: ipse impēdit misericordiā
eiq; se pstitit pximū quē nō deputauit alienum. Ad hoc er
go solū qđ demoniū nō haberet: nō autez se samaritanū non
esse respondit. Deinde post tale cōuitiuz / hoc solum dixit de
gloria sua. [Sed honorifico jnquit[patrē meum: ⁊ vos inho
norastis me.]Hoc est / ego me nō honorifico ne vobis arro
gans videar: habeo quē honorificē. Sed si vos agnoscere⁊
sicut ego honorifico patrē sic ⁊ vos honorificaret⁊ me. Ego
B facio quod debeo. vos facitis qđ nō debetis. [Ego aūt inqt
nō quero gloriā meam: est qui querat ⁊ iudicet.] Quē vult in
telligi nisi patrē? Quo ergo alio loco dicit. pater nō iudicat Johā.v.
quēq; sed omne iudiciū dedit filio: ⁊ hic dicit: nō quero glo
riam meā: est qui q̄rat ⁊ iudicet? Si ergo iudicat pater: qūo
nō iudicat quēq;: sed oīe iudiciū dedit filio? Hanc questio
nē vt soluamus attēdite. Simili locutione solui potest. Scri
ptū habes: de⁹ neminē tentat. Et iterū scriptū habes: tentat Jacobi.j.
vos dñs deus vester: vt sciat si diligitis eū. Nempe questio Deut.xiij.
est. Videtis em̄ quomō deus neminē tentat: ⁊ quomō tentat
vos dñs deus vester: vt sciat si diligitis eū? Jtē scriptuz est.
Timor nō est in charitate: sz pfecta charitas foras mittit ti j. Joh.iiij.
morē. Et alio loco scriptū est. Timor dñi castus pmanēs in Pš.xviij.
seculū seculi. Et ipsa questio est. Qūo em̄ perfecta charitas
foras mittit timorē: si timor dñi cast⁹ pmanet in seculū secu
li? Intelligim⁹ ergo duas esse tentationes: vnā que decipit
alterā que pbat. Scōm eā que decipit de⁹ neminē tentat:
Scōm eaz que pbat / tentat vos dñs deus vester vt sciat si
diligitis eū. Sed iterū ⁊ hic alia nascit questio. Qūo tētat vt
sciat: quē latere nihil potest anteq̄ tentet? Nō ergo deus ne
scit: sz dictū est vt sciat qđ est vt scire vos faciat. Locutiōes
tales ⁊ in sermonib⁹ nostris sunt: ⁊ in auctorib⁹ eloquētie re
periunt. De sermone nostro aliquid dicā. Fossa ceca dicitur
nō qz oculos perdit sed qz latēdo nō videntes facit. Aliquid ⁊
de illis auctorib⁹ dicā. Tristes lupinos aut qdā: hoc ē ama
ros: nō qz ipsi sunt tristes sz qz gustanti ptristāt: hoc est tristes
faciūt. Sunt ergo ⁊ in scripturis locutiones eiusmodi. Qui
in talib⁹ āstionib⁹ cognoscēdis laborāt: in soluēdis talib⁹ q̄
stionib⁹ nō laborāt. Ergo tentat vos dñs de⁹ vester: vt sciat.
Quid est vt sciat? Vt scire vos faciat si diligitis eū. Job late
bat se sz deū nō latebat. Admisit tētatorē: ⁊ fecit eū sui cogni
torē. Quid de duob⁹ timorib⁹? Est timor seruilis: ⁊ ē timor C
castus. Est timor ne patiaris penā: est ali⁹ timor ne amittas
iusticiā. Timor ille ne patiaris penam seruilis est. Quid ma
gnū est timere penā? Nocet necessim⁹ seruus: nocet crudelissi
mus latro. Nō est magnū timere penā: sz magnum est amare
iusticiā. Qui ergo amat iusticiā nihil timet. Timet plane nō
ne incidat in penā / sz ne amittat iusticiā. Fratres mei credi
te ⁊ cōiscite ex eo qđ amat⁊. Amat aliqs vīm pecuniam. Pu
tas iuenio aliquē qui nō amat? Ex hoc tū ipso qđ amat: intel
ligat qđ dico. Timet dānuz. Quare timet dānum? Qz pecu
niā diligit. Vtū amat pecuniā: tñ timet ne perdat pecuniā
Ergo inuenik aliqs amator iusticie: q̄ plus in corde damnuz
ptimescat: q̄ pl⁹ timeat expoliari iusticia: q̄ tu pecunia. Ipe
est timor cast⁹: ipe pmanet in seculū seculi. Nō euz tollit cha
ritas nec foras mittit: sz magis cōplectit ⁊ comitē tenet: simi⁊
possidet. Venim⁹ em̄ ad deū vt videam⁹ facie ad faciē. Ibi
timor cast⁹ nos seruat: timor em̄ ille nō pturbat sz cōfirmat. ti
met mulier adultera ne vir ei⁹ veniat: timet⁊ casta ne vir ei⁹
abscedat. Ergo fm aliā tētationē de⁹ neminē tentat: Scōm
aliā vero tētat vos dñs de⁹ vr̄. Et fm alīū timorez: timor nō
est in charitate sz pfecta charitas foras mittit timorē. Scōz
vero alīū timorē timor dñi cast⁹ pmanēs in seculū seculi. sic
⁊ hoc loco fm alterū iudiciū pr̄ nō iudicat quēq; sz oīne iudi
ciū dedit filio: fm vero alterū iudiciū ego inqt nō q̄ro gloriā
meā: est q̄ querat⁊ iudicet. Et de isto ꝛbo q̄stio ista soluatur.
Habes in euāgelio cōmemoratū penale iudiciū: q̄ nō credit Johā.iij.
iā iudicat⁹ est. Et alio loco. Venet hora q̄ in qui sūt in me- Johā.v.
numētis audiēt vocē ei⁹: ⁊ pcedēt q̄ bona fecerūt in resurre
ctionē vite: q̄ male egerūt in resurrectionem iudicij. Videte
quē admodū iudiciū p dānationez pena posuit: ⁊ tū si semp
iudiciū pro dānatione accipek: nunqd audirem⁹ in psalmo:
iudica me de⁹? Vbi iudiciū sz afflictionē: hic iudiciū fm di Pš.xlij.
scretionē positū est. Quo fm discretionē? Quo exponit ipse
qui ait. Judica me de⁹. Lege em̄ ⁊ vide qđ sequit. Quid ē iu
dica me de⁹ ⁊ discerne cām meā inqt de gente nō sancta. Qđ
ergo dictum est iudica me deus ⁊ discerne causam meam de
gente nō sancta. Scōm hoc ait modo dominus christ⁹. Ego D
nō q̄ro gloriā meā: ē q̄ q̄rat ⁊ iudicet. Quo ē q̄ q̄rat ⁊ iudicet?
Est pr̄ me⁹ qui gl'iam meā a vr̄a gl'ia discernat⁊ sepet. Vos
em̄ fm ℔ seculū gl'iamini: Ego nō fm hoc seculū gloriot qui
pr̄i dico. Pat glorifica me ea gl'ia quā habui apud te: antiq; Johā. vij.
mund⁹ esset. Quid est ea gloria? Ab hūana inflatione discre
ta. Scōm hoc iudicat pat. Quid ē iudicat? Discernit. Quid
discernit? Gloriā filij sui a gloria hominū. Qz ideo dictuz est

Pſa.xliij. vnxit te deus deꝰ tuus oleo exultationis tue pre participibꝰ tuis. Non enī qꝫ hō factus est: iam cōparādꝰ est nobis. Nos hoies cuꝫ peccato: ille sine pctō. Nos homies trahentes de adam⁊ morte⁊ delictū: ille de virgine carnē mortalē: nullaꝫ iniquitatē. Denīq; nos nec qꝫ volumꝰ nati sumꝰ: nec q̄diu volumꝰ viuimꝰ: nec quomō volumꝰ morimur. Ille anteq̄ nasceretur elegit de qua nasceret: natus fecit vt a magis adorare⁊ Creuit infans⁊ miraculis se deū ostendebat: ⁊ infirmitate hominē preferebat. Postremo elegit⁊ genus mortis. hoc est vt in cruce pēderet: ⁊ ipam crucē in cordibus fidelium figeret: vt dicat christianꝰ. Mihi aūt absit gloriari: nisi i cruce dñi nostri iesu xpi. In ipsa cruce quādo voluit corpus dimisit⁊ absceſſit in ipso sepulchro q̄diu voluit iacuit: quādo voluit tanq̄ de lecto surrexit. Ergo fratres ſm ipsam formā

Johā.j. serui. nam illud quis digne loquiſ. in principio erat verbum ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ deus erat verbum: Scīm ipam in quā formā serui multū interest inter gloriam christi: ⁊ gl'iam omniū ceterorū. De ipsa gloria dicebat: qñ quod demoniuꝫ haberet audiebat. Ego nō quero gloriā meaꝫ: est qui querat ⁊ iudicet. Tu aūt de te dñe quid dicis? [Amē amen dico vobis: Si quis sermonē meū seruauerit: mortez non videbit in eternū.] Vos inquit dicitis demoniū habes: ego vos ad vitam voco: seruate sermonē meuꝫ: ⁊ nō morieminī. Illi audiebāt mortē non videbit in eternū: qui sermonē meuꝫ seruauerit⁊ irascebanꝫ: qꝫ iaꝫ mortui erāt illa morte que vitāda erat [Dixerunt ergo iudei. Nūc cognouimꝰ qꝫ demoniū habes. Abraam mortuus est ⁊ prophete: ⁊ tu dicis si quis sermonē

E meū seruauerit mortem nō gustabit in eternū.] Videte locutiones scripturarū: mortē nō videbit: id est gustabit. Mortē videbit: mortem gustabit. Quis videt? Quis gustat? Quos oculos habet homo vt videat quādo morīt? Quādo veniēdo mors ipos oculos claudit ne aliq̄d videant? Qūo dicit non videbit mortē? Item quo palato/quib⁹ faucib⁹ mors gustatur: vt quid sapiat dinoscat? Qñ totū sensuꝫ tollit. quid in palato remanebit? Sed videbis dictuꝫ est ⁊ gustabit. pro eo qꝫ est experiet. Hec dñs: parū est si dicā: morituris morītur? loquebat: qꝫ ⁊ dñi exitus mortis sicut loquit psalmꝰ. Cū ergo ⁊ morturis loquere⁊ morītur? loquere⁊: quid sibi vult qō ait. qui sermonē meū seruauerit mortē nō videbit in eternū? Nisi qꝫ videbat dñs aliā mortē de qua nos liberare venerat Mortē secundā: mortē eternā: mortē gehennarū: mortē dānationis cū diabolo⁊ angelis eiꝰ ipsa est vera mors: Nā ista migratio est. Quid est ista mors? Relictio corpis: depositio sarcine grauis: Sz si alia sarcina nō portet qua hō in gehennam p̄cipitet. De ipa ergo morte dñs dixit. mortem nō videbit in eternū: q̄ sermonē meū seruauerit. Nō expauescamus istaꝫ mortē: sed illā timeam? Qō est aūt grauius: multi per-

Daniel.iij uerse timēdo istā/incidūt in illaꝫ. Dictū est aliquib⁹: adorate idola qō si nō feceritis interficiemini. Aut quēadmodū ille nabuchodonosor rex dixit: si nō feceritis mittemini in caminū ignis ardentis. Multi timuerūt⁊ adorauerūt: nolētes mori mortui sunt. Timēdo mortē que nō euadit: inciderunt in mortē quā euadere omīno feliciter possent si istā que non euadit infeliciter nō timerēt. Natꝰ es hō. morīturꝰ es. Quabis vt nō moriar? Quid facies vt nō morīaris? vt dñs tuus necessitate morīturū consolarek qui voluntate mori dignatꝰ est: Qñ vides xpm mortuū dedignaris mori? Ergo cū moriturus es: qua euadas nō habes. Hodie sit: cras sit: futurum est: debitū est: reddēdū est. Quid ergo ait hō timens. fugi ēs occultat se ne inuenak ab inimico? Runc̄d agit vt nō moriatur. sed vt paulo seriꝰ moriak. nō accipit debiti securitatē sed postulat dilationē. Etūlibet diu differak: veniet qō differtur. Illā mortē timeamꝰ quam timuerunt tres viri qñ dixerunt regi: Potens est deꝰ etiā de ista flamma liberare nos. ⁊ si ibi nō fuit timor illiꝰ mortis quā modo dñs cōminak quando dixerūt: Sed⁊ si noluerit aperte liberare: potest in occulto corōnare. Unde ⁊ ipse dñs factuꝰ martyres ⁊ caput mar-

Matth.x. tyrū futuꝰ ait. Nolite timere eos qui occidūt corp⁹: ⁊ post ea nō habēt quod faciant. Quomō nō habēt qō faciāt? Quid si cū occiderīt corpꝰ bestijs lacerandū: diripiēdū alitibꝰ, p̄tiscant? Videk adhuc seuicia habere qō faciat. Sz cui facit? Qui migrauit: Inest corpus: sz nullus est sensus: habitatio iacet/habitatoꝛ absceſſit. Ergo poste a non habent qō faciāt Non sentienti enī nihil faciūt. Sz eū timete qui habet potestatē⁊ corpus⁊ animā occidere in gehennaꝫ ignis. Ecce de qua morte loquebaꝫ cum diceret: qui sermonē meū seruauerit mortē nō videbit in eternū. Seruemꝰ ergo fratres sermonē ipsius in fide peruēturi ad speciē: cum acceperimꝰ plenū simā libertatē. Isti aūt indignātes mortui⁊ morti sempiterne p̄destinati: respondebāt cōuiciose⁊ dicebāt. Modo cognouimꝰ: qꝫ demoniū habes. Abraaꝫ mortuus est⁊ pphete Sed ista morte quā dñs vult intelligi: nec abraam mortuus est nec pphete. Illi enī mortui sunt⁊ viuunt: isti viuebant⁊ mortui erant. Nā respondens quodā loco saduceis mouenti bus questionē de resurrectione: hoc aūt ipse dñs. De resurrectione aūt mortuorū non legistis: quemō ait dñs de rubo ad moysen? Ego sum deus abraam ⁊ deus ysaac⁊ deus iacob. Wat.xxij. Non est deus mortuoꝝ sed viuorū. Si ergo illi viuunt: laboremus sic viuere: ⁊ cū illis viuere cū mortui fuerimꝰ. [† Quē † Textus teipm facis] inquiūt vt dicas mortē nō videbit in eternū qui sermonē meū seruauerit: cuꝫ scias⁊ abraā mortuū ⁊ prophetas? [Respōdit iesus. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est. Est pater meꝰ qui glorificat me.] Hoc ait propter illud qō dixerunt: quē teipm facis. Refert enī gloriā suaꝫ ad patrē suū de quo est⁊ qui deꝰ est. Aliqñ arriani: ⁊ de isto verbo calūmiātur fidei nostre ⁊ dicūt. Ecce maioꝛ est pater quia vtiq̄ glorificat filiū. Hereticenō legisti ipm filiū dicentem. quē. qō glorificet patrē suū? Sed ⁊ ille filiū glorificat: ⁊ filius patrē glorificat. Pone pernicie: agnosce equalitatē: corrige gJob.xvij. uersitatē. Est ergo inq̄t pater meꝰ qui glorificat me: [quem vos dicitis q⁊ deꝰ noster est ⁊ nō cognouistis eum.] Videte fratres mei quēadmodū ostēdat ipm deū patrē esse xpi: qui annunciat? est ⁊ iudeis. Propterea dico: qꝫ rursus quidam heretici dicūt deū annunciatū in veteri testamēto nō esse patrē christi: sed nescio quē principē malorū angelorū. Manichei sunt qui ista dicūt: marcionite sūt qui ista dicūt. Sunt⁊ alij fortassis heretici quos cōmemorare vel non opus est vel a me omnes recoli in pūti nō possunt. Non defuerunt tñ qui hoc dicerēt. Itaq; attēdite vt habeatis quid dicat] ⁊ contra ipsos. Eū dicit patrē suū dñs iesus christꝰ quē illi dicebant deum suū⁊ nō cognouerūt. Si enī ipm cognouissent: et filiū recepissent. [Ego autē.] inquit. [noui eū.] Sm carnē iudicātibꝰ potuit⁊ hinc arrogās videri qꝫ dixit: ego noui eū. Sed

† Al'.scio. videte qd sequaſ. [Si dixero qꝫ nō † noui eū: ero similis vobis mēdax.] Ergo arrogātia nō ita caueak: vt veritas relinq̄bak. [Sed scio eū: ⁊ sermonē eiꝰ seruo.] Sermonē patris tā q̄ filiꝰ loquebak: ⁊ ipse erat verbū patris quod hominib⁹ loquak. [Abraam pater vester exultauit vt videret diē meum: ⁊ vidit⁊ gauisus est.] Magnū testimoniuꝫ phibet abrae/semē abrae/creatoꝛ abrae. Abraā exultauit inq̄t vt videret diē meū: vidit. Nō timuit: sz exultauit vt videret diē meū. Erat enī in illo charitas: que foras mittit timoꝛem. Nō ait exultauit qꝫ vidit: sed exultauit vt videret. Credēs vtiq̄ exultauit sperādo: vt videret intelligēdo⁊ vidit. Et quid potuit plus dicere vel q̄d debuit plus dicere dñs iesus xps? Et vidit inquit⁊ gauisus est. Quis explicat hoc gaudiuꝫ frēs mei? Si gauisi sunt illi quib⁹ deus oculos carnis aperuit: quale gaudiū fuit videtib⁹ coꝛdis lucē ineffabilē: verbū manēs: splendoꝛē pijs mentib⁹ refulgentē: sapientiā indeficientez: apud patrē manentē deū: ⁊ aliqñ in carne vēturꝫ: nec de patris gremio recessurū? Totū hoc vidit abraā. Nā qō ait: diē meū: in certū pōt esse vnde dixerit: vtrū diez dñi tempalez quo erat

G ventur⁹ in carne: an diē dñi qui nescitoꝝ nescit occasuꝫ. Sz ego nō dubito patrē abraā totū scisse. Et vbi iueniā? An sufficere nobis debet testimoniuꝫ dñi nostri iesu xpi? Putemꝰ nō inuenire nō posse: qꝫ forte difficile est quomō manifestuꝫ sit quod abraam exultauit vt videret diem christi: ⁊ vidit⁊ gauisus est. Et si nos nō inuenimus: nūquid mētiri veritas possit. Credamus veritati: et de abraae meritis minime dubitem⁹. Tamē auditevnū locum: qui mihi interim occurrit Pater abraam quando misit seruū suum vt peteret vxorem filio suo ysaac: hoc eum sacrameto cōstrinxit: vt fideliter qō iubebak impleret⁊ sciret etiā ipse quid faceret. Magna enīꝫ res agebat: qñ abrae semini cōiugium querebak. Sed vt hoc cognosceret seruus quod nouerat abraam/qꝫ nepotes nō carnaliter desiderabat: nec de genere suo aliquid carnale sapiebat: ait seruo suo qē mittebat. Pone manū sub femore meo Geñ.xxiiij ⁊ iura mihi per deū celi. Quid vult deus celi ad femur abrae

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

Jam intelligitis sacramentū. Per femur gen⁹. Ergo quid fuit illa iuratio: nisi q̄ significabat de genere abrae venturū in carne deum celi? Stulti reprehendūt abraaz q̄ dixit mitte manū sub femore meo. Qui reprehendūt carnem xp̄i reprehendunt factū abrae. Nos aūt fratres si agnoscim⁹ carnem christi venerandā: illud femur nō contēnamus. Sed in prōpheta dictū accipiam⁹. Et eē ꝓpheta erat abraaz. Cui⁹ ꝓpheta? Seminis sui: ꝛ dñi sui. Semē suum significauit: dicē domitte manuz sub femore meo. Dñm suum significauit addendo: ꝛ iura mihi per deum celi. [Jrati † iudei respōderūt ei. Quinquaginta annos nondū habes: ꝛ abraaz vidisti? Et † dñs. Amē amē dico vobis anteq̄ abraam fieret ego sum.] Appēde verba: ꝛ cognosce mysteriū. Anteq̄ abraam fieret. Intellige fieret ad humanā naturā: sum vero ad diuinā pertinere substantiā. Fieret: q̄ creatura erat abraam. Nō dixit anteq̄ abraam esset ego sum: sed anteq̄ abraaz fieret. Qui nisi per me nō fieret. Ego sum. Neq̄ hoc dixit: anteq̄ abraam fieret / ego factus sum. In principio eē fecit de⁹ celū ꝛ terrā Nā in principio erat verbum. Anteq̄ fieret abraaz ego sum. Agnoscite creatorē: discernite creaturā. Qui loquebat semē abrae fact⁹ erat: ꝛ vt abraam fieret ante abraā ipe erat. Hinc iaz velut abrae aptissimo cōuitio cōmoti sunt acri⁹: blasphemasse q̄ppe illis visus est dñs christ⁹ qñ dixit: anteq̄ abraā fieret ego sum. [Tulerūt ergo lapides vt iacerent in eū.] Tā ta duricia quo curreret nisi ad similes? [Jesus aūt] tanq̄ homo: tanq̄ in forma serui: tanq̄ humilis: tanq̄ passurus: tāq̄ moriturus: tanq̄ nos suo sanguine redemptur⁹: nō tanq̄ ille qui est: nec tanq̄ in principio verbū ꝛ verbum apud deū. Nā cum illi lapides tollerent vt mitterēt in eū: quid magnū erat vt eos continuo debiscens terra absorberet ꝛ ꝓ lapidibus inferos inuenirent? Nō erat magnū deo. Sz magis erat cōmendanda patientia: q̄ exercenda potēta. [Abscondit se ergo ab eis: ne lapidaret. Tanq̄ homo a lapidib⁹ fugit: sz ve illis a quorum lapideis cordib⁹ deus fugit.

† Textus hz dixerūt ergo iudei ad eū.

† Tex. hz dixit eis ie sus.

Gen̄. j.

Tractatus. xliij.

Cap. ix.

Et ꝓteriens iesus vidit hominē cecum a natiuitate. Et iterrogauerūt eū discipuli ei⁹. Rabbi quis peccauit hic aut parētes ei⁹: vt cecus nasceret? Respondit iesus. Neq̄ hic peccauit neq̄ parētes ei⁹: sed vt manifestētur opera dei in illo. Me oportet opari opa eius qui misit me donec dies est. venit nox: qñ nemo potest operari. Q̄diu sum in mūdo: lux sum mūdi. Hoc cū dixisset expuit in terrā et fecit lutum ex sputo: ꝛ liniuit lutuz sup oculos ei⁹: ꝛ dixit ei: vade laua in natatoria syloe: qđ iterpretat missus. Abijt ergo ꝛ lauit ꝛ venit videns. Jtaq̄ vicini ꝛ qui viderāt eū ꝓius q̄ mendic⁹ erat dicebāt. Nonne hic est qui sedebat ꝛ mē dicabat? Alij dicebāt q̄ hic est: alij aūt nequaq̄. Sed similis est eius. Ille vero dicebat q̄ ego sum. Dicebāt ergo ei. Quō aperti sūt tibi oculi? Respondit. Ille homo qui dicit iesus lutum fecit: ꝛ vnxit oculos meos. Et dixit mihi vade ad natatoriaz syloe ꝛ laua ꝛ abij: ꝛ lauit ꝛ video Et dixerunt ei. Ubi est ille? Ait nescio: adducūt eum ad phariseos qui cec⁹ fuerat. Erat aūt sabbatū quādo lutū fecit iesus ꝛ aperuit oculos ei⁹. Jteq̄ ergo interrogabāt eū pharisei quomodo vidisset. Ille aūt dixit. Lutū mihi posuit sup oculos: ꝛ lauit ꝛ video. Dicebāt ergo ex phariseis q̄dam. Nō est hic homo a deo: qui sabbatuz nō custodit. Alij aūt dicebāt. Quō potest homo peccator hec signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterū. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille aūt dixit: q̄ ꝓpheta est. Nō crediderūt ergo iudei de illo q̄ cec⁹ fuisset ꝛ vidisset: donec vocauerūt parētes ei⁹ qui viderat: ꝛ interrogauerunt eos dicētes. Hic est filius vester: quez vos dicitis q̄ cec⁹ natus est: quō ergo nūc videt? Respondērūt eis parētes eius ꝛ dixerunt. Scim⁹ q̄ hic est fili⁹ noster: ꝛ q̄ cecus natus est. quomō aūt nunc videat nescim⁹. aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipm interrogate. Etatē habet: ipse de se loquat. Hec dixerunt parētes eius: q̄ timebāt iudeos. Jaz eē conspirauerāt iudei vt si quis eū cōfiterek esse xp̄z extra synagogaz fieret. Propterea parētes eius dixerūt q̄ etatē habet ipm interrogate. Vocauerunt ergo rursuz hominē qui fuerat cecus ꝛ dixerunt ei. Da gloriaz deo. Nos scim⁹ q̄ hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est nescio: vnuz scio q̄ cecus cum essem mō video. Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respōdit eis: dixi vobis iaz: ꝛ audistis quid iterū vultis audire? Nunq̄d ꝛ vos vultis discipuli ei⁹ fieri? Maledixerunt ergo ei ꝛ dixerunt. Tu discipulus illi⁹ sis: nos aūt moysi discipuli sum⁹. Nos scimus q̄ moysi locut⁹ est deus: hunc aūt nescimus vnde sit. Respondit ille homo: ꝛ dixit eis. In hoc eē mirabile est quia vos nescit⁹ vnde sit ꝛ aperuit meos oculos. Scimus aūt q̄ peccatores deus nō audit: sed si quis dei cultor est ꝛ voluntatem eius facit: hūc exaudit. A seculo nō est auditum: q̄ quis aperuit oculos ceci nati: nisi esset hic a deo non poterat facere quicq̄. Respondērūt ꝛ dixerunt ei. In peccatis natus es totus: ꝛ tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit iesus q̄ eijcerunt eū foras: ꝛ cum inuenisset euz dixit ei. Tu credis in filiuz dei? Respondit ille ꝛ dixit. Quis est dñe vt credam in eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: et qui loquitur tecuz ipse est. At ille ait. Credo domine ꝛ procidens adorauit eum: ꝛ dixit ei iesus. In iudiciū ego in hunc mundū veni: vt qui nō vident videant: ꝛ qui vident ceci fiāt. Et audierūt quidam ex phariseis qui cum ipso erant: ꝛ dixerunt ei. Nunquid ꝛ nos ceci sumus? Dixit eis iesus. Si ceci essetis nō haberetis peccatū. Nunc vero dicitis quia videmus: peccatum vestrum manet.

A

Qui hominē quē dñs iesus illuminauit qui cec⁹ natus fuit ꝓlixa lectio recitata est. Quaz si vniuersam pertractare conemur ꝓ sui dignitate sicut valemus singula considerantes: nō sufficit dies. Proinde peto ꝛ admoneo charitatez vestram: vt in his que aperta sunt: sermonē nostrum nō requiratis. Nam nimis lōgum erit in singulis immorari. Breuiter ergo ceci hui⁹ illuminati cōmendo mysteriū. Ea quippe que fecit domin⁹ noster iesus christ⁹: stupēda atq̄ miranda ꝛ opa ꝛ ꝟba sunt. Opera q̄ facta sunt: verba q̄ signa sūt. Si ergo quid significet hoc quod factum est cogitem⁹: genus humanū est iste cec⁹. Nec eē cecitas contigit in primo hoīe per pctm̄ de quo oēs origi nem duxim⁹: nō solum mortis sed etiam iniquitatis. Si eē cecitas est infidelitas / ꝛ illuminatio fidei: quē fidelem quādo venit christus inuenit. Quādoquidē apostol⁹ natus ingēte ꝓphetarū dicit. Fuim⁹ ꝛ nos aliquādo natura filij ire sicut ꝛ ceteri. Si filij ire: filij vindicte: filij pene: filij gehenne. Quomodo natura: nisi q̄ peccante primo homine vitiū ꝓ natura inoleuit? Si vitiuz ꝓ natura inoleuit: fm mentem Ephes. ij.

ois homo cecus nat⁹ est. Si em̃ videt: nō opus habet ductore. Si opus habet ductore ⁊ illuminatore / cecus est. Ergo a natiuitate venit dñs. Quid fecit? Magnū mysteriū cōmendauit. [Exput in terrā: de saliua sua lutum fecit.] q; verbū caro factum est: [⁊ inūxit oculos ceci.] Inunctus erat ⁊ nondū videbat. [Misit illū ad piscinam que vocat⁹ syloe.] Pertimuit aūt ad euangelistā cōmendare nobis nomē hui⁹ piscine ait: [quod interpretat⁹ missus.] Jā qui sit missus agnoscit] Misi eī ille fuisset missus nemo nr̄m cēt ab inūctate dimissus Lauit ergo oculos in ea piscina que interpretat⁹ missus: baptizatus est in christo. Sic ergo qñ eum in semetipso quodām̃ baptizauit / tūc illuminauit: quādo inūxit fortasse cathecuminū fecit. Pōt quidē aliter atq; alit tāti sacramēti expōni pfunditas ⁊ pertractari: sed hoc sufficiat charitati vestre. Audistis grande mysteriū. Interroga hoiem. Christianus es? Respondet tibi. Non suz. Si paganus es aut iudeꝰ? Si aūt dixerit non sum: Adhuc queris ab eo. Cathecumin⁹ an fidelis? Si responderit tibi cathecumin⁹: inunctus est: nondum lotus. Sed vnde inunct⁹ quere? Et respōdet: Quere ab illo in quem credat: eoipso quo cathecumin⁹ est: dicit in xp̃o Ecce modo loquor ⁊ fidelib⁹ ⁊ cathecuminis. Quod dixi de spurco luto q; verbum caro factū est / ⁊ hoc cathecumini audiunt: sed nō eis sufficit ad qđ inuncti sunt: festinent ad lauacrū si lumē inquirunt. Jam ergo ꝓpter quasdam in hac ipsa lectione questiones: verba dñi ⁊ ipsius vniuerse lectionis p-

Caplin. ix †Al'.⁊ preteriens.

curram⁹: potius q̃s tractem⁹. [† Exiens iesus vidit hominē cecū:] nō vtcūq; cecū [sz a natiuitate. Et iterrogauerūt eū discipuli ei⁹. Rabbi.] Scitis rabbi: q; magister est. Magistrū

B

appellabant: q; discere desiderābāt Questionē quippe dño proposuerūt: tanq̃ magistro. [Quis peccauit? Hic: an parētes eius: vt cecus nasceret? Respōdit iesus. Neq; hic peccauit neq; parētes eius: vt cecus nasceret:] Quid est qđ dixit? Si null⁹ homo sine pctō: nunquid parētes hui⁹ ceci sine peccato erant? Nūquid ipse vel sine peccato originali nat⁹ erat vel viuendo nihil addiderat? An quia oculos clausos habebat: concupiscentie minime vigilabat? Quāta multa cōmittunt ceci: a quo malo abstinent? Mens mala etiā clausis oculis nō poterat videre sed nouerat cogitare: ⁊ forte cōcupiscere aliquid qđ cecus non posset implere: sed in corde iudicari a cordis pscrutatore. Si ergo ⁊ parētes eius habuerūt pctm̃ et iste habuit pctm̃: q̃re dñs dixit: neq; hic peccauit neq; parentes eius: nisi ad rem de qua interrogat⁹ est vt cecus nasceretur: Habebāt em̃ peccatū parentes eius: sed nō ipso peccato factū est vt cecus nasceret? Si ergo nō peccato factum est parētū vt cecus nasceret: quare cecus natus est? Audi magistrū docentē. Querit credentē: vt faciat intelligentem. Ipse causam dicit: quare ille cecus sit natus. [Neq; inquit hic peccauit neq; parentes ei⁹: sed vt manifestent̃ opa † dei in illo.]

†Al. dñi.

Deinde quid sequit? [Me oportet operari opera eius q̃ misit me.] Ecce est ille missus: in quo facie lauit cecus. Et vide te quid dixerit? Me oportet operari opa eius qui misit me:

C

[Donec dies ē.] Memētote quomō vniuersaz gl'iaz illi dat de quo est: q; ille hz filiū qui de illo sit ipse non habet de quo sit. Sed quare dixisti dñe donec dies est? Audi quare. [Venit nox: qñ nemo potest operari.] Rectu dñe. Jta ne tātum valebit nox illa vt nec tu possis in ea opari cuius op⁹ nox est? Puto em̃ dñe iesu imo nō puto sz credo atq; confirmo te ibi

Gen.j. Joban.j.

fuisse: qñ dixit de⁹. fiat lux ⁊ facta est lux. Si em̃ verbo fecit / per te fecit: ⁊ ideo dictū est. Oia per ipm̃ facta sūt: ⁊ sine ipso factū est nihil. Diuisit de⁹ inter lucem ⁊ tenebras: lucē vocauit diē: ⁊ tenebras noctē. Que est illa nox: que cuz venerit nemo poterit operari? Audi quid sit dies: ⁊ tunc intelliges que sit nox. Cū sumus audituri quisnā sit dies iste? Ipse dicat. [Qdiu in hoc mundo sum: lux sum mundi:] Ecce ipse dies est. Lauat oculos cecus in die: vt videat diez. Qdiu inquit in mūdo suz: lux sum mūdi. Ergo nescio que nox erit quādo ibi xp̃s nō erit: ideo nemo poterit operari. Restat inquirere fratres mei. patienter accipite inquirentē me. Ubi obiscū quero: vobiscū inuentā a quo q̃ro. Cōstat expressum ac definitū diē cōmemorasse dñm hoc loco seipm̃. id est lumē mūdi. Ergo operat⁹ ipse: q̃diu est in hoc mūdo. Putam⁹ eum fratres fuisse hic tunc: ⁊ modo nō hic esse. Si ergo hoc putamus: iaz ergo post ascensum dñi facta est nox ista metuēda: vbi nemo possit opari. Si post ascensuz dñi facta est nox ista vnde apostoli tanta operati sunt? Nunq̃d ista nox erat: quādo spūssanctus veniens ⁊ omnes qui in vno loco erāt adimplens: dedit eis loqui omnū gētiū linguis? Nunq̃d nox erat quādo claudus ille ad verbū petri saluus effect⁹ est immo ad verbū dñi habitantis in petro? Nunquid nox erat quādo transeuntib⁹ discipulis egri cum lectulis ponebant̃: vt vel vmbra transeūtium tangerent̃. Dñs autem cū hic esset neminē transiēs vmbra sua saluum fecit: sed ipse discipulis dixerat: maiora hoc facietis. Dixerat quidē domin⁹: maiora horum faciet]. Sed non se extollat caro ⁊ sanguis. Audiat dicentem. Sine me nihil potestis facere. Quid igit̃? Quid dicemus de nocte ista? Quādo erit: quādo nemo poterit operari? Nox ista impior erit: nox ista eorum erit quib⁹ in fine dicet. Jte in ignē eternum qui parat⁹ est diabolo ⁊ angelis eius. Sed nox dicta ē. nō flamma: nō ignis? Audi q̃ nox est. De quodam seruo dicit. Ligate illi man⁹ ⁊ pedes: ⁊ proiscite eū in tenebras exteriores. Opetur ergo homo duz viuit: ne illa nocte preueniat vbi nemo possit opari. Modo est vt operet̃ fides per dilectionem: ⁊ si modo operamur. Hic est dies: hic est christus. Audi promittentē: ⁊ ne arbitreris absentē. Ipe dixit. Ecce ego vobiscū sum. Qdiu non sit in nobis sollicitudo qui viuim⁹. Si fieri posset: de hac etiā voce posteros qui futuri sunt securissimos facerem⁹. Ecce inquit ego vobiscū sum omnib⁹ diebus: vsq; ad consummationē seculi. Dies iste qui circuitu solis huius adimplet / paucas horas habet. Dies ꝑsentie xp̃i: vsq; in consummationē seculi extendit. Post resurrectionez vero viuorū ⁊ mortuorum cū positis ad dexterā dixerit. Venite benedicti patris mei percipite regnū: positis aūt ad sinistrā dixerit. Jte in ignem eternū qui parat⁹ est diabolo et angelis eius: ibi erit nox: ibi nemo pōt operari sed recipe qđ operatus est. Aliud est tēpus operationis: aliud receptiōis. Reddet em̃ dñs vnicuiq; ꝑm opa sua: cū viuis ⁊ mortuis sic facturus est. Erit em̃ tunc nox valida: que inuoluat impios. Sed ⁊ modo oīs infidelis quādo moritur illa nocte suscipit ⁊ nō est vt illic aliquid operet̃. In illa nocte diues ardebat: ⁊ stillam aque de digito pauperis requirebat. Dolebat: angebatur: fatebatur nec ei subueniebat: ⁊ conat⁹ est benefacere. Ait em̃ abrae. Pater abraam mitte lazarū ad fratres meos vt dicat illis quid hic agit: ne ⁊ ipsi veniant in hunc locū tormentorū. O infelix quādo viuebas: tunc erat tempus operādi. Modo iam in nocte es: in qua nemo possit operari. [Hec

D

cum dixisset: exput in terrā ⁊ fecit lutū ex sputo: ⁊ liniuit lutum super oculos eius ⁊ dixit ei. Vade: laua in natatoria syloe: quod interpretat⁹ missus. Abijt ergo: lauit: ⁊ venit videns] Hec q; manifesta sunt transeam⁹. [Jtaq; vicim ⁊ qui † vide

†Al'. videbant eum prius q; mendicus erat dicebāt. Mōne hic est qui

†Al'. sedebat.

†medicabat? Alij dicebāt q; hic est: alij nequaq̃ sed similis est ei.] Aperti oculi vultū mutauerant. [Ille † dicebat: quia ego sum.] Vox grata: ne vānaretur ingrata. [Dicebāt ergo ei. Quomodo aperti sunt oculi tui? Respōdit ille homo q̃ dicitur iesus lutuz fecit ⁊ vnxit oculos meos: ⁊ dixit mihi. Vade ad natatoriā syloe ⁊ laua: ⁊ abijt ⁊ lauit ⁊ vidi.] Ecce annunciator fact⁹ est gratie: ecce euangelizat: confitetur videns. Cecus ille confitebatur ⁊ cor impiorū frangebatur: q; nō habebant in corde quod iaz ille habebat in facie [Dixerūt ei. Ubi est ille qui aperuit tibi oculos? Ait. Nescio.] In his verbis animus ipsius adhuc inunct⁹ limo erat: nondū videns. Sic ponam⁹ fratres tanq̃ illam vnctionē in animo habuerit: predicat: nescit quē predicat. [Adducunt eū ad phariseos qui cecus fuerat. Erat autem sabbatuz quando lutū fecit iesus. ⁊ aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabāt eum pharisei: quomō vidisset. Ille autem dixit eis. Lutū posuit mihi super oculos meos. ⁊ laui ⁊ video. Dicebant ergo ex phariseis quidam.] Non oēs sed quidam. Jam em̃ inungebātur quidam. Quid ergo dicebant: nec videntes nec inuncti. [Non est hic homo a deo: qui sabbatum non custodit:] Ipse potius custodiebat: qui sine peccato erat. Sabbatū em̃ spirituale hoc est: nō habere peccatuz. Denicq; fratres hoc admonet deus: quando cōmendat sabbatum. Omne opus seruile nō facietis. Hec sunt verba dei: cōmendātis sabbatuz. Oñe opus seruile nō facietis in eo. Jam superiores lectiones interrogate quid sit opus seruile: ⁊ dñm audite. Dis qui facit pctm̃: seru⁹ est peccati. Sz isti nec vidētes vt dixi nec inūcti sabbatū carnalit̃ obseruabāt: spūalit̃ violabāt [Alij dicebāt

Act.ij. Act.iij. Act.v. Joh.iiij. Joh.xv. Wat.xxv. Wat.xxj. Watth. xxviij. Wat.xxv. Wat.xvj. Luce.xvj. Leui.xxiij Johā. viij

Expositio diui Augustini In euangeliū scōm Johānē.

Quō pōt hō pctōr hec signa facere? [Ecce sūt inūcti [Et scisma erat iter eos.]Dies ille diuisus erat iter lucē ⁊ tenebras? [Dicunt ergo ceco iterū. Tu quid dicis de eo qui aperuit tibi oculos?]Quid de illo sentis? Quid existimas? Quid iudicas? Querebāt quēadmodū homini calūniarenk: vt de synagoga repelleret: sed a christo inuenirek. Sed ille constanter qō sentiebat expressit. [Ait eñ. Qr prophēta est.]Adhuc quidē inunctus in corde nondū deum ꝓfitetur: nec mentit tñ

Mat.xiij. Ipse eñ dñs de semetipso ait. Non est ꝓpheta sine honore: nisi in patria sua. [Non crediderūt ergo iudei de illo qr cec⁹ fuisset ⁊ vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat.]Id est qui cecus fuerat ⁊ viderat. [Et interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius vester: quē vos dicitis qr cecus natus est. Quomō autē nunc videt? Responderūt eis parētes ei⁹ ⁊ dixerunt. Scimus qr hic est filius noster ⁊ qr cecus natus est: quomodo aūt nūc videat nescim⁹: aut quis ei⁹ aperuit oculos nos nescim⁹. Et dixerūt. Ipz interrogate etatē habet: ipse de se loquat.]Scim⁹ qr fili⁹ quidē noster est. Sz iuste cogeremur loqui ꝓ infante. si ipse ꝓ se loqui nō posset. Olim loquebatur: modo videt. Tecum a natiuitate nouimus: loquentē olim scim⁹: videntē modo videm⁹. Ipsuz in-

E terrogate: vt istruamini. Quid nobis calūniamini? [Hec dixerunt parentes ei⁹: qr timebant iudeos. Jā eñ conspiraue rant iudei: vt si quis eū confiterek xp̄m extra synagogam fieret.]Jam nō erat malū fieri extra synagogā. Illi expellebāt sed xp̄s excipiebat. [Propterea parentes ei⁹ dixerūt qr etatem habet: ipm interrogate. Vocauerūt ergo rursum hoiem qui fuerat cecus: ⁊ dixerunt ei. Da gloriā deo.]Quid est da gloriam deo? Nega qō accepisti. Hoc plane nō est gloriam deo dare: sed deū poti⁹ blasphemare. Da inquīt gloriā deo [Nos scim⁹: quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est nescio: vnū scio: qr cecus cū essem mō video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quō aperuit oculos tuos? Et ille iam stomachās aduersus duricā iudeoruz ⁊ ex ceco videns: non ferens cecos. [Rīdit eis. Dixi iam vobis: ⁊ audistis. Quid iterū vultis audire? Nunqd ⁊ vos vultis discipuli eius fieri?]Quid est nūquid? vos: nisi qr ego iam sum nunqd ⁊ vos vultis? Jaz video: sed nō inuideo. [Maledixerunt ei ⁊ dixerunt. Tu discipulus ei⁹ sis.]Tale maledictum

Joh.v. super nos: ⁊ sup filios nostros. Maledictū eñ est si cor discutias nō si verba perpendas. [Nos aūt moysi discipuli sum⁹. Nos scimus qr moysi locutus est de⁹: istum autē nescimus vnde sit.]Vtinam sciretis: si sciretis qr moysi locut⁹ est de⁹ sciretis qr per moysen prēdicat⁹ est deus. Habetis eñ dñm dicentē. Si crederetis moysi: crederetis ⁊ mihi. De me eniz ille scripsit. Ita ne sequimini seruū: ⁊ dorsum ponitis contra dominū. Sed nec seruū sequimini: Nam per illū ad dñm ueremini. [Respondit ille homo ⁊ dixit eis: In hoc mirabile est qr vos nescitis vnde sit: ⁊ aperuit oculos meos. Scim⁹ autē: qr peccatores deus nō exaudit. Sed si quis dei cultor est ⁊ voluntatē ei⁹ facit: hunc exaudit.]Adhuc inunctus loq̄tur. Nam ⁊ pctōres exaudit de⁹. Si eñ peccatores deus nō

Lu.xviij. exaudiret: frustra ille publican⁹ oculos in terrā demittēs et pectus suū pcutiens diceret. Deus ꝓpitius esto mihi peccatori: Et ista cōfessio meruit iustificationē: quomō iste cecus illuminationē. [A seculo nō est auditū qm̄ quis aperuit oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicq̄:]Libere: constanter ⁊ veraciter. Hec eñ que a deo facta sunt: a quo fierent nisi a dño? Aut quādo a discipulis talia fierent nisi in eis dñs habitaret. [Responderūt ⁊ dixerūt ei. In peccatis natus es tot⁹.]Totus quid est. Cū clausis oculis. Sz qui aperuit oculos: saluat ⁊ totum. Ipse dabit ad dexterā resurrectionē: qui in facie dedit illuminationē: In peccatis totus nat⁹ es: [⁊ tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.]Ipsi illū magistrū fecerūt: ipsi vt discerent totiēs interrogauerūt

F ⁊ ingrati docentē ꝓiecerunt. Sed qō dixi iam dudum fratres: illi pellūt: excipit dñs. Magis eñ qr expulsus est: xp̄ianus factus est. [Audiuit dñs qr eiecerūt eum foras: ⁊ cuz inuenisset eū dixit ei. Tu credis in filiuz dei?]Modo laudat faciem cordis. [Respondit ille ⁊ ait:]Qsi adhuc inūct⁹ [Quis est domine: vt credā in eum? Et dixit ei iesus Et vidisti euz et qui loquitur tecū ipse est.]Missus est ille: iste lauans faciē in siloe / quod interpretat missus. Deniq; iam facie lota cordis ⁊ mundata conscientia: agnoscens eū non filium homis tantū quod ante crediderat: sed iam filiū dei qui carnē susceperat. [ait. Credo dñe.]Parum est credo / vis videre qualē credat? [Et ꝓcidens adorauit eū. Et dixit ei iesus.]Modo dies ille est inter lucem ⁊ tenebras discernens. [In iudicium ego in hūc mundū veni vt qui nō vidēt videāt: ⁊ qui vident ceci fiant.]Quid est hoc dñe? Magnā questionē fessis intulisti: sed erige vires nostras vt possim⁹ intelligere qō dixisti. Veni sti vt qui nō vident videāt: Recte qr lumen es: recte qr dies es. recte qr de tenebris liberas. Hoc oīs aīa accipit. omnis intelligit. Quid est hoc qō sequit: ⁊ qui vident ceci fiant? Ergo ne qr veni sti: ceci fiunt qui videbant? Audi qd sequit: ⁊ fortassis intelliges. Cōmoti sunt ergo verbis istis. [Quidā ex phariseis: ⁊ dixerūt ei. Nunqd ⁊ nos ceci sum⁹?]Audi iā quid est quod mouebat: ⁊ qui vident ceci fiant. [Dixit eis iesus. Si ceci essetis nō haberetis pctm: Jcum sit cecitas ipsa peccatū. Si ceci essetis. id est. si vos cecos aduerteretis: si vos cecos diceretis ⁊ ad medicuz curreretis: si ergo ita ceci essetis nō haberetis pctm: qr veni ego auferre peccatū: [Nunc vero dicitis qr videm⁹: pctm vestrū manet.]Quare? Qr dicēdo videm⁹ / medicum nō queritis: in cecitate vra remanetis. Hoc est ergo qō pauloante nō intellexeram⁹ qō ait. ego veni vt qui nō vident videant. Quid est vt qui nō vident videant? Qui se nō videre confitenk: ⁊ medicum querūt vt videant ⁊ qui vident ceci fiāt. Quid est qui vidēt ceci fiāt? Qui se putant videre ⁊ medicum nō querūt: ⁊ in sua cecitate permanent. Ergo istam discretionē vocauit iudiciuz cū ait: in iudiciū veni in hunc mundū: quo discernit causam credētium ⁊ confitentiū a superbis se videre putantib⁹: ⁊ ideo grauius excecatis. Tanq̄ dixerit ei peccator confitens ⁊ medicum querens: iudica me deus ⁊ discerne causaz meā de gen- Pſ.xlij.
te non sancta: illoz scilicet: qui dicunt: videm⁹ ⁊ eorum peccatū manet. Nō aūt illud iudiciū iam intulit mūdo: quo de viuis ⁊ mortuis in fine seculi iudicabit. Scōm hoc eñ dixerat: ego nō iudico quēq̄: qm̄ prius venit non vt iudicet mun- Johā.viij
dum: sed vt saluetur mundus per ipsum.

Tractatus.xlv.

CAmē amē dico vobis: q̄ nō intrat per ostiū in Capi.x.
ouile ouiū: sz ascēdit aliūde: ille fur est ⁊ latro: qui aūt intrat p ostiū pastor est ouiuz. Huic ostiari⁹ aperit: ⁊ oues vocē ei⁹ audiūt: ⁊ ꝓprias oues vocat nominatim: et educit eas. Et cum ꝓprias oues emiserit ante eas vadit: ⁊ oues illū sequunk qr sciunt vocē ei⁹. alienū aūt nō sequunk sz fugiūt ab eo: qr nō nouerūt vocē alienoz. Hoc prouerbiuz dixit eis iesus. Illi aūt nō cognouerūt quid loquerek eis. Dixit ergo eis iteruz iesus. Amen amen dico vobis qr ego sum ostiuz ouiū omnes quotquot venerūt fures sūt ⁊ latrones: sed nō audierūt eos oues. Ego suz ostiū. Per me si quis itroierit saluabit ⁊ ingredietk ⁊ egredietk: ⁊ pascua inueniet. Fur nō venit nisi vt furek ⁊ mactet ⁊ perdat. Ego veni vt vitā habeāt: ⁊ abūdāti⁹ habeāt.

A

CE illuminato illo qui cecus natus est: sermo ad iudeos dñi exortus est. Huic itaq; lectioni hodierne esse contextā / scire debuit ⁊ cōmoneri charitas vestra. Cum eñ domin⁹ dixisset: in iudicium eñ ego veni in hunc mundū / vt qui nō vident videant ⁊ qui vident ceci fiant / quod eo tempore quādo lectuz est vt potui mus exposuimus: quidā ex phariseis dixerunt. Nunquid ⁊ nos ceci sum⁹? Quib⁹ respondit dñs. Si ceci esse tis: non haberetis peccatū. Nunc aūt dicitis / qr videmus. peccatū vestrū manet. His verbis subiunxit ea que hodie cum recitarē tur / audiuim⁹. [Amen amen dico vobis qui nō intrat p ostiū in ouile ouium: sed ascendit aliunde: ille fur est ⁊ latro.]Dixerunt eñ se cecos non esse: videre aūt tūc possent si oues christi essent: Unde sibi vsurpabāt lumē: q̄ furebant contra diē? Propter illorum ergo vanam ⁊ superbā ⁊ insanabilem arrogantiaz: domin⁹ iesus ista contexuit: in quib⁹ saluberrime nos si aduertamus admonuit. Multi eñ sunt qui fm quādam vi te huius consuetudinem dicuntur boni homines: boni viri

bone femine: innocentes / ꝛ quasi obseruantes ea que in lege
Exo.xx. precepta sunt: deferentes honorē parentib⁹ suis / non mechā-
tes / nō homicidiū perpetrantes / non furtū facientes / nō fal-
sum testimoniū aduersus quemq̄ perhibentes: et cetera que
in lege mandata sunt / velut obseruātes: christiani nō sunt, et
plerumq̄ se iactāt quomodo isti. Nunquid et nos ceci sum⁹?
Quia vero ista omnia que faciūt / et nesciunt ad quē finem re-
ferant / inaniter faciunt. Domin⁹ de grege suo et de ostio qua
intratur ad ouile: similitudinē proposuit in hodierna lectio-
ne. Dicant ergo pagani. Bene viuimus. Si per ostiū non in-
trant: quid prodest eis vnde gloriātur. Ad hoc enī debet vni-
cuiq̄ prodesse viuere: vt detur illi semper viuere. Nā cui nō
datur semper viuere: quid prodest bene viuere? Quia nec be
ne viuere dicēdi sunt: qui finem bene viuēdi vel cecitate ne-
sciunt / vel inflatione contēnunt. Non est autē cuiquā spes ve
ra et certa semper viuēdi / nisi agnoscat vitam q̄ est christ⁹:
et per ianuam intret in ouile. Querunt ergo plerūq̄ tales ho
mines etiaz persuadere hominibus vt bene viuāt: ꝛ christia-
ni non sint. Per aliam partē volunt ascendere / rapere et oc-
B cidere: non vt pastor cōseruare atq̄ saluare. Fuerunt ergo q̄-
dam philosophi de virtutib⁹ et vicijs / subtilia multa tractā-
tes / diuidētes / definiētes / raciocinationes acutissimas cō-
cludentes / libros implentes / suam sapientiā buccis crepan-
tibus ventilantes: qui etiā dicere auderent hominibus: nos
sequumur: sectā nostram tenete / si vultis beate viuere. Sed
non intrāt per ostium: perdere volebāt / mactare et occidere.
Quid de istis dicam? Ecce ipsi pharisei legebant ꝛ in eo q̄
legebant / christum sonabāt: venturū sperabant / et presentez
non agnoscebāt. Jactabant se etiā ipsi inter videntes / hoc est
inter sapientes: et negabant christū ꝛ non intrabāt per ostiū.
Ergo et ipsi si quos forte seducerent: mactandos ꝛ occiden-
dos / non liberandos seducerent. Et hos dimittamus: vide-
amus illos si forte ipsi intrant per ostium: qui ipsius christi
nomine gloriantur. Innumerabiles enīz sunt qui se videntes
non solū iactāt: sed a christo illuminatos videri volunt. Sūt
autē heretici. Forte ipsi per ianuam intrauerūt? Absit. Sa-
bellius dicit. Qui fili⁹ est: ipse est pater. Sed filius non est pa
ter. Non intrat per ostium / qui filium dicit patrem. Arrian⁹
dicit. Aliud est pater: aliud est fili⁹. Recte diceret si diceret
Joh.x. alius / nō aliud. Quando enī dicit aliud: ei contradicit a quo
audit: ego et pater vnū sumus. Nec ipse ergo per ostium in-
trat. Predicat enim christū qualem sibi fingit: non qualem
veritas dicit. Nomē habes: rem non habes. Alicuius rei no
men est christus. Tene ipsam rem: si vis prodesse tibi nomē.
Alius nescio vnde sit / sicut Fotin⁹. Christus homo est tm̄t /
deus non est. Nec ipse intrat per ostium: quia christus hō et
deus est. Et quid opus est multa pcurrere: et multa vana he-
resum enumerare. Hoc tenete: ouile christi esse catholicā ec-
clesiam. Quicūq̄ vult intrare ad ouile / per ostiū intret: chri-
stum verum predicet: non solum christū verum predicet: sed
christi gloriam queratnon suā. Nam multi querendo gloriā
suam: oues christi sparserūt potius quā congregauerūt. Hu
milis est enim ianua christus dominus. Qui intrat per hanc
ianuā / oportet humilē esse vt sano capite possit intrare. Qui
autem se nō humiliat sed extollit: per maceriam vult ascēde-
re. Qui autem per maceriā ascendit: ideo exaltatur vt cadat.
Tecte tamē adhuc loquitur dominus iesus: nondū intelligi
tur. Nominat ostium / nominat oule / nominat oues / cōmen-
dat hec omnia: sed nondum exponit. Legamus ergo: q̄ ven-
turus est ad ea verba / in quib⁹ nobis aliqua que dixit digne-
tur exponere: ex quorū expositione dabit nobis forsasse etiā
illa que non exposuit intelligere. Pascit enīz manifestis: ex-
ercet obscuris. Qui non intrat per ostium in ouile ouium sed
ascendit aliunde: ve misero quia casurus est. Sit ergo humi-
lis: per ostium intret: plano pede veniat / et non offendat. Il-
le inquit fur est et latro / qui oues suas vult dicere oues alie-
nas / ad hoc suas: id est furto ablatas: vt nō saluet sed vt occi-
dat. Ergo fur est: quia q̄ alienum est suum dicit: latro quia q̄
C quod est furatus occidit. [Qui autem intrat per ostiū pasto-
est ouium. Huic ostiarius aperit.] De ostiario isto tunc que-
ramus: quādo ab ipso domino audierimus q̄ sit ostium: et
qui sit pastor. [Et oues vocē eius audiunt: et proprias oues
vocat nominatim.] Habet enīz nomina eorū scripta in libro
vite. Proprias oues vocat nominatim. Hinc dicit apostolus.

Mouit dominus qui sunt eius. [Et adducit eas: et cum pro- ij. Tim.ij.
prias oues emiserit ante eas vadit: ꝛ oues illum sequūtur: q̄
sciunt vocem eius. Alienum autez non sequūtur: sed fugiunt
ab eo: quia non nouerunt vocem alienorū.] Tecta sunt verba
hec / plena questionib⁹: grauida sacramentis. Sequamur er
go ꝛ audiamus magistrū ex his obscuris aliquid aperientē:
et per id quod aperit / nos forte intrare facientē. [Hoc puer-
bium dixit illis iesus: illi autem non cognouerūt quid loque-
retur eis.] Forte nec nos. Quid ergo interest inter illos ꝛ nos:
anteq̄z ista verba agnoscamus ꝛ nos? Quia nos pulsamus vt
aperiatur nobis: illi autem christū negando nolebāt intrare
seruandi: sed foris remanere perdēdi. Quod ergo nos audi-
mus hec pie: quod anteq̄z illa intelligamus: credimus vera
esse atq̄ diuina: magna ab istis diuersitate distam⁹. Cū enīz
duo audiunt verba euāgelij: vnus impius / alter pius: ꝛ talia
sunt vt forte ambo nō intelligant: vnus dicit nihil dixit / ali⁹
dicit verū dixit / et bonū est quod dixit: sed nos nō intelligi-
mus. Iste quia credit iam pulsat / ꝛ dignus est cui aperiat si
pulsare persistat: ille vero adhuc audiat: nisi crediderit is nō Esaie.vij.
intelliget. Quare ista cōmendo? Quia etiam cū verba hec
obscura sicut possum exposuero: aut q̄ valde sunt abdita vel
ego eorum nō apprehendere intelligentiam: vel explicandi
quod intelligo nō habuero facultatem: vel tam fuerit quisq̄
tardus vt etiam exponentē non sequatur: non de se desperet:
maneat in fide: ambulet in via: audiat apostolum dicentē: et Phil.iij.
si quid aliter sapitis: hoc quoq̄ vobis deus reuelabit: verū-
tamē in quod peruenimus: in eo ambulemus. Incipiam⁹ er
go audire exponentem: quē audiuimus proponentē. [Dixit
ergo iterum eis iesus. Amē amen dico vobis: quia ego sum
ostium ouium.] Ecce ipsum ostium quod clausum posuerat
aperuit. Ipse est ostium. Agnouimus / intremus / vt nos in-
trasse gaudeamus. [Omnes quotquot venerunt fures sunt ꝛ
latrones.] Quid est hoc domine: omnes quotquot venerūt?
Quid enī? Tu non inueniste? Sed intellige. Omnes ꝗquot
venerūt dixit: vtiq̄ preter me. Recolamus ergo. Ante aduē-
tum ipsius venerunt prophete: nūquid fures et latrones fue
runt? Absit. Non preter illū venerunt: quia cum illo venerūt.
Venturi⁹ preconem mittebat: sed eorum corda quos miserat
possidebat. Cultis nosse quia cum illo venerūt? Qui est ipse
semper: carnē quippe accepit ex tempore. Quid est ergo sem
per? In principio erat verbum. Cum illo ergo venerunt: qui Johan.j.
cum verbo dei venerunt. Ego sum inquit via et veritas ꝛ vi Joh.xiiij.
ta. Si ipse est veritas / cum illo venerunt qui veraces fuerūt. D
Quotquot ergo preter illum: fures sunt et latrones: id est ad
furandū et occidendū. [Sed non audierunt eos oues.] Ma-
ior hec questio est: non audierunt eos oues. Ante aduentum
domini nostri iesu christi: quo humilis venit in carne: precef
serunt iusti: sic in eum credētes venturum: quō nos credim⁹
in eum qui venit. Tempora variata sūt: nō fides: quia ꝛ ipsa
verba pro tempore variant: cum varie declinātur. Aliū sonū
habet venturus est: aliū sonum habet venit. Mutatus est so-
nus: vēturus est ꝛ venit. Eadez tamē fides vtroq̄ coniūgit:
et eos qui venturum esse: ꝛ eos qui eum venisse crediderunt.
Diuersis quidē temporibus: sed vtroq̄ per vnū fidei ostiū:
hoc est per christum videmus ingressos. Nos credimus do-
minū iesum christū natū ex virgine: venisse in carne: passum
esse / resurrexisse / in celum ascendisse. Totuz hoc sicut verba
auditis preteriti temporis: impletuz esse iam credimus. In
eius sunt fidei societate nobiscū et illi patres qui crediderūt
de virgine nasciturū / passurū / resurrecturū / in celum ascēsu-
rum. Illos enim ostendit apostolus: vbi ait. Habentes autē ij. Cor.iiij
eundem spiritū fidei sicut scriptuz est: credidi propter quod Ps̄. cxv.
locutus sum: ꝛ nos credim⁹ propter quod et loquimur. Pro-
pheta dixit. credidi, ppter qō locutus sum: apostolus dicit:
et nos credimus propter quod ꝛ loquimur. Ut scias autē qō
vna sit fides: audi dicentez. Habentes eundē spiritū fidei et j. Cor.in. x.
nos credimus. Sic et alio loco. Nolo enim vos inquit igno- ibidem,
rare fratres: quia patres nostri omnes sub nube fuerūt. ꝛ om
nes mare transierunt: ꝛ omnes in moyse baptisati sunt in nu-
be et in mari. ꝛ omnes eandē escam spiritualem manducaue-
runt: et omnes eundē potum spiritualē biberunt. Mare ru-
brum significat baptismū. Moyses ductor per mare rubrū:
significat christum. Populus transiens: significat fideles.
Mors egyptior: significat abolitionē peccatorū. In signis

B

Expositio diui Augustini In euãgeliũ scdm Johãnẽ.

diuersis eadem fides: sic in signis diuersis quomodo in verbis diuersis: quia verba sonos mutant per tempora: et vtiq; nihil aliud sunt verba q̃ signa. Significando enĩ verba sunt. Tolle significationẽ verbo: strepitus inanis est. Significata sunt ergo omnia. Nunquid nõ eadem credebant: per quos hec signa ministrabant: per quos eadẽ que credim⁹ prophetata prenunciabant? Vtiq; credebant. Sed illi ventura esse: nos autez venisse. Ideo autẽ sic ait. Eundem potũ spiritualem biberũt. Si spiritualẽ eundẽ: nam corporalẽ non eundẽ. Quid enim illi bibebãt? Bibebant enĩz de spirituali sequẽte petra: petra autẽ erat christus. Videte ergo: fide manẽte / signa variata. Ibi petra christus: nobis christus qõ in altari dei ponitur. Et illi pro magno sacramento eiusdẽ christi biberunt aquã profluentem de petra: nos quid bibamus nouũt fideles. Si speciem visibilẽ intendas: aliud est. Si intelligibilem significationẽ / eundem potum spiritualem biberunt. Quotquot ergo illo tempore crediderũt vel abrae vel ysaac vel iacob: vel moysi / vel alijs patriarchis: alijsq; prophetis christum prenũciantibus: oues erant: et christum audierũt. Non alienã vocem: sed ipsius audierũt. Judex fuerat in preconе: quia et quãdo iudex loquit̃ per preconẽ: excepto⁹ non facit: preco non dixit: sed iudex dixit. Alij sunt ergo quos nõ audierunt oues: in quibus nõ erat vox christi: errantes / falsa dicentes / inania garrientes / vana fingẽtes / miseros seducentes. Quid est ergo qõ dixi? Maior hec questio est. Quid habet obscurum: et ad intelligendũ difficile? Audite obsecro Ecce dominus ipse iesus christus venit: predicauit. Vtiq; multo magis vox pastor̃ erat: expressa ipso ore pastoris. Si enim per prophetas vox pastoris erat: q̃to magis vocez pastoris p̃ferebat lingua ipsa pastoris? Non omnes audierũt. Sed quid putamus? Qui audierunt oues erunt? Ecce audiuit iudas et lupus erat. Sequebat: is pelle ouina tectus: pastori insidiabatur. Aliqui vero eorũz qui christum crucifixerunt: non audiebant et oues erant. Ipsos enĩ videbat in turba: quando dicebat. Cũ exaltaueritis filiũ hominis: tunc cognoscetis quia ego sum. Quomodo ista soluitur questio? Audiunt non oues: et non audiunt oues. Sequuntur vocem pastoris quidam lupi / et ei quedam contradicunt oues: postremo pastorẽ occidunt oues. Soluitur questio. Respondit enĩ aliq̃s et dicit. Sed quãdo nõ audiebant oues nõdum erant: tunc lupi erant. Vox audita eos mutauit: et ex lupis oues fecit. Quando autem facte sunt oues: audierũt: et pastorem inuenerunt: pastorẽq; secute sunt. Pastoris promissa sperauerunt quia iussa fecerũt. Soluta est vtcũq; ista questio: et cui q̃ forte sufficiat. Me autẽ adhuc mouet: et quid me moueat cõmunico vobiscũ: vt quod dãmodo querẽs vobiscum reuelãte illo vobiscum merear inuenire. Quid ergo me moueat accipite? Per ezechielẽ prophetam dominus obiurgat pastores: et dicit inter cetera de ouib⁹. Errantẽ ouem non reuocastis. Et errantem dicit et ouem appellat. Si quando errabat ouis erat: cuius vocem vt erraret audiebat? Proculdubio enim nõ erraret: si vocez pastoris audiret. Sed ideo errauit: quia vocem audiuit alieni: vocem furis et latronis audiunt. Certe latronum voces nõ audiunt oues. Qui venerũt ineãt / et intelligim⁹ preter me: id est qui venerunt preter me / fures sunt et latrones: et non audierũt eos oues. Domine si non audierũt eos oues: quomodo errant oues: si oues non audiũt nisi te? Tu autẽ veritas es. Quisquis veritatẽ audit: nõ vtiq; errat. Illi autẽ errant: et oues appellantur. Nam si in errore ipso oues nõ appellarentur: nõ diceretur per ezechielem prophetam. Errantem ouem nõ reuocastis. Quomodo erat: et ouis est? Vocem alienam audiuit? Certe non audierunt eos oues. Deinde modo multi colligũtur ad ouile christi: et ex hereticis fiunt catholici. A furibus tollũtur: pastori reddũtur. Et alieni quando murmurant: tedium patiũtur ad reuocantem: et nõ intelligunt iugulãtem: verũtamen etiam cum renitentes venerunt que oues sunt: agnoscunt vocẽ pastoris: et se venisse letantur: et errasse erubescunt. Quando ergo in illo errore tanq̃ in veritate gloriabantur: et vtiq; non audiebant vocẽ pastoris: et alienum ideo sequebantur: oues erant an nõ erant? Si oues erant: quomodo alienos oues audiunt? Si oues nõ erant: quare obiurgantur illi quibus dicitur: errantem ouẽ non reuocastis. Ipsis etiam iam factis catholicis christianis / bone spei fidelibus / aliquãdo mala cõtingunt: seducuntur in errorem: et post errorem reuocantur. Quando seducti sunt in errorem et rebaptisati sunt: aut post oculis dominici societatem rursus in errorẽ pristinum reoluti sunt: oues erant an nõ erant? Vtiq; catholici erãt. Si catholici fideles erãt oues erant. Si oues erant: quomodo vocem alienam audire potuerunt: cũ dominus dicat / non audierunt eos oues? Audistis fratres altitudinẽ questionis. Dico ergo. Nouit dominus qui sunt eius. Nouit prescitos: nouit predestinatos. De illo quippe dicitur: quos autem presciuit et predestinauit: conformes fieri imaginis filij sui: vt sit primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit: ipsos et vocauit. Et quos vocauit: ipsos et iustificauit / quos autem iustificauit: ipsos et glorificauit. Si deus pro nobis: quis contra nos. Adde adhuc: qui proprio filio suo nõ pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit eum: quomodo etiã non cum illo omnia nobis donauit? Sed quibus? Nobis prescitis: et predestinatis / iustificatis: glorificatis: de quibus sequitur. Quis accusabit aduersus electos dei? Nouit dominus qui sunt ei⁹: ipse sunt oues. Aliquando se ipse nesciunt: sed pastor nouit eas. Secundũ istam predestinationẽ. secundũ istã dei prescientiam. secundum electionem ouium: ante constitutionem mundi. Secundum istam ergo prescientiam dei: et predestinationem: q̃ multe oues foris: q̃ multi lupi intus. Et q̃ multe oues intus: et q̃ multi lupi foris. Quid est quod dixi. Q̃ multe oues foris? Q̃ multi modo luxuriantur: casti futuri. Q̃ multi blasphemant christũ: crediturí in christũ. Q̃ multi se inebriãt: futuri sobrij. Q̃ multi rapiũt res alienas donaturi suas. verũtamen modo vocem alienaz audiunt: alienos sequuntur. Item q̃ multi intus laudant / blasphematuri. Casti sunt / fornicaturi. Sobrij sunt / se vino postea sepulturi. Stant / casuri: et nõ sunt oues. De predestinatis enĩz loquimur. De his loquimur quos nouit dominus qui sunt eius. Et tamen ipsi q̃diu recte sapiunt: christi vocẽ audiunt. Ecce audiũt ipsi: non audiunt illi. et tamẽ secundũ predestinationem non oues isti / oues illi. Adhuc manet questio: que mihi interim nũc videtur ita posse dissolui. Est aliqua vox: est inquã vox aliqua pastoris: in qua oues nõ audiunt alienos: in qua non oues audiunt christum. Que est ista vox? Qui perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit. Hanc vocem non negligit proprius: non audit alienus. Nam et ille hoc ei predicat: vt perseueret apud ipsum vsq; in finem. Sed nõ apud eum perseuerando nõ audit hanc vocem. Venit ad christum: audit alia / et alia verba / illa et illa: omnia vera: sana omnia: inter que omnia est et illa vox: qui perseuerauerit vsq; in finez hic saluus erit: istam qui audierit ouis est. Sed audiebat illã nescio quis: et desipuit / refriguit / audiuit alienam. Si predestinatus est: ad tempus errauit: in eternũ non periit: redit vt audiat quod neglexerit: faciat quod audiuit. Si enim de his est qui predestinati sunt: et errorẽ ipsius deus presciuit: et cõuersionem futuram. Si aberrauit: redit vt audiat illam vocẽ pastoris: et sequatur dicẽtem: qui perseuerauerit vsq; in finez hic saluus erit. Bona vox fratres / vera / pastoralis: ipsa est vox salutis in tabernaculis iustorum. Nã facile est audire christum: facile est laudare euangelium: facile est acclamare disputatori. Perseuerare vsq; in finem. hoc est ouium vocẽ pastoris audientium. Tentatio accidit: perseuera vsq; in finem: quia tentatio nõ perseuerat vsq; in finẽ. Vsq; in quẽ finez perseuerabis? Quousq; finies viã. Q̃diu enim non audis christum aduersari⁹ tuus est in ista via: hoc est in ista mortali vita. Sed quid dicit. Cõcorda cum aduersario tuo cito: dum es cum eo in via. Audisti / credidisti / concordasti. Si aduersabaris concorda: si tibi prestitus est concordare. Si aduersabaris concorda: noli vlterius litigare. Quando enim finiatur via nescis: sed tamẽ scit ille. Scit ille si ouis es: et si perseueraueris vsq; in finem saluus eris. Accp hoc istam vocẽ non conteneunt sui: non audiunt alienum. Et potui vt ipse donauit profundã multum questionem: aut exposui vobis: aut tractaui vobiscũ. Si qui minus intellexerũt / maneat pietas: et reuelabitur veritas. Qui autem intellexerunt: non se extollant quasi celeriores super tardiores: ne extollendo se exorbitent: et facilius perueniãt tardiores. Omnes autẽ perducat cui dicum⁹. Deduc me domine in via tua: et ambulabo i veritate tua. Per hoc ergo quod exposuit dominus quia ipse est ostiũ: intremus ad ea que proposuit: nec

Exech. xxxiij.

Joh. xiiij.

Mat. v.

Pſ. cxxxviij.

exposuit. Et pastor quidez quisnam sit: cuius non dixerit in ista lectione que hodie recitata est: tamen in ea que sequntur apertissime dicit. Ego sum pastor bonus. Quod et si non diceret: quē aliū preter ipsum intelligere deberemus in eis verbis vbi ait / qui intrat per ostium / pastor est ouiū / huic ostiarius aperit: et oues eius vocem audiūt: et proprias oues vocat nominatim et educit eas: et cum proprias oues emiserit: ante eas vadit ⁊ oues eum sequūtur quia sciunt vocem eius? Quis enim alius oues proprias vocat nominatim: ⁊ educit eas hinc ad vitam eternā: nisi qui nouit nomina predestinatorum. Vnde ait discipulis suis. Gaudete: quia nomina vestra scripta sunt in celo. Hinc enim vocat eas nominatim. Et quis alius eas emittet: nisi qui earum peccata dimittit: vt eū sequi duris liberate vinculis possint? Et quis eas precessit quo eum sequantur: nisi qui surgēs a mortuis iam non moritur. et mors ei vltra nō dominabitur? Et cum hic cōspicuus esset in carne ait. Pater q̄s dedisti mihi volo vt vbi ego sum: et ipsi sint mecum. Vnde illud quod ait. [Ego sum ostium: per me si quis introierit saluabitur: ⁊ ingredietur ⁊ egredietur ⁊ pascua inueniet.] In hoc euidenter ostendit: non solum pastorem sed etiam oues intrare per ostium. Sed quid est ingredietur et egredietur ⁊ pascua inueniet? Ingredi quippe in ecclesiam per ostium christum valde bonum est: exire autem de ecclesia si cut ait iste ipse iohannes euāgelista in epistola sua: ex nobis exierunt: sed non erant ex nobis: nō est vtiq̄ bonum. Talis ergo egressus nō posset a bono pastore laudari: vt diceret ⁊ ingredietur ⁊ egredietur: et pascua inueniet. Est ergo aliquis non soluz ingressus verūetiam egressus bonus: per ostium bonū quod est christus. Sed quid sit iste laudabilis et beatus egressus? Possem quidez dicere ingredi nos quando interius aliquid cogitamus: egredi autē quando exterius aliquid operamur. Et quoniā sicut dicit apostolus: per fidem habitat christus in cordibus nostris: ingredi per christum esse secundū ipsam fidē cogitare: egredi autez per christum secundū ipsam fidē etiam foris: id est corā hominibus operari. vnde ⁊ in psalmo legitur: exiet hō ad opus suum: et ipse dominus dicit. Luceant opera vestra corā hominibus. Sed plus me delectat: quod ipsa veritas tanq̄ pastor bonus. ⁊ ideo bonus doctor quodāmodo nos admonuit quēadmodum intelligere debeamus: quod ait: ingredietur et egredietur et pascua inueniet: consecutus adiunxit. [Fur non venit: nisi vt furetur ⁊ mactet et perdat: ego veni vt vitā habeant et abundantius habeant:] videtur enim mihi dixisse vt vitam habeant ingredientes: et abundantius habeant egredientes. Non autem potest quisq̄ per ostium: id est per christum egredi ad vitam eternam que erit et specie: nisi per ipsum ostium / hoc est per eundem christum in ecclesiam ei⁹ que est ouile eius intrauerit ad vitam temporalem que est in fide. Ideo ait: ego veni vt vitam habeant: hoc est fidem que per dilectionem operatur. Per quā fidem in ouile ingrediūtur vt viuant: quia iustus ex fide viuit: et abundantius habeant qui perseuerando vsq̄ in finem per illud ostium: id est per fidem christi egrediuntur: quoniā veri fideles mouentur: et abundantius habebunt vitam / veniēdo quo pastor ille precessit: vbi nunq̄ deinde moriantur. Quis ergo et hic in ipso ouili non desint pascua: quoniam ad vtrūq̄ possimus intelligere quod dictum est et pascua inueniet: id est et ad ingressum et ad egressuz: tamen tunc vera pascua inueniēt vbi saturentur qui esuriunt et sitiunt iusticiam: qualia pascua inuenit cui dictum est: hodie mecum eris in paradiso. Quomodo autem ipse sit ostium ipse pastor: vt per seipsuz quodammodo etiam ipse ingredi et egredi itelligatur: et quisnam sit ostiarius: longum est hodie querere: et differendo sicut ipse donauerit explicare.

Luce.x

Rom. vj.

Joh.xvij.

Epbe.iij.

Ps. ciij.

Matth. v.

Gal.v.

Rom.j.

Mat.x.

Mat.x.

Luce.xxiij

Tractatus.xlvj.

¶Ego sum pastor bon⁹. Bonus pastor animaz suam dat pro ouibus suis. Mercēnarius autem et qui non est pastor cuius nō sunt oues proprie videt lupum venientem et dimittit oues et fugit: et lupus rapit et dispergit oues. Mercennarius autem fugit quia mercennarius est: et non pertinet ad eum de ouibus.

Loquens dominus iesus ouibus suis ⁊ presentib⁹ et futuris: que tunc aderāt que erant ibi tām oues eius: erantq̄ que future erant eius oues: item presentib⁹ et futuris / et illis et nobis: ⁊ quotquot etiā post nos fuerint oues eius: quis ad eas missus esset ostēdit. Omnes ergo audiunt vocē pastoris sui dicentis. [Ego sum pastor bonus.] Non adderet bonus: nisi essent pastores mali. Sed pastores mali: ipsi sunt fures et latrones: aut certe vt multum mercēnarij. Omnes enim hic personas quas posuit requirere / distīguere nosse debemus. Aperuit enim tam duas res dominus: quas quodāmodo clausas proposuerat. Jam scimus quia ostium ipse est: scim⁹ quia pastor ipse est. Fures et latrones qui sint: in hesterna lectione patefactum est. Hodie autem audiuimus mercennarium: audiuimus ⁊ lupum: heri nominatus est et ostiarius. In bonis ergo ostium est et ostiarius / pastor et ouis. In malis fures et latrones / mercēnarij / lupus. Ostium dominum christum accipimus: ipsum pastorem / ipsum ostiariū. Quia enim hec duo ipse exposuit: ostiarium nobis reliquit querendū. Et quid ait de ostiario? Huic inquit ostiari⁹ aperit. Cui aperit? Pastori. Quid aperit pastori? Ostium. Et quis est ipsum ostium? Ipse pastor. Nunquid si dominus christus nō exposuisset: non ipse diceret: ego sum pastor et ego sum ostium: auderet quisq̄ nostruz dicere quod ipse christus sit et pastor et ostium. Si enim diceret ego sum pastor ⁊ non diceret ego sum ostium: quesituri eramus quis esset ostium: et forte aliud putantes ante ostiuz remansuri: gratia illi⁹ et misericordia nobis exposuit pastorem: seipsum dixit: exposuit ostium: seipsum dixit / ostiariuz querendum nobis reliquit. Quem nos dicturi sumus ostiarium? Quemlibet inueniremus. Cauēdum est ne maior existimetur q̄ ipsum ostium: quia ostiarius in domibus hominum maior est ostio. Ostiarius enim ostio / non ostiū preponitur ostiario: quia ostiarius ostiū / nō ostium custodit ostiarium. Non audeo dicere aliquem ostiarium maiorem. Audiui enim iam quid sit ostium. Non me latet: non sum dimissus conjecture mee: nō mihi humana est relaxata suspicio. Deus dixit / veritas dixit: mutari nō potest quod immutabilis dixit. Dicam ergo in huius profunditate questionis: quid mihi videtur. Eligat vnusquisq̄ quod placet: pie tamen sentiat sicut scriptū est. Sentite de domino in bonitate: et in simplicitate cordis querite illum. Ostiarium forte ipsum dominū debemus accipere. Multo sunt enim inter se diuersa in reb⁹ humanis / pastor et ostium / q̄ ostiarius et ostiū: et tamen dominus et pastorem se dixit: et ostium. Cur ergo nō intelligamus ipsum ⁊ ostiarium? Si enim consideremus proprietates / dominus christus nec pastor est sicut consueuimus nosse et videre pastores / nec ostium est: non enim eum faber fecit. Si autem secundū aliquam similitudinē et ostium et pastor est: audeo dicere ⁊ ouis est. Quis nempe sub pastore est. Tamen ille et pastor est et ouis. Ubi est pastor? Ecce hic habes: lege euangeliuz. Ego sum pastor bonus. Ubi est ouis? Interroga prophetā Sicut ouis ad immolandū ductus est. Ubi est agnus? Interroga amicum sponsi. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Adhuc aliquid secundū istas similitudines mirabilius sum dicturus. Et agnus enim ⁊ ouis et pastor: inter se amica sunt. Contra leones autem a pastoribus oues custodiri solent: et tamen de christo cum sit ouis et pastor legimus dictū: vicit leo de tribu iuda. Hec omnia tres secundū similitudines accipite: non secundū proprietates. Solemus videre pastores sedere supra petram: et inde commissa sibi pecora custodire. Utriq̄ melior pastor q̄ petra / super quam sedet pastor: et tamen christus: et pastor ⁊ petra. Totum hoc secundū similitudinem. Proprietatem autem si queras a me: in principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Si queras a me proprietatem: filius vnicus de patre in eternū ab eterno genitus: equalis gignenti: per quem facta sunt omnia: cum patre incōmutabilis: et accepta forma hominis non mutatus: ex incarnatione homo: filius hominis et filius dei. Hoc totum quod dixi: nō similitudo sed res est. Non ergo pigeat nos fratres secundū quasdam similitudines ipsum accipere ostium: ipsuz ostiarium? Quid est enim ostium? Quo intramus. Quis est ostiarius? Qui aperit. Quis ergo se aperit: nisi qui seipsum exponit? Ecce dominus dixerat ostiū: non intellexeramus.

A

B

Sapiē.j.

Esa.xxiij.

Johan.j.

Apoca.v.

Joha.j.

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

Quando non intellexim⁹ clausum erat: qui aperuit ipse est ostiarius. Nulla est ergo necessitas aliqd aliud querere: nulla necessitas: sed fortasse est voluntas. Si est voluntas: noli exorbitare. Noli a trinitate discedere. Si personam aliquaz queris ostarij: spiritus sanctus occurrat. Non enī dedignabitur ostiarius esse spiritus sanctus quando ipsum ostiū esse dignatus est filius. Vide ostiarium: forte spirituz sanctum.

Joh. xvj. Ipse dominus discipulis suis de spiritu sancto dicit. Ipse vos docebit omnem veritatem. Ostium quid est? Christus. Quid est christus? Veritas. Quis aperit ostiuz: nisi qui docet omnem veritatem? De mercenario autē quid dicimus? Non in bonis hic cōmemoratus est. [¶Pastor bonus ait: animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius et qui nō est pastor cuius non sunt oues proprie videt lupum venientem: et dimittit oues ⁊ fugit: et lupus rapit ⁊ dispergit oues.] Mō hic bonam personam mercēnarius gerit: et tamen in aliquo vtilis est. Nec mercenarius diceretur: nisi acciperet a conducente mercedem. Quis est ergo iste mercenarius: et culpabilis et necessari⁹? Hic vero fratres luceat nobis ipse dominus: vt et mercennarios intelligamus: et mercēnarij non simus. Quis est ergo iste mercennarius? Sunt quidā ecclesie prepositi quib⁹ paulus apostolus dicit: sua querentes nō que iesu christi. Quid est sua querentes? Non christum gratis diligentes: non deum propter deum querentes: temporalia commoda sectantes / lucris inhiantes: honores ab hominibus appetentes. Hec quando amantur a proposito ⁊ propter hoc seruitur deo: quisquis est talis mercennarius est: inter filios se non computet. De talibus enim ⁊ dominus dicit.

Col. iij.

Mat. vj. Amen amē dico vobis: perceperunt mercedem suam. Audi

Phil. ij. de timotheo sancto: quid dicat apostolus paulus. Spero autem in domino iesu timotheum cito me mittere vobis: vt et ego bono animo sim: cum cognouero que circa vos sint. Neminem enim habeo tam vnanimē / qui germane de vobis sollicitus sit: omnes enim sua querunt: non que iesu christi. Inter mercēnarios pastor ingemuit. Quesiuit aliquem qui sinceriter diligeret gregem christi: et circa se in eis qui cum illo eo tempore fuerant non inuenit. Non enim in ecclesia christi tunc preter paulum apostolum et timotheum nemo erat qui germane de grege sollicit⁹ esset: sed contigerat vt eo tempore quo timotheum misit: circa se alium de filijs non haberet: sed soli mercennarij cum illo essent: sua querentes nō que iesu christi. Et tamen ipse germane de grege sollicitus: maluit filium mittere: et inter mercēnarios remanere. Inuenimus et mercennarios. Non eos discutit nisi dominus: qui cor inspicit ipse discutit. Tamen aliquando intelliguntur a nobis.

• Non enim frustra dixit ipse dominus etiam de lupis: ex fru

Mat. vij. ctibus eorum cognoscetis eos. Multos interrogant tentationes: et tunc apparent cogitationes: multi autem latent. Habet oule domini prepositos: et filios et mercennarios. Prepositi autē qui filij sunt: pastores sunt. Si pastores sunt: quomodo vnus pastor: nisi quia sunt illi omnes vnius mēbra pastoris: cuius sunt oues proprie? Nam ⁊ ipsi membra sunt ipsius vnius ouis: quia sicut ouis ad immolandu⁊ ductus est.

Esaie. liij. D Audite autē quia et mercēnarij necessarij sunt. Multi quippe in ecclesia commoda terrena sectātes christum tamē predicāt: et per eos vox christi auditur: ⁊ sequūtur oues nō mercennarium: sed vocem pastoris per mercennarium. Audite mercennarios: ab ipso domino demōstratos. Scribe inquit

Mat. xxiij et pharisei cathedrā moysi sedent: que dicunt facite que autem faciunt facere nolite. Quid aliud dixit: nisi per mercennarios vocem pastoris audite? Sedendo enim cathedram moysi: legez dei docent: ergo per illos deus docet. Suavero illi si velint docere: nolite audire / nolite facere. Certe enī tales sua querunt non que iesu christi. Nullus tamen mercēnarius ausus ē dicere populo christi: tua grē non que iesu christi. Qui enim male facit: non predicat de cathedra christi: in de le dit vnde male facit non vnde bona dicit. Botrum carpe: spinam caue. Bene quia intellexistis: sed propter tardiores dicam hoc idē plamus. Quod modo dixi botrum carpe / spi

Mat. vij. nam caue: cum dominus dicat: nunquid colligunt de spinis vuam aut de tribulis ficus? Verum est omnino: et etiam verum ego dixi / botrum carpe / spinā caue: quia botrus aliquā do de radice vitis exortus pendet in sepe: crescit palmes: inseritur spinis: et portat fructum spina non suū. Non enim spinam vitis attulit: sed spinis palmes incubuit. Noli iterogare nisi radices. Quere radicem spine extra inuenies a vite. Quere originē vue: vitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo moysi / vitis erat: pharisēorum mores / spine erant. Doctrina vero per malos: palmes in sepe. Botrum inter spinas caute lege: ne dum queris fructuz / laceres manum. Et cum audis bona dicentem: ne imiteris mala facientem. Que dicūt facite / legite vuas / que autē faciunt facere nolite: cauete spinas. Et iam per mercennarios vocem pastoris audite. Sed nolite esse mercennarij: cum sitis membra pastoris. Ipse autem paulus apostolus sanctus qui dixit: neminez habeo qui tam germane de vobis sollicitus sit: omnes enim sua querūt non que iesu christi. alio loco inter mercennarios filioz⁊ distinguens / videte quid dixerit. Quidam per inuidiam ⁊ cōtentionem: quidam vero et per bonam voluntatē christū predicant: quidaz ex charitate: scientes quia in defensione euāgelij positus sum: quidam vero et per contumaciam christū annūciant: non caste existimantes tribulationē suscitari vinculis meis. Isti mercēnarij erant: paulo apostolo inuidebāt Quare inuidebant: nisi quia tempora alia requirebant? Sed quid adiungit attendite. Quid enim? Cū omnino siue occasione siue veritate christus annūcietur: et in hoc gaudeo: sed et gaudebo. Veritas est christus / veritas a mercēnarijs occasione annuncietur: veritas a filijs veritate annūcietur. Filij eternam hereditatem patris patiēter expectant. Mercēnarij temporalē mercedem conducentes: festināter exoptāt. Mihi humana gloria cui mercennarios inuidere video minuatur: et tamen per linguas mercennariorum et filioruz diuina christi gloria diffametur: cum siue occasione siue veritate christus annuncietur. Videmus qui sit etiam mercennarius. Quis ē lupus nisi diabolus? Et quid dictū est de mercennario? Cum viderit lupum venientem fugit: quia nō sunt eius oues proprie / nec ei cura est de ouibus. Nunquid talis erat apostolus paulus? Absit. Nunquid talis petrus? Absit. Nūquid tales ceteri apostoli: excepto iuda filio pditionis? Absit. Pastores ergo illi? Plane pastores. Et vñ vnus pastor? Iam dixi pastores / quia membra pastoris illo capite gaudebant: sub illo capite concordabant / vno spiritu in vni⁹ corporis compage viuebāt / ac per hoc omnes ad vnū pastorem pertinebant. Si ergo pastores non mercēnarij: quare fugebant qū persecutionē patiebantur? Expone nobis. O do- ij. Cor. x.
mine: vidi in epistola fugientem paulum: per murum in sporta submissus ē: vt manus persequētis euaderet. Non ergo illi cura fuit de ouibus: quas lupo vemente deserebat? Fugit plane / sed eas pastori in celo sedenti orationibus cōmendabat. Se autem vtilitati earum fugiendo seruabat: sicut quodam loco ait. Manere in carne necessariū duxi propter vos. Phil. j.
Ab ipso nāq; pastore: omnes audierāt. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam. Hanc nobis questionez dominus dignetur exponere. Domine tu dixisti eis quos fideles pastores esse vtiq; volebas: quos tua membra esse formabas: si vos psecuti fuerint fugite. Iniuriam ergo illis facis quando reprehendis mercennarios: qui vident lupū venientem et fugiunt. Rogamus iudices nobis: quid habeat altitudo questionis. Pulsemus: aderit qui aperiet se / ostiarius ostij quod ē ipse. Quis est mercennarius? Qui vidit lupum et fugit: qui sua querit non que iesu christi. Peccantem Col. iij.
nō libere audet redarguere. Ecce nescio quis peccauit / gra- j. Thi. v.
uiter peccauit / increpandus est: excommunicādus est. Sed excōmunicatus inimicus erit: insidiabitur: nocebit cum potuerit. Iam ille qui sua querit non que iesu christi ne perdat quod sectatur humane amicitie cōmoditatem: ⁊ inimiciciarum humanarum incurrat molestiam: tacet non corripit. Ecce lupus oui guttur apprehendit: diabolus fideli adulteriū persuasit. Tu taces non increpas. O mercēnarie: lupum venientem vidisti ⁊ fugisti. Respondet forte et dicet. Ecce hic sum non fugi. Fugisti: quia tacuisti. Tacuisti: quia timuisti. Fuga animi timor ē. Corpore stetisti: spiritu fugisti. Quod ille non faciebat qui dicebat: ⁊ si corpore absens sum: spiritu Col. ij.
vobiscum sum. Quomodo enim spiritu fugiebat: qui etiam corpore absens fornicatores litteris arguebat. Affectiones nostre motus animoz sunt. Letitia animi diffusio. Tristicia: animi contractio. Cupiditas animi progressio. Timor animi fuga est. Diffunderis enī animo / cum delectaris. Cō-

traberis animo/cum molestaris. Progrederis animo:cum appetis. Fugis animo:cum metuis. Ecce vnde ille mercenarius viso lupo dicitur fugere. Quare:[Quia non est ei cura de ouibus.]Quare non est ei cura de ouibus?[Quia mercenarius est:]Quid est mercēnarius est? Tempora lē mercedem querit: et in domo in eternum non manebit. Sunt adhuc hec querenda: et discutienda vobiscum:sed onerare vos non est consilij. Dominica enīz cybaria cum seruis ministramus:in pascuis dominicis oues pascim⁹ et simul pascimur. Sicut non est negandum quod necessariuz est: sic non est cōz infirmum pabuli multitudine pregrauandum. Non sit ergo molestum charitati vestre: quia omnia que hic adhuc discutienda arbitror/hodie non discutio:sed iterum nobis in nomine domini diebus reddendi sermonis/eadem lectio recitabitur:et diligenter illo adiuuante tractabitur.

Tert⁹ hz mercēnarius autē fugit qz mercēnari⁹ est nō ptinet ad eum de ouibus.

Tractatus.xlvij.

¶Ego sum pastor bonus ⁊ cognosco oues meas et cognoscūt me mee. Sicut nouit me pater:⁊ ego agnosco patrē ⁊ aīam meā pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili:et illas oportet me adducere et vocē meam audiēt:et fiet vnum ouile et vnus pastor. propterea me pater diligit: quia ego pono animaz meā et iteruz sumam eam. Nemo tollit eam a me:sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam ⁊ potestatē habeo iterum sumendi eā hoc mādatum accepi a patre meo. Dissensio iteruz facta est inter iudeos propter sermones hos dicebant autem multi ex ipsis. Demoniū habet et insanit: quid eum auditis? Alij dicebant hec verba non sunt demonium habentis. Nunqd demonium potest cecorum oculos aperire?

enī amas et deseris. Dicit aliquis. Quomodo per lazarum peccator significabatur: et a domino sic amabatur? Audi a eū dicentem. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores. Si enim peccatores deus non amaret: de celo ad terrā non descenderet. [Audiens autem iesus: dixit eis. Infirmitas hec nō est ad mortē: sed p gloria dei: vt glorificet filiꝰ dei.] Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit: sed nobis pfuit. Hoc est ergo quod ait. Non est ad mortem: quia et ipsa mors nō erat ad mortem: sed potius ad miraculum: quo facto crederent homines in christū: et vitarent veram mortem Sane videte: quēadmodum tanq̄ ex obliquo dīs deum se dixit: ppter quosdam qui negant filium deū esse. Nam sunt heretici qui hoc negant qō filius dei non sit deus. Ecce audiant. Infirmitas hec (inquit) non est ad mortem sed p gloria dei. Qua gloria? Cuius dei? Audi quod sequitur: vt glorificetur filius dei. Infirmitas ergo hec non est ad mortem: sed pro gloria dei: vt glorificetur filius [dei per eam.] Per quam? Per illam infirmitatem. [Diligebat autem dominꝰ iesus martham et sororem eius mariam et lazarū.] Ille languens: ille tristis: oēs dilecti: sed diligebat eos et languentium saluator: immo etiam mortuoꝝ suscitator: et tristium consolator. [Ut ergo audiuit quia infirmabatur: tūc quidē mansit in eodem loco duobus diebus.] Nunciauerunt ergo illi: mansit illic ille. Tādiu tempus ductum est: quousq̄ qua triduum compleretur. Non frustra: nisi quia forte: immo qz certe et ipse numerus dierum intimat aliquod sacramentū. [Deinde post hec dicit discipulis suis. Eamꝰ in iudeam iterum] vbi pene fuerat lapidatus. Qui propterea inde discessisse videbatur: ne lapidaretur. Discessit enim vt homo: sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem: ostendit potestatē. Eamus (inquit) in iudeam. Denuq̄ hoc dicto: videte quēadmodū discipuli territi fuerint. [Dicunt ei discipuli. Rabbi. Nunc querebant te iudei lapidare: et iterum vadis illuc?] Respondit iesus. Nonne duodecim sunt hore diei?] Quid E sibi vult ista responsio? Illi dixerunt. Modo te lapidare volebant iudei: et iterū illuc vadis vt te lapident. Et dominꝰ. Nonne duodecim hore sunt diei? [Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit: quia lux nō est in eo.] De die quidem locutus est: sed in nostra intelligentia quasi adhuc nox est. Inuocemus diem vt expellat noctem et cor lumine illustret. Quid enim dīs dicere voluit? Ortum mihi videt ortum sublucet altitudo, pfunditasq̄ sententie: redarguere voluit illorum dubitationem: et infidelitatem. Voluerūt enī consilium dare dño ne morcretur: qui venerat mori ne ipsi morcrentur. Sic etiam quodam alio loco: petrus sanctꝰ diligens dominū: sed adhuc non plene intelligens cur venisset timuit ne morcretur: et vite displicuit: id est ipsi domio. Mā cū indicaret discipulis qō esset hierosolimis passurus a iu- Mat.xvj. deis: respōdit petrus inter ceteros et ait. Absit a te domine: propitius tibi esto: non fiet illud. Et cōtinuo dominꝰ. Redi post me sathanas: nō enim sapis que dei sunt: sed que hominum. Et paulo ante cōfitens dominū laudem meruerat. Audierat enim. Beatus es symon bariona: quia non tibi reuelauit caro et sanguis: sed pater meus qui in celis est. Cui dixerat beatus es: illi dicit redi retro me sathanas: quia beat? ase non erat. Sed vnde? Quia non tibi reuelauit caro et sanguis: sed pater meus q̄ in celis est. Ecce vnde beatus es nō de tuo sed de meo. Nō quia pater ego: sed quia oīa que habet pater mea sunt. Si beatus est ille petrus de ipsius domini: sathanas de cui? Ibi dicit. Rationem quippe reddidit beatitudinis cū diceret. Non caro et sanguis tibi reuelauit hoc: sed pater meus qui in celis est. Hec est causa beatitudinis tue. Qō vero dixit / redi post me sathanas: audi etiā huius rei causam. Non enī sapis que dei sunt: sed que sunt hominis. Memo ergo se palpet: de suo sathanas est: de dei beatus est. Quid est enim de suo: nisi de peccato suo? Tolle peccatum qō est tuum: iustitia (inquit) de meo est. Quid enī ha- j.Cor.iiij. bes quod nō accepisti? Cū ergo vellent dare consilia homines deo: discipuli magistro: serui dño: egroti medico: corripuit eos et ait. Mōne duodecim hore sunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit. We sequimini si non vultis offendere. Nolite mihi consilū dare: quos a me cōsiliū oportet accipere. Quo ergo pertinet: nonne duodecim hore sunt diei? Quia vt diem se esse ostenderet: duodecim discipulos elegit. Si ego sum (inquit) dies et vos hore: nunquid hore diei cōsilium dant? Hore diem sequuntur: non dies horas. Si ergo illi hore: quid ibi iudas? Et ipse iter duodecim horas: qui si hora erat: lucebat. Sed dominus in hoc verbo nō ipsum iudam: sed successorē ipsius preuidebat. Juda enim cadente: successit matthias: et duodenarius numerus mansit. Non ergo frustra duodecim discipulos elegit dominus nisi quia ipse spiritualis est dies. Sequātur ergo hore diē / predicent hore diem / hore illustrētur a die: hore illuminentur a die: et per horarū predicationem credat mūdus in diē ¶Hoc ergo ait de compendio. We sequimini: si non vultis F offendere. [Et post hec dicit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum.] Verum dixit: sororibus mortuus erat: domino dormiebat. Hominib? mortuus erat: qui eum suscitare non poterant. Nam dominꝰ tanta eum facilitate excitabat de sepulchro: quāta tu non excitas dormientem de lecto. Ergo scōm potentiam suam dixit dormientem: quia et alij mortui dicti sunt in scripturis sepe dormientes: sicut apostolus dicit. De dormientibus autem Thes.iiij. nolo vos ignorare fratres: vt non contristemini sicut ceteri qui spem non habent. Ideo et ipsos dormientes appellauit: quia resurrecturos prenūciauit. Dormit ergo omnis mortuus: et bonus et malus. Sed quomodo interest in ipsis q̄ quotidie dormiunt et exurgūt: quid quisq̄ videat in somnis: alij sentiunt leta somnia: alij torquētia ita vt euigilans dormire timeat ne ad ipsa iterum redeat: sic vnusquisq̄ hominū cum causa sua dormit / cum causa sua surgit: et interest quali custodia quisq̄ recipiatur / ad iudicē postea producendus. Nam et receptiones in custodia pro meritis causarū adhibentur. Alios iubentur custodire lictores / humano et miti officio / atq̄ ciuili. Alij tradūtur optionibus: alij mittunt in carcerē et in ipso carcere non oēs sed p meritis causarum / in ima carceris contrudūtur. Sicut ergo diuerse custodie agentiū in officio: sic diuerse custodie mortuorum / et diuersa merita resurgentium. Receptus est pauper: receptus est et dives. Luce.xvj. Sed ille in sinu abrae: ille vbi sitiret et guttam nō inueniret. Habēt ergo oēs anime: vt ex hac occasione instruam charitatem vestram: habent oēs anime cū de seculo exierint: diuersas receptiones suas: habent gaudiū boni: et mali torcumenta. Sed cū facta fuerit resurrectio et bonorum gaudiū iiij.sen.di. amplius erit: et malorū torcumenta grauiora: quādo cum corpore torquebūtur. Recepti sunt in pace sancti patriarche / prophete / apostoli / martyres / boni fideles: oēs tamen adhuc in fine recepturi sunt quod pmisit deus. Promissa enī est resurrectio etiam carnis / mortis consummatio / vita eterna cum angelis: hoc oēs simul accepturi sumus. Nam requiem que continuo post mortez datur: si ea dignus est: tūc accipit quisq̄ cum moritur. Priores acceperūt patriarche videte ex quo requiescunt. Posteriores prophete / recentes apostoli / multo recentiores sancti martyres: quotidie boni fideles. Et alij in ista requie tam diu sunt: alij non tam diu: alij paucioribus annis: alij recenti tempore. Cum vero ab hoc somno euigilabunt: simul omnes quod pmissum est accepturi sunt. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. [Dixerunt ergo discipuli.] Quomodo G intellexerunt: sic responderunt. [Domine si dormit saluus erit.] Solet enim esse somnus egrotantiū: salutis indicium [Dixerat autem iesus de morte eius: illi autem putauerunt qō de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste.] Subobscure enim dixerat dormit. Ait ergo manifeste. [Lazarus mortuus est: et gaudio ppter vos vt credatis quia non eram ibi.] Sed scio quia mortuus est. Eger enim non mortuus fuerat nunciatus. Sed quid lateret eum qui creauerat: et ad cuius manus anima morientis exierat? Hoc est quod ait. Gaudeo propter vos vt credatis quia nō ibi eram: vt iam inciperent admirari: quia dominus potuit dicere mortuum: quod nec viderat / nec audierat. Vbi sane meminisse debemus: quod adhuc etiam ipsorum discipulorum qui in eum crediderant miraculis edificabatur fides. Non vt ea q̄ non erat esse inciperet: sed vt ea que iā esse ceperat / cresceret: cuius tali verbo vsus sit: quasi tūc credere inciperent. Non enim ait. Gaudeo propter vos vt fides vestra augeatur / siue firmetur: sed ait vt credatis. Quod intelli-

Expositio diui Augustini In euangeliū scōm Johānē.

gendū est: vt amplius robustiusq; credatis. [Sed eam⁹ ad eū. Dixit ḡ thomas q̄ dicit vidimus ad cōdiscipulos. Eamus et nos: et moriamur cū illo. Venit itaq; iesus ⁊ inuenit eū q̄tuor dies iā in monumēto hītem.] De quattuor dieb⁹ multa q̄dē dici possunt: sicut se habent obscura scripturaū: q̄ pro diuersitate intelligentium multos sensus pariunt. Dicamus et nos: quid nobis videatur significare mortu⁹ quatriduanus. Quomō enim in illo ceco intelligimus quodāmodo humanum genus: sic forte ⁊ in isto mortuo: multos intellecturi sumus. Diuersis enī modis vna res significari potest. Homo quando nascitur: iam cū morte nascitur: quia de
Rom.v. adam peccatū trahit. Vnde dicit apostolus. Per vnum hominem peccatū intrauit in mūdum / et per peccatum mors: et ita oīes homines pertransijt: in quo oīes peccauerunt. Ecce habes vnū diem mortis: q̄ homo trahit de mortis ꝑ pagine. Deinde crescit: icipit accedere ad rationales annos vt legem sapiat naturalē: quā oīes habent in corde fixam.
Tho.iiij. Q̄ tibi non vis: alij ne feceris. Nūquid hoc de paganis dicitur: et non in natura ipsa quodāmodo legitur? Fortum vis pati? Vtiq; non vis. Ecce lex in corde tuo. Quod nō vis pati: facere noli. Et hanc legem transgrediūtur homines. Ecce alter dies mortis. Data est lex etiam diuinitus: per famulum dei moysen. Dictū est illic. Non occides / non mechaberis / non falsum testimoniū dices / honora patrem et matrē / non cōcupisces rem proximi tui. Ecce lex scripta est: et ipsa cōtemnitur. Ecce tertius dies mortis. Quid restat? Venit
Exo.xx. et euangeliū: predicatur regnū celorum: diffamatur vbiq; christus: minatur gehenna / vita promittitur eterna: et ipsa contemnitur. Transgrediūtur homines euangelium. Ecce quartus dies mortis. Meritoiam fetet. Nūquid et talibus
Mat.iij. neganda est misericordia? Absit. Etiam ad tales dominus
Text⁹ hz Erat autē bethania iuxta hierosolimā q̄ si stadijs quindeci. excitandos: nō dedignatur accedere. [Multi autem ex iudeis venerant ad martham ⁊ mariam: vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit: quia dñs venit: occurritilli. Maria autez domi sedebat. ¶ Dixit ergo martha ad iesum. Dñe si fuisses hic: frater meus non fuisset mortu⁹ sed et nunc scio: quia quecunq; poposceris a deo: dabit tibi deus.] Non dixit sed et modo rogo te: vt resuscites fratrem meum. Vnde enim sciebat / si fratri eius resurgere vtile fuerit. Hoc tantū dixit: scio quia potes / si vis facis. Vtrum enī facies / iudicij tui est: non presumptionis mee. Sed et nunc scio: quia quecūq; poposceris a deo dabit tibi deus. [Dicit illi iesus. Resurget frater tuus.] Hoc ambiguum fuit. Nō enim ait. Modo resuscito fratrem tuum: sed resurget frater tuus. [Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.] De illa resurrectione secura sum: de hac incerta sum. [Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita.] Dicis: resurget frater meus in nouissimo die. Verum dicis Sed per quem tunc resurget: potest et modo: quia ego sum (inquit) resurrectio et vita. Audite fratres: audite quid dicat. Certe tota expectatio erat circūstantium: vt reuiuisceret lazarus: vnus mortuus quatriduanus. Audiamus et resurgamus. Q̄ multi sunt in hoc populo: quos premit cōsuetudinis moles. Forte audiunt me quidam: quibus dicitur.
Ephe.v. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Dicunt. Non possumus. Forte audiunt me aliqui immūdi: lasciuis et flagitijs inquinati: quib⁹ dicitur. Nolite hoc facere ne pereatis. Et respondent. Non possumus tolli a cōsuetudine nostra. O domine: istos resuscita. Ego sum (inquit) resurrectio et vita. Ideo resurrectio / quia vita. [Qui credit in me: etiā si mortuus fuerit viuet. Et oīs q̄ viuit ⁊ credit in me: nō morietᵏ in eternū.] Quid est hoc: qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet: sicut lazarus mortuus est viuet? Quia non est deus mortuoū sed viuorum. De olim mortuis patribus: h
Mat.xxij. est de abraam: et isaac: et iacob: tale responsum iudeis dedit Ego sum deus abraam / et deus isaac / et deus iacob. Non est deus mortuoū: sed viuorum. Oīes enim illi viuūt. Crede ergo: et si mortuus fueris viues. Si autem non credis: et cum viuis mortuus es. Probemus et hoc: quia si non credis et viuis: mortuus es. Cuidam dñs differenti sequi eum
Mat.viij. et dicenti: eum prius sepelire patrem meū: sine (inquit) mortuos sepelire mortuos suos: tu veni seḡre me. Erat ibi mortuus sepeliendus: erant ibi et mortui: mortuū sepulturi. Ille mortuus in carne: illi in anima. Vnde mors in aīa? Quia non est fides. Vnde mors in corpore? Quia non est ibi aīa. Ergo aīe tue anima fides est. Qui credit in me inquit: etiaz si mortuus fuerit in carne / viuet in anima: donec resurgat et caro nūcq; postea moritura: hoc est qui credit in me: licet moriatur viuet. Et oīs qui viuit in carne et credit in me: et si moriatur ad tempus propter mortem carnis: non morietur in eternum propter vitam spiritus et immortalitatem resurrectionis. ¶ Hoc est q̄ ait. Et oīs qui viuit et credit in me J
non morietur in eternum. [Credis hoc? Ait illi. Utiq; dñe. Ego credidi: quia tu es christus filius dei: qui in hūc mundum venisti.] Quādo hoc credidisti? Credidi quia tu es resurrectio: credidi quia tu es vita. Credidi: quia qui credit in te et si moriatur viuet: et qui viuit et credit in te non morietur in eternū. [Et cum hec dixisset abijt et vocauit mariam sororem suam silentio dicens. Magister adest: et vocat te.] Aduertendum est: quēadmodū suppressam vocem silentiū nūcupauit. Nam quomodo siluit que dixit: magister adest: et vocatte? Aduertendum etiam quēadmodum euāgelista non dixerit: vbi vel quādo vel quomodo mariam dominus vocauerit: vt hoc in verbis marthe potius ītelligeretur narrationis brevitate seruata. [Illa vt audiuit: surgit cito ⁊ venit ad eum. Nondū enim venerat iesus in castellū: sed erat adhuc in illo loco: vbi occurrerat ei martha. Judei igitur q̄ erant cum illa in domo et consolabantur eam: cum vidissent mariam quia cito surrexit et exijt: secuti sunt eam dicentes: quia vadit ad monumentum vt plozet ibi.] Quare pertinuit hoc ad euangelistam narrare? Vt videamus que occasio fecerit: vt plures ibi essent quādo lazarus resuscitat⁹ est. Putantes enim iudei ꝓterea illam festinare vt doloris sui solacium lachrymis quereret: secuti sunt eam: vt tam grande miraculū quatriduani mortui resurgentis testes plurimos inueniret. [Maria autem cum venisset vbi iesus erat videns eum cecidit ad pedes eius et dixit ei. Domine si fuisses hic frater meus non esset mortuus. Jesus ergo vt vidit eam plorantem et iudeos qui cum illa erant plorantes: fremuit spiritu et turbauit semetipsum: et dixit. Vbi posuistis eū?] Nescio quid nobis insinuauit fremendo spiritu et turbando seipsum. Quis enim eū posset nisi seipsum ipse turbare. Itaq; fratres mei: primo hic attendite potestatem: et sic inquirite significationem. Turbaris tu nolens: turbatus est christus quia voluit. Esuriuit iesus: verum est / sed quia voluit. Dormiuit iesus: verum est sed quia voluit. Cōtristatus est iesus:
Joh.j. verum est / sed quia voluit. Mortu⁹ est iesus: verum est / sed quia voluit. In illius potestate erat: sic vel sic affici vel non affici. Verbum enim animā suscepit et carnem: totius hominis sibi coaptans: in persone vnitate naturam. Nam et anima apostoli verbo illustrata est. Anima petri verbo illustrata est. Anima pauli / et aliorum apostolorum: sanctorum prophetarū verbo illustrate sunt anime: sed de nulla dictum est
Johan.j. Verbum caro factum est: de nulla dictum est. Ego et pater vnum sumus. Anima et caro christi cum verbo dei: vna persona est / vnus christus est: ac per hoc vbi summa potestas est
K scōm voluntatis nutum tractatur infirmitas. Hoc est turbauit semetipsum. Dixi potestatem: attendite significationez. Magnus reus est / quem mortis quatriduum et illa significat sepultura. Quid est ergo q̄ turbat semetipsum christus nisi vt significet tibi quomodo turbari tu debeas: cum tanta mole peccati grauaris ⁊ premeris? Attendisti enim te: vidisti te reum: cōputasti tibi. Illud feci et pepercit mihi deus: illud commisi et distulit me. Euangelium audiui: et cōtempsi. Baptizatus sum: et iterum ad eadem reuolut⁹ sum. Q̄ facio quo eo: vnde euado? Quando ista dicis: iā fremet christus: quia fides fremit. In voce frementis apparet spes resurgentis: si ipsa fides est intus: ibi est christus fremens. Si fides in nobis: christus in nobis. Quid enim aliud ait apostolus habitare christū per fidem in cordibus vestris? Er-
Mat.vij. go fides tua de christo: christus est in corde tuo. Hinc est illud q̄ dormiebat in naui: et cum periclitarentur discipuli: iam imminente naufragio accesserunt ad eum: et excitauerunt eum. Surrexit christus: imperauit ventis et fluctib⁹: et facta est tranquillitas magna. Sic et tu: intrant venti cor tuum: vtiq; nauigas: vbi hanc vitam tanq; procellosum et periculosum pelagus transis: intrant venti: mouent fluctus turbant nauem. Qui sunt venti? Audisti conuiciū iraseris:

conuitium ventus est: iracundia fluctus est. Periclitaris: disponis respondere / dispones maledictum pro maledicto reddere: iam nauis propinquat naufragio. Excita christus dormientem. Ideo enim fluctuas et mala pro malis reddere preparas: quia christus dormit in naui. In corde enim tuo somnus christi: obliuio fidei. Nam si excitas christum id est recolas fidem: quid tibi dicit tanq̄ vigilans christus in corde tuo? Ego audiui: demoniū habes: et pro eis orauit Audit dominus et patitur: audit seruus et indignatur. Sed vindicare vis. Quid enī? Ecce iam sum vindicatus? Cum hec tibi loquitur fides tua: quasi imperatur ventis et fluctibus / et fit tranquilitas magna. Quomodo ergo hoc est excitare xp̄m in naui / excitare fidem: sic in corde hominis quez premit magna moles et cōsuetudo peccati / in corde hominis transgressoris etiam sancti euāgelij cōtemptoris et penarū eternarū. Fremat christus: increpet se homo. Audi adhuc.

L ¶ Fleuit christus: fleat se homo. Quare enim fleuit christus: nisi quia flere hominē docuit. Quare fremuit et turbauit se metipsum: nisi quia fides hominis sibi merito displicentis: fremere quodāmodo debet in accusatione malorum operū: vt violentie penitendi cedat cōsuetudo peccādi? [Et dixit: vbi posuistis eum?] Scisti quia mortuus sit: et vbi sit sepultus ignoras? Et ista significatio est: quia sic perditū hoiem quasi nescit deus. Non ausus sum dicere nescit. Quid enim ille nescit? Sed quasi nescit. Vnde hoc probam? Dominū audi dicturū in iudicio. Nō noui vos: discedite a me. Quid est non noui vos? Non vos video in luce mea. Non vos video in illa iustitia quā noui. Sicet hic tanq̄ nesciens talem peccatorē dixit: vbi posuistis eum. Talis est vox dei in paradiso postea cū homo peccauit. Adam vbi es. [Dicunt et. Domine veni et vide.] Quid est vide? Miserere. Videt enī dñs quādo miserek: vnde illi dicitur. Vide humilitatē meā et labozem meū: et dimitte omnia peccata mea. [Et lachrymatus est iesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eū.] Quid est amabat eum? Non veni vocare iustos: sed peccatozes in penitentiā. [Quidā autem dixerunt ex ipsis. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci facere vt et hic non mozeretur?] Qui nolunt facere vtnō mozeretur: plus est qō facturus est vt mortuus suscitetur. [Jesus autem rursus fremens in semetipso: venit ad monumentū.] Fremet et in te: si dispones reuiuiscere. Omni homini dicitur qui premit pessima cōsuetudine. Venit ad monumentū. [Erat autem spelunca: et lapis superpositus erat ei.] Mortuus sub lapide: reus sub lege. Scitis enī quia lex que data est iudeis: in lapide scripta est. Omnes autē rei sub lege sunt: bene viuentes in lege sunt. Justo lex posita non est. Quid est ergo lapidem remouere? Gratiā predicate. Apostolus enim paul⁹ ministrū se dicit noui testamenti: nō littere sed spiritu. Nā littera (inquit) occidit: spiritus aūt viuificat. Littera (inq̄t) occidēs quasi lapis est premens. [Remouete] inquit [lapidē] remouete legis pondus: gratiā predicate. Si enī data esset lex q̄ posset viuificare: omnino ex lege esset iustitia: sed cōclusit oia scriptura sub peccato: vt promissio ex fide iesu christi daret credētibus. Ergo remouete lapidē. [Dicit ei martha: soror eius q̄ mortuus fuerat. Dñe iam fetet: quatriduanus enī est. Dicit ei iesus. Nōne dixi tibi: quia si credideris videbis gloriam dei?] Quid est videbis gloriam dei? Quia et putentē / et quatriduanū resuscitat. Omnes enim peccauerūt: et egent gloria dei. Et vbi abūdauit peccatū: superabūdauit et gratia. [Tulerūt ergo lapidem. Jesus aūt eleuatis sursum oculis dixit. Pater gr̄as ago tibi: quoniā audisti me. Ego aūt sciebā quia semper me audis: sed ꝓpter populum qui circūstat dixi vt credant quia tu me misisti. Hec cū dixisset: voce magna clamauit.] Fremuit / lachrymatus est / voce magna clamauit. Ō difficile surgit: quē moles male cōsuetudinis premit. Sed tamen surgit: occulta gratia intus viuificatur: surgit post vocē magnam. Quid est factū? Voce magna clamauit. [Lazare veni foras / et statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus manus et pedes institis: et facies illius sudario erat ligata.] Quomodo processit ligatis pedibus miraris: et non miraris quia surrexit quatriduan⁹? In vtroq̄ potentia domini erat: nō vires mortui. Processit et adhuc ligat⁹ est: adhuc inuolutus: tamen iam foras, processit. Quid significat: Quādo cōtemnis: mortuus iaces. Et si tāta quāta dixi contemnis: sepultus iaces. Quādo cōfiteris: procedis. Quid est enim procedere: nisi ab occultis / velut exeundo te manifestare? Sed vt confitearis: deus facit magna voce clamando: id est magna gratia vocando. Ideo cū processisset mortuus adhuc ligatus confitens et adhuc reus: vt soluerentur peccata eius: ministris hoc [dixit dñs: soluite illū / et sinite abire?] Quid est soluite et sinite abire? Que solueritis in terra soluta erunt in celo. [Multi ergo ex iudeis qui venerant Mat.xxj. ad mariam / et viderunt que fecit iesus: crediderunt in eum Quidam autem ex ipsis abierūt ad phariseos: et dixerunt eis que fecit iesus.] Non omnes ex iudeis qui conuenerant ad mariam crediderūt: sed tamen multi. Quidā vero ex eis siue ex iudeis qui conuenerant: siue ex eis qui crediderant: abierunt ad phariseos et dixerūt eis que fecit iesus: siue annunciando vt et ipsi crederent: siue potius prodendo vt seuirent. Sed quomodolibet et a quibuslibet: ad phariseos ista perlata sunt. [Collegerūt pontifices et pharisei concilium M et dicebant. Quid facimus?] Nec tamen dicebant credam⁹? Plus enim perditi homines cogitabant quomodo nocerēt vt perderent q̄ quomodo sibi cōsulerent ne perirent. Et tamen timebant / et quasi consulebant. Dicebant enim. Quid faciemus? [Quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum: et venient romani / et tollent nostrū locum et gentem.] Temporalia perdere timuerunt: et vitam eternam non cogitauerunt: ac sic vtrūq̄ amiserunt. Nam et romani post domini passionem et glorificationem tulerunt eis et locum et gentem: expugnando et transferendo. Et illud eos sequitur qō alibi dictum est. Filij autez Mat.viij. regni huius ibunt in tenebras exteriores. Hoc autē timuerunt: ne si omnes in christum crederēt nemo remaneret qui aduersus romanos / ciuitatē dei templūq̄ defenderet: quoniam contra ip̄m templū et contra suas paternas leges / doctrinam christi esse sentiebant. [Unus autem ex ipsis cayphas: cum esset pontifex anni illius: dixit eis. Vos nescitis quicq̄ nec cogitatis: quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo: et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius prophetauit.] Hic docemur: etiam homines malos prophete spiritu futura predicere. Oō tamen euangelista diuino tribuit sacramento: quia pontifex fuit: id est summ⁹ sacerdos. Potest autem mouere quomodo dicatur pōtifex anni illius: cū deus vnum cōstituerit summū sacerdotem: cui mortuo vn⁹ succederet. Sed intelligendum est / per ambitiones et cōtentiones inter iudeos postea constitutum vt plures essent: et per annos singulos vicibus ministrarent. Nā et de Zacharia hoc dicitur. Factum est autem cū sacerdotio fungeretur Luce.j. Zacharias in ordine vicis sue ante deum: scōm cōsuetudinem sacerdotij sorte exijt vt incensum poneret: ingressus in templum domini. Hinc apparet plures eos fuisse: et vices suas habuisse. Nam incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti: et forte etiam vnū annum plures administrabant: quibus alio anno alij succedebant: ex quibus sorte exibat quis vt incensum poneret. Quid est ergo quod prophetauit cayphas [quia iesus moriturus erat pro gente? Et nō tantum pro gente: sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum.] Hoc euangelista addidit. Nam cayphas de sola gente iudeorum prophetauit: in qua erant oues de quibus ait ipse dominus. Non sum missus: nisi ad oues que Mat.xv. perierunt domus israel. Sed nouerat euangelista esse alias oues que non erant de hoc ouili / quas oportebat adduci vt Joh.x. esset vnum ouile et vnus pastor. Hec autem scōm predestinationem dicta sunt. Nam neq̄ oues ei⁹: nec filij dei adhuc erant: qui nec dum crediderant. [Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. Jesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatem que dicitur effrem: et ibi morabatur cum discipulis suis.] Non quia potentia eius defecerat: in qua vtiq̄ si vellet et palam iudeis conuersaretur / et nihil ei facerent: sed in hominis infirmitate viuēdi exemplū discipulis monstrabat. In quo apparet non esse peccatum: si fideles eius q̄ sunt membra eius / oculis persequentium se subtraherent: et furorem sceleratorum latendo potius deuitarent: q̄ se offerendo magis accenderent.

Exodi xxxij. j. Thim.j. ij.Cor.iij. Text⁹ hz Aūtibs tollite lapidē Gal.iij. Rom.iij.

Expositio diui Augustini In euangeliū scdm Johān

¶ Prorimū autem erat pascha iudeorū: et ascēderūt multi hierosolimā de regione ante pascha vt sanctificarent seipsos. Querebāt ergo iesum et colloquebantur ad inuicem in templo stantes Quid putatis quia nō venit ad diem festū istū? Dederant autē pontifices et pharisei mandatū: vt si quis cognouerit vbi sit indicet: vt apprehendant eum. Jesus ergo ante sex dies pasche venit bethaniā vbi lazarus fuerat mortuus quē suscitauit iesus. Fecerūt autem ei cenā ibi et martha ministrabat: lazar⁹ xo vn⁹ erat ex discūbentib⁹ cū eo. Maria ergo accepit librā vnguenti nardi pistici preciosi et vnxit pedes iesu / et extersit pedes eius capillis suis: ⁊ dom⁹ impleta est ex odore vnguēti. Dixit ergo vnus ex discipulis ei⁹ iudas scariotis qui erat eū traditurus. Quare hoc vnguētum non venijt trecentis denarijs / ⁊ datū est egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat / et loculos habens ea que mittebātur portabat. Dixit ergo iesus. Sine illam: vt in diē sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscū me autem nō semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic est / et venerūt nō propter iesum tantū: sed vt lazarum viderēt quē suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autē principes sacerdotum vt et lazarū interficerent: quia multi propter illum abibant ex iudeis et credebant in iesum.

Ca. xij.

A

Esternam lectionem sancti euāgelij de qua locuti sum⁹ qō dñs dedit: hodierna sequitur: de qua locuturi sum⁹ qō dñs dabit. Quedā in scripturis tam manifesta sunt: vt potius auditorē q̄ expositorem desiderent. In eis nos imorari non oportet: vt necessarijs in quibus immorandū est: tempus sufficiat. [Prorimum ergo erat pascha iudeorū.] Illum diem festum / iudei cruentū habere dñi sanguine voluerunt. Illo die festo occisus est agnus: qui nobis eūdem diē festum suo sanguine cōsecrauit. Consilium erat inter iudeos de occidēdo iesu. Ille qui de celo venerat pati: propinquare voluit loco passionis: quia iminebat hora passionis. [Ascenderūt ergo multi hierosolimā de regione ante pascha: vt sanctificarent seipsos.] Hoc faciebant iudei scdm preceptū domini per sanctū moysen in lege mandatum: vt die festo quo pascha erat / omnes vndiq; cōuenirent: et illius diei celebratione sanctificarent. Sed illa celebratio vmbra erat futuri. Quid est vmbra futuri? Prophetia christi venturi: prophetia pro nobis illa die passuri: vt transiret vmbra / et lux veniret: vt transiret significatio et veritas teneretur. Habebant ergo iudei pascha in vmbra: nos in luce. Quid enim opus erat vt dñs eis precipere t per ipsum festum diem ouem occidere: nisi quia ille erat de quo prophetatū est: sicut ouis ad immolādū ductus est? Sānguine occisi pecoris iudeorū postes signati sunt. Sanguine christi frontes nostre signantur: et illa signatio q̄ erat significatio data est ab oibus signatis exterminatorem prohibere. Signū christi a nobis repellit exterminatorē: si cor nostrū recipiat saluatorem. Quare hoc dixi? Quia multi postes habent signatos: et intus non manet habitator. Agitatores facile habent in fronte signū christi: et corde non recipiunt verbū christi. Ideo dixi fratres qō repeto: signū christi a nobis repellit exterminatorē: si cor nostrū habeat christū habitatorē. Hec dixi: ne quis forte cogitaret q̄d sibi vellent ista festa iudeorū. Venit ergo iesus tanq̄ ad victimā: vt verum pascha nos haberemus: cū eius passionem tanq̄ ouis immolationē celebrarem⁹. [Querebant ergo iesum] sed male. Beati enī qui querūt iesum: sed bene. Illi querebāt iesum vt nec ipsi haberent eū / nec nos: sed ab ipsis abscedentem susceperimus nos. Reprehēduntur qui querūt: laudātur q̄ querunt. Animus enim querentis aut laudē inuenit: aut damnationem. Habes enī et in psalmis. Cōfundantur et reuereantur: qui querūt animā meā. Isti sunt q̄ male querebant. Alio autem loco dicit. Perijt fuga a me: ⁊ nō est qui requirat animam meam. Culpant qui querebant: culpātur qui nō querebant. Ergo queramus christū vt habeamus: queramus vt teneamus: sed vt nō occidamus. Nam et illi non ideo querebant vt tenerent: sed vt cito non haberent. Querebant ergo: [et loquebātur inter se. Quid putatis: quia non venit ad diē festum? Dederūt autem pontifices et pharisei mādatum: vt si quis cognouerit vbi sit indicet vt apprehēdant eū.] Nos indicemus modo iudeis vbi sit christus: vtinā velint audire et apprehendere. Quicūq; sunt ex semine illorū qui dederant mandatum: vt indicarent eis vbi esset christus: veniant ergo ad ecclesiā / audiant vbi sit christus / et apprehendant eū. A nobis audiant: et ex euangelio audiant. Occisus est a parētibus eorum: sepultus est: resurrexit: a discipulis agnitus: ante oculos eorū ascendit in celū: ibi sedet ad dexteram patris. Qui iudicatus est: venturus est iudex. Audiant et teneant. Respondet. Quem tenebo? Absentem. Quomodo in celum manū mittam: vt ibi sedentē teneam? Fidem mitte: et tenuisti. Parentes tui tenuerūt carne: tu tene corde: quoniā christus absens etiaz presens est. Nisi presens esset: a nobis ipsis teneri non posset. Sed quoniā verum est quod ait. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad cōsummationē seculi. Et abijt et hic est: et redijt / et nos non deseruit. Corpus enī suum intulit celo: maiestatem nō abstulit mundo. [Jesus ergo ante sex dies pasche venit bethaniā: vbi fuerat lazarus mortuus quem suscitauit iesus. Fecerūt autem ei ibi cenā: et martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus.] Ne putarent homines fantasma esse factū quia mortuus resurrexit: vnus erat ex recumbentibus: viuebat: loquebatur epulabatur: veritas ostendebat: infidelitas iudeorū cōfundebatur. Discumbebat ergo iesus cū lazaro et ceteris. Ministrabat martha vna ex sororib⁹ lazari [maria vero] altera sororz lazari [accepit libram vnguēti nardi pistici preciosi et vnxit pedes iesu et extersit capillis suis pedes eius: et domus impleta est ex odore vnguēti.] Factum audiuimus mysteriū requiramus. Quecūq; anima fidelis vis esse cum maria: vngue pedes dñi preciosо vnguento. Unguētum illud iustitia fuit: ideo libra fuit. Erat autē vnguentuz nardi pistici preciosi. Q̄d ait pistici: locum aliquem credere debemus vnde hoc erat vnguentū preciosum. Nec tamen hoc vacat: et sacramento optime consonat. Pistis grece: fides dicitur. Querebas operari iustitiam. Justus ex fide viuit. Unge pedes iesu bene viuendo: dominica sectare vestigia: capillis terge. Si habes superflua da pauperibus: et domini pedes tersisti. Capilli enim superflua corporis videnť. Da bes quod agas de superfluis tuis. Tibi superflua sunt: sed dñi pedibus necessaria sunt. Forte in terra domini pedes indigent. De quibus enī nisi de membris suis in fine dicturus est. Cū vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis? Superflua vestra impediſtis: sed pedibus meis obsecuti estis. Domus autem impleta est odore: mūdus impletus est fama bona. Nam odor bonus fama bona est. Qui male viuunt ⁊ christiani vocantur: iniuriam christo faciunt: de qualibus dictū est: q̄ per eos nomen dñi blasphematur. Si per tales nomē dei blasphematur: per bonos nomen dñi laudať. Audi apl'm Christi bonus odor sumus inquit in oñi loco. Dicitur et in canticis canticorū. Oleum effusum nomen tuū. Ad apostolum reuoca intentionē. Christi (inquit) bonus odor sumus in oñi loco: et in his qui salui fiunt / ⁊ in his q̄ pereunt. Alijs sumus odor vite in vitā: alijs odor mortis in mortez. Et ad hec quis idoneus? Occasionem nobis prebet presens lectio sancti euangelij de odore isto ita loqui / vt et a nobis sufficienter dicatur: et a vobis diligenter audiať: apostolo ipso ita dicente. Et ad hec quis idoneus? Ergo vt inde nos conemur loqui: nunquid idonei sumus: aut vos audire hec idonei estis? Hec audire vos quidem idonei estis: nos quidem idonei non sumus: sed idoneus est ille qui per nos dignetur dicere: quod vobis prosit audire. Ecce apostolus bonus odor est sicut dicit ipse: sed ipse odor: alijs est odor vite in vitam: alijs autem odor mortis in mortem: tamen bonus

Esaie. liij. Exo. xij.

Pō. xxxix. Pō. cxlj. Mat. xxij. B Capi. xij. Roñ. j. Mat. xxv. Roñ. ij. Canti. j. ij. Cor. ij. C

odor. Ñquid enim ait: aliis sumus bonus odor ad vitam: aliis malus odor ad mortem? Bonum odorem se dixit non malum: et eundum bonum odorem aliis ad vitam dixit: aliis ad mortem. Felices qui bono odore viuunt. Quid autem infelicius illis qui bono odore moriuntur? Et quis est ait aliquis quem bonus odor occidit? Hoc est quod ait apostolus. Et ad hec quis idoneus? Quomodo ea facit deus miris modis vt bono odore /et boni viuant: et mali moriantur: quomodo sit: ꝯtum dominus inspirare dignatur ostēdam. Nam fortasse ibi latet altior intellectus: qui a me non potest penetrari. Tamen quouscz penetrare potero /vobis non debet denegari paulū aplm bene agentem /bene viuentē /iusticiam verbo predicantē /opere demonstrantē /doctorē mirabilem /fidelē dispensatorē: fama vsqz quaqz disseminabat: q̄dam diligebant: quidā inuidebāt. Nam ipse quodā loco ait de quibusdā: q̄ nō caste sed per inuidiā christū annūciarent existimātes (inquit) tribulationē suscitare vinculis meis. Sed quid ait? Siue occasione /siue veritate christ⁹ annuncietur. Annūcient qui me amant: annūcient q̄ mihi inuidēt. Illi bono odore viuūt: et illi bono odore moriūtur. Tamen vtriscz predicātibus nomen christi annūciet: odore optimo mūdus impleat. Amasti bene agentem: vixisti bono odore. Inuidisti bene agenti: moriuus es bono odore. Ñquid q̄ mori voluisti: ideo odorem illū malū esse fecisti. Noli inuidere: et non occidet te bonus odor. Deniqz audi et hic ex vnguento isto quomodo alijs erat odor bon⁹ in vitā: alijs odor bonus in mortē. Postea ꝯ hoc fecit religiosa maria ad dñi obsequiū: ꝓtinuo [vnus ex discipulis eius iudas scariotis qui eū erat traditur⁹ dixit. Quare hoc vnguētū nō venijt trecentis denarijs et datum est egenis?] Ve tibi miser: bonus odor occidit te. Quare enī hoc dixerit: euangelista sanctus aperuit. Putarem⁹ autē et nos si mens ipsius nobis p euāgelium nō proderet: pauperū cura hoc illū dicere potuisse. Non ita est. Sed quid? Audi testem veracem. [Dixit autem hoc: nō quia de egenis pertinebat ad illum: sed q̄ fur erat et loculos habens. Et ea que mittebant portabat.] Portabat an exportabat? Sed ministerio portabat: furto exportabat. Ecce audite quia iudas iste non tunc peruersus factus est: quādo a iudeis corruptus dñm tradidit. Plericz enī incuriosi euangelij /existimāt tūc periisse iudam: quādo accepit a iudeis pecuniā vt dñm traderet. Non tūc periit. Jam fur erat /ꝛ dñm perditus sequebatur: quia nō corde sed corpore dñm sequebatur. Duodenarij numerū apostolor⁹ implebat apostolicā beatitudinē nō habebat. Ad imaginē fuerat duodecimus. Quo iuda decidente et matthia succedente: ꝛ suppleta est apostolica veritas: et numeri permānsit integritas. Actuū.j. ij.q.uj.q̄d ergo. Quid ergo voluit dñs noster iesus christus fratres mei admonere ecclesiā suam: quādo vnū perditum inter duodecim habere voluit: nisi vt malos tolleremus: ne corpus christi diuidamus? Ecce inter sanctos est iudas: ecce fur est iudas. Et ne cōtemnas: fur sacrilegus: non qualiscūqz fur. Fur loculorū: sed dominicorū: loculorū: sed sacrorum. Si crimina discernūtur in foro /qualiscūqz furti: et peculatus. Peculatus enī dicitur furtū de re publica: et nō sic iudicak furtū rei priuate quomodo publice: quāto vehementius iudicandus est fur sacrilegus qui ausus fuerit vndecūqz tollere: hoc est ꝛ de ecclesia tollere. Qui aliquid de ecclesia furak: iude perdito cōparatur. Talis erat iste iudas: ꝛ tamen cū sanctis discipulis vndecim intrabat et exibat. Ad ipsam dñicam cenam pariter accessit: cōuersari cū eis potuit: eos inquinare nō potuit. De vno pane et petrus et iudas accepit: ꝛ tamen q̄ pars fideli cū infidele? Petrus enī accepit ad vitā: iudas ad mortem. Quomodo enī ille odor bonus: sic ille cibus bonus. Sicut ergo odor bonus /ita et cibus bon⁹: bonos viuificat: malos mortificat. Qui enī manducauerit indigne: iudicīū sibi j.Cor.xj. māducat et bibit. Judicīū sibi: nō tibi. Si iudicium sibi nō tibi: tolera malū bonus: vt venias ad premia bonorū: ne mutaris in penā malorū. Exemplum dñi accipe conuersantis xij.q.j.exemplum. in terra. Quare habuit loculos cui angeli ministrauerūt: nisi quia ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? Quare furem admisit: nisi vt eius ecclesia fures patiēter toleret. Sed ille qui cōsueuerat de loculis pecuniā tollere: non dubitauit accepta pecunia ipm dñm vendere. Videam⁹ quid ad ista dñs respōdeat. Videte fratres. Non illi ait ꝓpter furta tua dicis ista. Furem nouerat: et prodere nolebat: sed potius tolerabat: et ad perferēdos malos in ecclesia nobis exemplū patientie demōstrabat. [Dixit ergo ei iesus. Sine illā vt in E diem sepulture mee seruet illud.] Morituꝝ se denūciauit. Sed quid est qđ sequitur: [pauperes enī semper habebitis vobiscū: me autez nō semp habebitis?] Intelligimus quid est: pauperes semper habebitis. Qđ dixit: verū est. Quādo ecclesia sine pauperibus? Me autem nō semper habebitis: quid sibi vult. Quomodo intelligēdū est: me autem nō semp habebitis? Nolite expauescere: iude dictum est. Quare ergo non dixit: habebis sed habebitis? Quia non vnus est iudas. Judas malus corpus malorū significat: quomodo petrus corpus bonorum: corpus ecclesie: immo corpus ecclesie sed in bonis. Nam si in petro non esset ecclesie sacramentum: non ei diceret domin⁹. Tibi dabo claues regni celorū. Mat.xvj. Quecūqz solueris in terra: soluta erunt et in celo: et quecūqz ligaueris in terra ligata erunt et in celo. Si hoc petro tantū dictum est non facit hoc ecclesia. Si autem et in ecclesia fit: xxiiij.q.j. vt que in terra ligantur in celo ligentur: et que soluūtur in ter Quēcūqz. ra /soluantur in celo /quia cum excōmunicat ecclesia: in celo ligatur excōmunicatus: cum reconciliatur ab ecclesia: in celo soluitur reconciliatus. Si hoc ergo in ecclesia fit: petrus quādo claues accepit ecclesiam sanctam sanctificauit. Si in petri persona significati sunt in ecclesia boni: in iude persona significati sunt in ecclesia mali. Ipsis dictum est. Me autem non semper habebitis. Quid est enim nō semper: ꝛ quid est semper? Si bonus es: si ad corpus christi pertines quod significat petrus: habes christum et in presenti: et in futuro. In presenti per fidem: in presenti per signū christi: in presenti per baptismatis sacramentū: in presenti per altaris cibū ꝛ potum. Habes christum in presenti: sed habebis semper: qz cum hinc exieris /ad illum venies qui dixit latroni. Hodie Lu.xxiij. mecum eris in paradiso. Si autē male versaris: videris habere in presenti christū: quia intras ecclesiā: signas te signo christi: baptisaris baptismo christi: misces te membris christi: accedis ad altare christi: in presenti habes christum: sed male viuendo non semper habebis. ¶ Potest et sic intelligi. F Pauperes semper habebitis vobiscū: me autē non semper habebitis. Accipiant et hoc bon: sed non sint solliciti. Loquebatur enim de presentia corporis sui. Nam scōm maiestatem suam: scōm prouidentiā: scōm ineffabilē et inuisibilē gratiam implet quod ab eo dictū est. Ecce ego vobiscū sum Matthei omnibus diebus: vsqz ad consummationē seculi. Scōm car- xxviij. nem vero quā verbum assumpsit: scōm id qđ de virgine natus est: scōm id qđ a iudeis cōprehēsus est: qđ ligno ꝓfixus: quod de cruce depositus: quod linteis inuolutus: quod in sepulchro conditus: qđ in resurrectione manifestatus: non semper habebitis me vobiscum. Quare? Quoniam conuer- Actuū.j. satus est scōm corporis presentiā quadraginta diebus cum discipulis suis: et eis deducentibus: videndo non sequendo ascendit in celū: et non est hic. Ibi enī sedet ad dexteram patris et hic est. Non enī recessit presentia maiestatis. Aliter. Scōm presentiam maiestatis semper habemus christum: scōm presentiam carnis: recte dictū est discipulis: me autez non semper habebitis. Habuit enī illum ecclesia scōm presentiam carnis paucis diebus. Modo fide tenet: oculis non videt. Ergo si ita dictum est: me autē nō semper habebitis: questio sicut arbitror iam nulla est: que duobus modis soluta est. Cetera que pauca remanent audiamus. [Cognouit ergo multa turba ex iudeis quia illic est: et venerūt non propter iesum tantū: sed vt lazarum viderēt quem suscitauit iesus a mortuis.] Curiositas eos adduxit: non charitas. Venerunt et viderunt: audite mirabile consiliū vanitatis. Vt iso lazaro resuscitato: quia tantū miraculū domini tanta erat euidentia diffamatū: tanta manifestatione declaratū: vt nō possint vel occultare quod factum est vel negare: quod inuenerunt videte. [Cogitauerūt autem principes sacerdotum vt et lazarū interficerent: quia multi propter illū abibant ex iudeis: et credebāt in iesum.] O stulta cogitatio: et ceca seuicia. Dominus christus qui suscitare potuit mortuum: nō possit occisum? Quādo lazaro inferebatis necem: nunquid auferebatis domino potestatem? Si aliud vobis videt mortuus /aliud occisus: ecce dñs vtrūqz fecit: ꝛ lazarum mortuum; et seipsum suscitauit occisum.

Expositio diui Augustini In euangeliū scōm Johānē

Tractatus.lj.

¶ In crastinū autē turba multa que venerat ad diē festum cū audissent quia venit iesus hierosolimam acceperunt ramos palmarū et pcesserunt obuiā ei et clamabant osanna. Benedict⁹ qui venit in noīe dñi rex israel. Et inuenit iesus asellū/ ⁊ sedit super eū sicut scriptū est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit sedens sup pullū asine Hec nō cognouerūt discipuli eius primū. Sed quādo glorificat⁹ est iesus tunc recordati sunt qz hec erant scripta de eo: et hec fecerūt ei. Testimonium ergo perhibebat turba q̄ erat cum eo quādo lazarum vocauit de monumento: ⁊ suscitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiā venit ei turba: quia audierūt eū fecisse hoc signū. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis qz nihil pficim⁹? Ecce mūdus totus post eū abijt. Erāt autem quidam gentiles ex his qui ascēderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserūt ad philippum qui erat a bethsaida galilee: et rogabant eum dicētes. Dñe volum⁹ iesum videre. Venit philippus: et dicit andree. Andreas rursū ⁊ philippus dixerunt iesu. Jesus autē respōdit eis dicens. Venit hora vt clarificetur filius hominis Amen amen dico vobis: nisi granū frumenti cadens in terrā mortuū fuerit: ipm solum manet: si aūt mortuū fuerit multū fructū affert. Qui amat aiam suam perdet eā. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternā custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequat: et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si q̄s mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus.

A Osthea q̄ dñs quatriduanū mortuū resuscitauit: stupētibus iudeis: et alijs eorū videndo credentibus: alijs inuidendo pereūtibus ꝓpter odorē bonum qui est alijs ad vitā /alijs ad mortē: postea q̄ discubuit in domo cū recumbente lazaro q̄ fuerat mortuus resuscitatus: post vnguentū diffusum sup pedes eius: vnde domus odore ipleta est: postea q̄ vanā seuitiam / et stultissimum /et demētissimū scelus: iudei etiā de occidendo lazaro corde perdito cōceperunt: de quib⁹ oībus vt potuimus q̄ dñs dedit superiorib⁹ sermonib⁹ locuti sumus: nūc intēdat charitas vestra ante dñi passionē quātus fructus apparuerit predicationis ei⁹: ⁊ quātus grex ouiū ex his q̄ perierant domus israel /vocē pastoris audierit. Sic enī loquit euāgelium: q̄ modo cū recitaret audistis. [In crastinū autē turba multa que venerat ad diē festum cū audissent quia venit iesus hierosolimā acceperunt ramos palmarū: et pcesserūt obuiam ei: et clamabāt. Osanna: benedict⁹ qui venit in noīe dñi: rex israel.] Rami palmarū laudes sunt significātes victoriam: qua erat dñs mortem morīēdo superaturus: et tropheo crucis de diabolo mortis pncipe triūphaturus. Vox autem obsecrātis est osanna: sicut nōnulli dicunt q̄ hebream linguā nouerunt: magis affectū indicans q̄ rem aliquam significans: sicut sunt in lingua latina quas interiectiones vocant: velut cū dolentes dicimus heu: vel cū delectamur / va dicimus: vel cū miramur dicimus /orem magnā. Tunc enī nihil significat: nisi mirantis affectū. Nō ideo credendū est ita esse: quia neq̄ grecus neq̄ latin⁹ hoc interpretari potuit Matth. v. sicut illud: qui dixerit fratri suo racha. Mā ⁊ hec interiectio esse perhibet /affectum indignātis ostēdens. Benedict⁹ autem qui venit in nomīe dñi rex israel: sic potius accipiendū est: vt in nomine dñi /in noīe dei patris intelligat: q̄uis posit intelligi etiā in nomīe suo: qz et ipse dñs est. Unde ⁊ alibi Johā. v. scriptū est. Pluit dñs a dño. Sed verba eius melius nostrū dirigunt intellectū: qui ait. Ego veni in noīe patris mei /et non suscepistis me: alius veniet in nomine suo: hūc suscipietis. Humilitatis enī magister est christus: qz humiliauit semetipsum factus obediēs vsq̄ ad mortē: mortem autem crucis. Non itaq̄ omittit diuinitatē: quādo nos docet humilitatē. In illa est patri equalis: in hac nobis similis. Per q̄ patri est equalis: nos vt essem⁹ creauit. Per q̄ nobis est similis /ne periremus redemit. Has ei laudes turba dicebat. Osanna: benedict⁹ qui venit in nomine dñi: rex israel. Quaz crucē mentis /inuidentia pncipū iudeorum perpeti potuerat: quādo regem suū tpm tanta multitudo clamabat? Sed quid fuit dño regē esse israel? Quid magnū fuit regi seculoz regem fieri hoīm? Non enī rex israel christus ad exigēdum tributū: vel exercitum ferro armādum /hostesq̄ visibiliter debellādos: sed rex israel: q̄ mentes regat: q̄ in eternū consulat: q̄ in regnū celoū credentes /speantes /amantesq̄ producat. Dei ergo filius equalis patri: verbuz per quod facta sunt omnia: q̄ rex esse voluit israel: dignatio est nō promotio B Miserationis indiciū est: non potestatis augmentum. Qui enī appellatus est in terra rex iudeorū: in celis est dñs angelorum. [Et inuenit iesus asellū: et sedit super eū.] Hic breMat. xxj. uiter dictū est. Nam quēadmodū sit factū /apud alios euanMarci. xj. gelistas plenissime legitur. Adhibetur autē huic facto pro-Luce. xix. pheticum testimoniū: vt appareret q̄ maligni pncipes iudeorum eū non intelligebāt: in quo implebātur que legebāt. Inuenit ergo iesus asellū et sedit super eū [sicut scriptū est. Noli timere filia syon. Ecce rex tuus venit: sedens super pullū asine.] In illo ergo populo erat filia syon: ipsa est hieZach. ix. rusalē. Que syon in illo inq̄ populo reprobo et ceco erat: tū filia syon cui diceretur. Noli timere: ecce rex tuus venit sedēs super pullū asine. Hec filia syon cui diuin⁹ ista dicunt. In illis erat ouibus que vocem pastoris audiebant: in illa erat multitudine que dñm venientem tanta deuotione laudabat: tanto agmine deducebat. Et dictū est: noli timere: illū agnosce qui a te laudat: et noli trepidare cū patitur: quia ille sanguis funditur per quē tuū delictū deleatur: et vita reddatur Sed pullū asine in quo nemo sederat: hoc enī apud euangelistas inuenit /intelligimus populū gentiū qui legē dñi non acceperat. Asinam vero qz vtrūq̄ iumentuz dño adductum est: plebē eius que veniebat ex populo israel: nō indomitam plane: sed que pcesepe dñi agnouit. [Hec nō cognouerūt discipuli eius primū: sed quando glorificatus est iesus.] id est quādo virtutē sue resurrectionis ostēdit [tūc recordati sunt quia hec scripta erant de eo et hec fecerūt ei] id est non alia fecerūt ei: q̄ illa que erant scripta de eo. Recolentes quippe scōm scripturā que ante passionē vel in passione dñi cōpleta sunt: ibi et hoc inuenerūt q̄ scōm eloquia prophetarū in pullo asine sederat. [Testimoniū ergo perhibebat turba q̄ erat cū eo quādo lazarū vocauit de monumēto et suscitauit eū a mortuis: ꝓpterea et obuiam venit ei turba: qz audierūt eū hoc fecisse signū. Pharisei ergo dixerūt ad semetipsos: videtis q̄ nihil pficim⁹. Ecce mūdus totus post eū abijt.] Turba turbauit turbā. Quid autē inuides ceca turba: quia post eū vadit mūdus: per quē factus est mūdus? [Erant autem gentiles quidā ex his qui ascēderant vt adorarēt in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippū qui erat a bethsaida galilee: et rogabant eū dicentes. Dñe: volumus iesum videre. Venit philippus /et dicit andree. Andreas rursum ⁊ philippus † dicūt iesu.] Audiam⁹ quid dñs ad ista respōderit. †Alia lit. Ecce volunt eū iudei occidere: gentiles videre: sed etiam illi dixerunt. ex iudeis erant q̄ clamabāt. Benedict⁹ q̄ venit in nomine dñi: rex israel. Ecce illi ex circūcisione / illi ex pputio: velEphe. ij. lut duo parietes de diuerso venientes: et in vnā fidē christi pacis osculo cōcurrentes. Audiam⁹ ergo vocem lapidis angularis. [Jesus autē] inquit [respōdit eis dicēs. Venit hora vt † glorificet filius hominis.] Hic quisq̄ forsitan putat †Alia it. clarificet. ideo se dixisse glorificatū: quia gentiles eū volebāt videre. Non ita est. Sed videbat ipsos gentiles post passionē et resurrectionē suā in oībus gentib⁹ creditūros: quia sicut dicit apostolus. Cecitas ex parte in israel facta est: donec plenitudo gentiū intraret. Ex occasione igit istoū gētiluū qui eū videre cupiebant: annūciat futurā plenitudinē gentium: Roīn. xj. et pmittit iam iāq̄ adesse horam glorificationis sue: quaz factā in celis gentes fuerāt crediture. Unde predictum est. Exaltare super celos deus: et super oēm terram gloria tua.

Hec est gentiū plenitudo: de qua dicit apostol⁹. Ecce itas ex parte in israel facta est: donec plenitudo gentiū intraret. Sz altitudinem glorificationis: oportuit vt precederet humilitas passionis. ideo secut⁹ adiūxit. [Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terrā mortuū fuerit: ipm solum manet. Si aūt mortuū fuerit: multū fructum affert.] Se autem ipm iesus dicebat. Ipse erat granum mortificandū ⁊ multiplicandū. mortificandū in infidelitate iudeorū: multiplicandū in fide oīm populorū. Jam vero exortans ad passionis sue sectāda vestigia. [Qui amat inquit animā suā perdet eam.] Quod duob⁹ modis intelligi potest. Qui amat perdet. id est si amas perdes. Si cupis vitam tenere in xpo noli mori timere pro christo. Jtē alio modo. Qui amat animam suā: perdet eam. Noli amare ne perdas: noli amare in hac vita: ne perdas in eterna vita. Hoc aūt quod posteri⁹ dixi: magis habere videt euāgelic⁹ sensus. Sequit em̄. [Et qui odit animā suā in hoc mūdo: in vitā eternā custodit eam.] Ergo quod supra dictū est: qui amat: subintelligit in hoc mundo: ipse itaq; perdet. Qui autē odit / vtiq; in hoc mundo: in vitā eternā ipse custodit eam. Magna ⁊ mira sentētia: quēadmodum sit hoīs in animā suam amor vt pereat odiuz ne pereat Si male amaueris tunc odisti: si bene oderis tūc amasti. Felices qui oderunt custodiendo: ne perdāt amādo. Sz vide ne tibi subrepat vt teipsum velis interimere: sic intelligendo quod debes odisse in hoc mūdo animā tuā. Hinc em̄ quidā maligni atq; peruersi hoīes: in seipsis crudeliores: ⁊ sceleratiores homicide: flammis se donāt: aquis se prefocāt: precipicio se colliduntr pereunt. Hoc xps nō docuit: immo etiā diabolo precipitiū suggerēti respōdit. Redi retro sathanas Mat.iiij. Scriptū est: Nō tentabis dūm deū tuum. Petro autē dixit Joh.xxj. significans qua morte clarificaturus erat deum. Cum esses iunior cingebas te ⁊ ambulabas quo volebas: cum autē senueris alter te cinget: ⁊ feret quo tu nō vis. Vbi satis expressit non a seipso sed ab alio debere occidi: qui vestigia sequit christi. Cū ergo causa articulus venerit: vt hec conditio preponatur: aut faciendū esse contra dei preceptum: aut ex hac vita emigrandū: quorum duorū homo si cogatur alteruz eligere cōminante mortem persecutore: ibi eligat deo dilecto emori / quam offenso viuere: ibi oderit in hoc mundo animā suam vt in vitam eternā custodiat eam. [Si quis mihi mini ſ. Petri.ij. strat: me sequatur.] Quid est me sequak: nisi me imitek? Christus em̄ pro nobis passus est / ait apostolus petr⁹: relinquēs nobis exemplū: vt sequamur vestigia eius. Ecce qō dictuz est: si quis mihi ministrat me sequak. Quo fructu? Qua mercede? Quo pmio? [Et vbi suz inquit ego: illic ⁊ minister me⁹ erit.] Gratis ametur: vt operis quo ministratur illi precium sit esse cuz illo. Vbi em̄ bene erit sine illo: aut quādo esse male poterit cum illo? Audi euidentius. [Et si quis mihi ministrauerit: honorificabit eū pater meus] Quo honore / nisi vt sit cum filio eius? Quod em̄ superi⁹ ait: vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit. hoc intelligit exposuisse cum dicit: honorificabit eū pater meus. Nam quē maiorem honorē accipere poterit adoptat⁹: quam vt sit vbi est vnicus? Nō equalis factus diuinitati: sed consocius eternitati. Quid sit autē ministrare christo cui operi merces tanta preponit: hoc poti⁹ debemus inquirere. Si em̄ hoc putauerim⁹ esse christo ministrare: ea que sunt corpori necessaria preparare: aut cenāti cibum coquere vel apponere: vel poculum dare potūq; miscere: fecerūt hoc illi qui potuerūt eum in corpore habere pſentem: sicut martha ⁊ maria: quādo ⁊ lazarus vnus erat ex discumbētibus. Sed eo modo christo etiā iudas perditus ministrauit. Nam ⁊ loculos ipe habebat: ⁊ q̄uis ex eis que mittebantur sceleratissime furaret: per illū tamē etiam necessaria parabant. Hinc est illuc quod cum ei diceret domin⁹: qō Joh.xiij. facis fac celeri⁹? arbitrati sunt quidam q̄ eum iusserit ppter diem festum necessaria preparare: vel indigentib⁹ aliquid dare. Nullo modo igitur de huiuscemodi ministris diceret dominus: vbi sum ego ibi ⁊ minister meus erit: ⁊ si quis mihi ministrauerit honorificabit eū pater meus: quoniā iudas talia ministrantē: reprobatum potius q̄ honoratuz videm⁹ Ut quid ergo alibi querimus quid sit ministrare christo: et nō potius in ipsis ipsis verbis agnoscim⁹? Cum em̄ dixit: si quis mihi ministrat me sequak: hoc intelligi voluit ac si diceret. Si quis me nō sequit: non mihi ministrat. Ministrant ergo iesu christo: qui non sua querunt: sed que iesu xpi. Hoc Phil.ij. est em̄ me sequatur: vias ambulet meas non suas: sicut alibi scriptum est. Qui se dicit in xpo manere: debet sicut ambula ſ. Joh.ij. uit ille: ⁊ ipse ambulare. Debet etiam si porrigit esurienti panem de misericordia facere nō de iactantia: nō aliud ibi quere q̄ opus bonū: nesciente sinistra quid faciat dextera: id est vt alienek intentio cupiditatis ab opere charitatis. Qui Matth. v. sic ministrat: christo ministrat: rectēq; illi dicek: cum vni ex Mat.xxij. minimis meis feecistis: mihi fecistis: nec tantū ea que ad misericordiā pertinēt corporalē: sz omnia bona opera propter xpm facta. Tunc em̄ erunt bona: qm̄ finis leg⁹ christus ad iu Roma.x. sticiā omni credenti. Minister est xpi vsq; ad illud opus magne charitatis: quod est animā suaz pro fratrib⁹ ponere: hoc est em̄ ⁊ pro christo ponere: q⁊ hoc propter sua mēbra dicturus est: cum pro istis feecistis pro me fecistis. De tali quippe opere etiā seminstrum facere ⁊ appellare dignatus est: vbi ait. Sicut filius hominis nō venit ministrari sed ministrare Mat.xx. ⁊ animā suam ponere pro multis. Hinc est ergo vnusquisq; minister christi: vnde est ⁊ minister christus. Sic ministrantes christo honorificabit pater eius honore illo magno vt sit cum filio eius: nec vnq; deficiat felicitas eius. Cum ergo audituis fratres dūm dicentē: vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit: nolite tantūmodo bonos episcopos ⁊ clericos cogitare etiam vos pro modulo vestro ministrate xpo: bene viuendo elemosynas faciendo: nomē doctrinaq; ei⁹ quib⁹ potueritis predicādo: vt vnusquisq; etiam paterfamilias: hoc nomine agnoscat paternū affectū sue familie se debere pro christo ⁊ pro vita eterna. Suos omnes admoneat: doceat: hortek: corripiat: impendat beniuolentiam: exerceat disciplinā. Jta in domo sua ecclesiasticum ⁊ quodāmodo episcopale implebit officium: ministrans christo vt in eternū sit cum ipso. Maz ⁊ illaz maximā passionis ministrationē: multi ex vestro numero ministroū: multi nō episcopi neq; clerici: iuuenes ⁊ virgines: senes cum iunioribus. Multi ꝓiugati ⁊ coniugate. multi patres matresq; familias christo ministrantes: etiam animas suas in eius martyrio posuerunt: ⁊ honorificante patre coronas gloriosissimas receperunt.

Tractatus.lij.

A

¶ Nunc anima mea turbata est. Et quid dicaz? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomē tuum. Venit ergo vox de celo. Et clarificaui: ⁊ iterū clarificabo. Turba ergo que stabat ⁊ audierat dicebat tonitruū factum esse. Alij aūt dicebant. Angelus ei locut⁹ est. Respondit iesus ⁊ dixit. Non propter me hec vox venit: sed propter vos. Nūc iudiciuz est mundi: nunc princeps huius mundi eiscietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia trahamad me ipsum. Hoc autez dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: q⁊ christ⁹ manet in eternum. Et quomō tu dicis oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucē habetis vt nō tenebre vos comprehendāt. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem vt filij luc⌈sitis. Hec locut⁹ est iesus: ⁊ abijt ⁊ abscondit se ab eis.

Dōn̄ dūs iesus christus verbis lectionis hesterne ministros suos vt seipsum sequerent hortat⁹ est cum ita predixisset passionē suam: quod nisi granum frumenti cadēs in terrā mortuuz fuerit: solū manet: si aūt mortuum fuerit / multū fructum affert: vbi excitauit eos qui eum ad regnuz celorū sequi vellent: vt animā suam odissent in hoc mundo: si eam in vitam eternā custodire cogitarent: ad nostrā rursus infirmitatē suum temperauit affectum: ⁊ ait vnde lectio cepit hodierna. [Nūc anima mea

C

Expositio diui Augustini in euangeliū scōm Johan.

turbata est.¶Unde turbata est dñe anima tua? Nempe paulo ante dixisti: qui odit animā suam in hoc mūdo: in vitā eternam custodit eā. Ergo ne anima tua q̄ in hoc mūdo amatur ideo turbatur veniente hora qua ex hoc mūdo egrediatur? Quis hoc de aīma domini audeat affirmare? Sed nos in se transtulit: nos in se suscepit: caput nostrū membroꝝ suoꝝ suscepit affectum. ⁊ ideo ab aliquo non est turbatū: sed sicut de
Joh. xj. illo dictum est cuz lazarum suscitaret: turbauit semetipsum. Oportebat enīm vt vnus mediator dei ⁊ hominū homo xp̄s ie sus: sicut nos excitauit ad summa: ita nobis compateret ad
ā. trac. lj. infima. Audi superi⁹ dicentem. Venit hora vt glorificef filius hominis. Si mortificatū fuerit granum: multū fructuz affert. Audito: qui odit animaz suam in hoc mundo: in vitam eternā custodit eā: nec permittor tm̄modo mirari: ſz iubeor imitari deinde sequēti⁹ ꝓbis. Si q̄s mihi ministrat me seq̄tur: ⁊ vbi sum ego ibi ⁊ minister meus erit: mundū contēnere accendor: ⁊ in conspectu meo nihil est vili⁹ vite hui⁹. Totus quantūlibet fuerit p̄olixus vapor p̄sentis vite: p̄ amore eternoꝝ temporaliā mihi cuncta vilescunt. Et rursus ip̄m dñm meum qui me illis verbis ab infirmitate mea rapuit ad infirmitatē suam: audio dicentez: Nunc anima mea turbata est. Quid est hoc? Quomodo sequi iubes animaz meā: si turbari video animā tuam? Quomō sufferaz: qō graue tanta firmitas sentit? Quale fundamentū querā: si petra succumbit? Sed video: mihi audire in cogitatione mea respondentem mihi dñm meū ⁊ quodāmodo dicentē: magis sequeris quia sic me interpono. Audisti ad te vocem fortitudinis mee. Audi in me vocē infirmitatis tue. Vires suggero vt curras. nec reprimo quod acceleras: sed transfero in me quo trepidas: ⁊ substerno qua transeas. O dñe mediator deus supra nos: homo p̄opter nos: agnosco misericordiā tuam. Mā quod tu tātus tue charitatis volūtate turbaris: multos in corpore tuo qui sue infirmitat⁹ necessitate turbant: ne desperādo pereāt consolaris. Denīq; homo qui sequi vult: audiat qua sequat. Accessit forte hora terribilis: ꝓponit optio: aut faciē de iniquitatis: aut subeunde passionis. Turbatur anima infirma: p̄opter quā sponte turbata est anima inuicta. Prepone tue voluntati: voluntatē dei: Attende enīm quid deinde subiūgat creator tuus ⁊ magister tuus qui te fecit: ⁊ vt te doceret fact⁹ est ⁊ ipse quod fecit. Homo enīm fact⁹ est: qui hominez fecit: ſz deus incōmutabilis mansit: ⁊ hominē in melius cōmutauit
B Audi ergo quid deinde subiungat. Cū hec dixisset. nunc anima mea turbata est: [⁊ quid dicaz: inquit: pater saluifica me ex hac hora: sed p̄opterea veni in hanc horā: pater clarifica nomen tuum:]Docuit te: quid cogites: docuit quid dicas: quē inuoces: in quo speres: cui⁹ voluntatem certā atq; diuinam tue voluntati humane infirmeq; p̄eponas. Nō ideo tibi videat ex alto deficere: q̄ te vult ab imo p̄oficere: Nam ⁊
Mat. iiij. tentari dignar⁹ est a diabolo: a quo vtiq; si nollet non tentaretur: quē admodū si nollet nō pateret. Et ea respōdit diabolo que tu in tentationib⁹ debeas respondere. Et ille quidem tētatus est sed non p̄elitatus: vt doceret te in tētatione p̄elitantē tentatori respondere: ⁊ post tentatorē nō ire: ſz de pe
Mat. xxiij. riculo tentationis exire. Sicut autē hic dixit: nunc aīa mea turbata est: ita etiā vbi dicit: tristis est aīa mea vsq; ad mortem. ⁊ pater si fieri pōt transeat a me calix iste: ostendit hoīs susceptī infirmitatē: vt doceat sic p̄tristatū ⁊ conturbatū: q̄ sequi decere. Verūtamen nō quod ego volo: sed quod tu vis pater. Sic enīm homo ab humanis in diuina dirigit: cum voluntati humane volūtas diuina p̄eponit. Quid est aūt: clarifica tuū nomen: nisi in sua passione ⁊ resurrectione? Quid ē ergo aliud: nisi vt pater clarificet filium: qui clarificat suum
Joh. xxj. nomē etiam in similib⁹ passionibus seruorum suoꝝ? Unde scriptū est de petro: quod ideo de illo dixerat dñs: alter te cīget ⁊ feret quo tu nō vis: q̄ significare voluit qua morte clarificaturus esset deū. Ergo ⁊ in illo de⁹ clarificabat nomē suuz q̄ sic etiā in membris suis clarificat christum. [Venit ergo vox de celo. Et clarificaui: ⁊ iterū clarificabo.] Et clarificaui anteq; faceret mundū: ⁊ iteruz clarificabo cum resurget a mortuis: ⁊ ascendet in celum. Et aliter ītelligi potest. Et clarificaui cū de virgine natus est: cum virtutes operatus est: cum celo indice per stellā a magis adoratus est: cū a sanctis spiritusancto plenis agnitus est: cū descendēte spiritu in specie columbe declarat⁹: cum voce de celo sonante monstrat⁹: cum in monte trāsfiguratus: cum miracula multa fecit, cum multos sanauit atq; mūdauit: cum de paucissimis panib⁹ tā tam multitudinē pauit: cum ventis ⁊ fluctib⁹ imperauit: cuz mortuos suscitauit. et iterꝫ clarificabo cū resurgeta mortuis cū mors ei vltra nō dñabit: cū exaltabit sup celos de⁹ ⁊ sup omnē terram gloria ei⁹. [Turba ergo que stabat ⁊ audierat dicebat tonitruū factū esse: alij dicebant angel⁹ ei locut⁹ est. Respondit ihesus ⁊ dixit. Nō p̄opter me hec vox venit: ſz p̄pter vos.]Nic ostēdit illa voce nō sibi indicatū quod tā sciebat: sed eis quib⁹ indicari oportebat. Sicut autē illa vox nō p̄opter eū: sed ꝓpter illos diuinitate facta est: sic anima ei⁹ nō p̄opter eū sed p̄opter alios voluntate turbata est. Attende cetera. [Nunc inquit iudicium est mundi.] Quid ergo ex C
pectandū est in fine seculi? Sed in fine q̄ō expectat iudiciuz erit iudicandoꝝ viuoꝝ ⁊ mortuorum: iudiciū erit p̄miorū pensq; eternarū. Quale ergo nūc iudiciū est? Jaz in superioꝝ lectionibus quantū potui cōmonui charitatem vestram: dici etiā iudicium nō damnationis sed discretionis.
Unde scriptū est. Judica me deus ⁊ discerne causam meam Pſ. xlij.
de gente non sancta. Multa aūt sunt iudicia dei. Unde dicitur in psalmo. Judicia tua abyssus multa. Dicit etiā apostolus. O altitudo diuitiarū sapientie ⁊ scientie dei: q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius. Ex quib⁹ iudicijs etiā hoc est q̄ō dicit dñs: nunc iudicium est mundi: seruato illo iudicio in fine vbi nouissime viui ⁊ mortui iudicandi sunt. Possidebat ergo diabol⁹ genus humanū: ⁊ reos suppliciorū tenebat cyrographo peccatorū. Dominabat in cordib⁹ infidelū ad creaturam colendā deserto creatore: deceptos captiuosq; pertrahebat. Per christi aūt fidem que morte ei⁹ ⁊ resurrectiōe firmata est: per eius sanguinē qui in remissionē fusus est peccatorū: milia credentium a dominatu liberant diaboli: christi corpori copulant: ⁊ sub tanto capite vno eius spiritu fidelia membra vegetant. Hoc vocabat iudiciū: hanc discretionē: hanc a suis redemptis diaboli expulsionē. Denīq; attēde q̄d dicat. Quasi quererem⁹ quid esset q̄ō ait. Nunc iudiciuz est mundi: secut⁹ exposuit. Ait enīm [Nunc princeps hui⁹ mundi eicietur foras.] Audiuim⁹ quale dixerit esse iudiciū. Nō ergo illud quod in fine venturū est vbi viui ⁊ mortui iudicādi sunt: Alijs ad dexteram alijs ad sinistrā separatis: sed iudicium quo princeps huius mundi eicietur foras. Quomō ergo intus erat? Et quo eū eicienduz dixit foras? Nūquid nā in mundo erat: ⁊ extra mundū missus est foras? Si enīm de illo iudicio diceret quod in fine vēturū est: posset aliquis opinari ignem eternū quo mittendus est diabolus ⁊ angeli ei⁹ ⁊ oīes qui sunt ex parte eius non natura sed vitio. Nō q̄ creauit aut genuit: sed q̄ persuasit ⁊ tenuit. Posset ergo aliquis opinari illū ignem eternū extra mundū esse: ⁊ hoc esse dictuz eiciet foras. Quod vero ait. Nunc iudiciū est mundi: ⁊ exponens quid dixerit. Nunc inq̄t princeps hui⁹ mundi eiciet foras: hoc intelligendū est quod nunc fit. non q̄ō tm̄ post futurz est i nouissimo die. Preuidebat ergo dñs quod sciebat post passionē ⁊ glorificationē suā: per vniuersum mundū multos populos creditur⁹: in quoꝝ cordib⁹ diabolus intus erat: cui quādo ex fide renūciāt, eicitur foras. Sed dicit aliquis. D
Nunquid de cordib⁹ patriarcharū ⁊ prophetaruz veterūq; iustorum nō eiectus est foras? Eiectus est plane. Quomō ergo dictū est: nunc eicietur foras? Quomodo putam⁹: nisi q̄ tunc quod in hominib⁹ paucissimis factū est: nunc in multis magnisq; populis: iam mox futurū esse predicituz est? Sic ⁊
Joh. vij. illud quod dictū est. Spiritus aūt nondū erat dat⁹: q̄ iesus nondum fuerat glorificatus: potest similē habere questionē ⁊ similem solutionē. Non enīm sine spiritusancto futura prenūciauerūt prophete: Aut nō etiam dñm infantē in spiritusancto syme on senex ⁊ anima vidua cognouerūt: ⁊ zacharias et
Luce. lij. elysabeth: qui de illo nondum nato sed iam cōcepto tanta per spiritūsanctū predixerunt. Sed spiritus nondum erat dat⁹ id est illa habundātia gratie spiritualis: qua congregati linguis oīum loquerent: ac sic in linguis oīm gentiū futura p̄nunciaret ecclesia: qua gratia spirituali populi congregarē tur: qua longe lateq; peccata dimitterent: ⁊ milia miliuz deo reconciliarent. Quid ergo: ait quispiam. q̄ diabol⁹ de credētium cordib⁹ eicitur foras? Jam fidelium neminem tentat: imo vero tentare nō cessat: Sed aliud est intrinsecus regnare: aliud forinsecus oppugnare. Nam ⁊ munitissimaz ciuita-

tem aliquando hostis oppugnat: nec expugnat. Et si aliqua
j. Thes. v. tela eius missa perueniunt: admonet apostol⁹ vnde nō ledāt cōmemorat loricam ꝛ scutū fidei. Et si aliquādo vulnerant:
j. Joh. ij. adest qui sanat: q; sicut pugnantib⁹ dictuz est. Hec scribo vobis: vt nō peccetis. Ita qui vulnerant: quod sequit audiunt Et si quis peccauerit: aduocatū habem⁹ apud patrē iesum christū iustū: ꝛ ipse est propitiatio peccatorū nostroꝝ. Quid
Mat. vj. em̄ orem⁹ cum dicimus: dimitte nobis debita nostra: nisi vt vulnera nr̄a sanent? Et quid aliud petim⁹ cum dicimus nenos inferas in tentatione: nisi vt ille qui insidiat vl̄ certat extrinsecus: nulla irrumpat ex parte: nulla nos fraude: nulla nos possit virtute superare? Quantūlibet tamē aduersuz nos erigat machinas: quādo nō tenet locum cordis vbi fides habitat: eiectus est foras. Sed nisi dñs custodierit ciuitatē: in
pš. cxxvij uanū vigilabit q̄ custodit eā. Nolite ergo de vobisipsis p̄sumere: si nō vultis foras eiectū diabolum intro iterū reuocare
E Absit aūt vt diabolū mundi principē ita victuz existimem⁹ vt eum celor terre dominari posse credam⁹. Sed mund⁹ appellatur in malis hominib⁹: qui toto orbe terrarū diffusi sūt sicut appellatur dom⁹ in his a quibus habitatur. Scōm q̄ dicimus: bona domus est vel mala dom⁹ est: non quando reprehendim⁹ siue laudam⁹ edificium parietū atq; tectoꝝ sed quādo mores vel bonoꝝ hominū vel malorum. Sic ergo dictum est princeps huius mundi: id est princeps malorum omniū qui habitant in mūdo. Appellatur etiā mund⁹ in bonis: qui similiter toto terrarum orbe diffusi sunt. Vnde dicit
ij. Cor. v. apostol⁹. Deus erat in xpo: mundū reconcilians sibi. Hi sūt ex quoꝝ cordibus princeps huj⁹ mundi eiciet foras. Cū ergo dixisset. Nunc princeps hui⁹ mundi eiciet foras [ꝛ ego
† Al ad ei p̄m. inquit: si exaltat⁹ fuero a terra omnia traham † post me] Supra dixerat dom⁹ vt audistis cum euangeliuz legerek: oia traham post me. Que oia? Nisi ex quib⁹ ille eicit foras? Nō aūt dixit omnes: sed oia. Non em̄ omium est fides. Nō itaq; hoc ad vniuersitatē hominū retulit: sed ad creature integritatē id est spm̄ ꝛ animā ꝛ corpus: ꝛ illud quod intelligim⁹: et illud quod viuim⁹: ꝛ illud q̄ visibiles ꝛ cōtrectabiles sum⁹
Luce. xxij Qui em̄ dixit: capillus capitis vestri nō peribit omnia trahit post se? Aut si omnia ipsi homines intelligendi sunt. Oia p̄destinata ad salutem possum⁹ dicere: ex quib⁹ omnibus ait nihil esse periturū: cum supra de suis oib⁹ loqueret. Aut certe omnia hominū genera siue in linguis omnib⁹: siue in etatibus: siue in gradib⁹ honorum omnib⁹: siue in artiū licitaꝝ ꝛ vtiliuz professionib⁹ omnib⁹: ꝛ quicquid aliud dici potest p̄m innumerabiles differentias quib⁹ inter se p̄ter sola peccata homines distāt ab excelsissimis vsq; ad humillimos. A rege vsq; ad mendicū: omnia inq̄t traham post me: vt sim caput eorum ꝛ illi mēbra mea. Sed si exaltatus inquit fuero a terra: hoc est cum exaltatus fuero. Non em̄ dubitat futuruz esse: quod venit implere. Hoc refertur ad illud q̄ sup̄i⁹ ait Si aūt mortuū fuerit granum: multū fructum affert. Nā exaltationē suam: quid aliud dixit: quam in cruce passionem? Quod ꝛ ipse euangelista nō tacuit: subiunxit etem ꝛ ait. [Hoc autem dicebat: significans qua morte esset moriturus⁹]. Respōdit et turba. Nos audiuimus ex lege: quia christ⁹ manet in eternuz. Et quomō tu dicis oportet exaltari filiū hominis?
F Et quis est iste filius hominis?] Memoriter tenerūt quod dñs dicebat assidue se esse filiū hominis. Nam hoc loco non ait: si exaltat⁹ fuerit a terra filius hominis: sed sup̄i⁹ dixerat: quod hesterno die lectū atq; tractatum est: quādo nūciati sunt gentiles illi qui eū videre cupiebāt: venit hora vt glorificetur fili⁹ homins. Hoc itaq; isti animo retinentes: ꝛ q̄ nunc ait. cum exaltat⁹ fuero a terra: morte crucis intelligentes: quesierunt ab illo ꝛ dixerunt. Nos audiuim⁹ ex lege: q̄ christus manet in eternuz. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Si em̄ christus est inquiunt: manet in eternum. Si manet in eternū quomodo exaltabitur a terra: id est quomodo crucis passione morietf? Hoc em̄ eum dixisse intelligebāt: q̄ facere cogitabant. Non ergo eis verborum istoꝝ obscuritatē aperuit infusa sapientia: sed stimulata cōscientia [Dixit ergo eis iesus Adhuc modicum lumen in vobis est.] Hunc ergo est quod intelligitis: q; christus manet in eternuz. [Ergo ambulate dū lucē habetis: vt nō tenebre vos comprehendāt.] Ambulate: accedite: totum intelligite: ꝛ moriturū xpm ꝛ victurū in eternum: ꝛ sanguinē fusurum quo redimat: ꝛ ascensurum in sublimia quo perducat. Tenebre aūt vos comprehendēt si eo modo crediderit⁹ christi eternitatē. vt negetis in eo mortis humilitatē [Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat.] Sic potest offendere in lapidem offensionis ꝛ petram scādali: q̄ fuit dom⁹ cecis iudeis: sicut credentibus lapis quē reprobauerunt edificantes: factus est in caput anguli. Hinc dedignati sunt credere in xpm: q; eorum impietas contēpsit mortuum: risit occisum: Et ipsa erat mors grani multiplicādi: et exaltatio trahentis post se omnia. [Dum lucem inquit habetis credite in lucem: vt filij lucis sitis.] Cum aliquid veri auditu habetis: credite in veritatē: vt renascamini in veritatē: [Hec locut⁹ est iesus: ꝛ abijt: ꝛ absc̄dit se ab eis.] Nō ab eis qui credere ꝛ diligere ceperāt: non ab eis qui cum ramis palmarū ꝛ laudib⁹ obuiam venerant: sed ab eis qui videbant et inuidebant: q; nec videbant: sed in lapidez illū cecitate offendebant. Cum autem abscondit se iesus ab eis: qui eum occidere cupiebāt: quod sepe propter obliuionē cōmonēdi estis nostre infirmitati consuluit: non sue potestati derogauit.

Tractatus. liij.

¶ Cum autem tanta signa fecisset coram eis: nō credebant in eum: vt sermo esaie impleret quem dixit. Domine quis credidit auditui nr̄o: ꝛ brachium domini cui reuelatum est? Propterea nō poterant credere: q; iterum dixit esaias. Excecauit oculos eorum ꝛ indurauit cor eorum vt nō videant oculis ꝛ intelligant corde ꝛ conuertantur ꝛ sanem eos. Hec dixit esaias quando vidit gloriam eius ꝛ locutus est de eo. Veruntamen ꝛ ex principibus multi crediderunt in eū: sed propter pharisēos non confitebātur: vt de synagoga nō eijcerent. Dilexerunt em̄ gloriam hominuz: magis q̄ gloriam dei.

A Renūciata dñs christus passiōe sua ꝛ morte fructuosa in exaltatione sancte crucis vbi dixit se oia tracturuz esse post se: cum intellexissent iudei: q̄ de sua morte dixisset: ꝛ ppositisset eis questionez quomō diceret se esse moriturū: cū ex lege audierint q̄ christus manet in eternum: hortat⁹ est eos vt dum adhuc modicum lumen in eis esset quo xp̄z eternū esse didicissent: ambularent vt totū discerent: ne comprehenderent a tenebris. Et cum hec esset locutus: abscondit se ab eis. Hec in superioribus dominicis lectionib⁹ verbisq; didicistis. Deinde tulit euangelista: vnde hodiernuz capitulū recitatū est ꝛ ait. [Cū autem tanta signa fecisset coram eis non credebāt in eum: vt sermo esaie prophete impleret quez dixit. Domine quis credidit auditui nostro: ꝛ brachiuz domini cui reuelatum est?] Esaie. liij.
Vbi satis ostendit brachium dñi ipm filium dei nuncupatū nō quod de⁹ pater figura determinetur carnis humane. brachium domini filius dicitur: q̄ omnia per ipm facta sunt: ei q̄ filius non tanq̄ membrū corporis hereat: sed quia omnia per ipsum facta sunt: ideo brachium domini dictuz est. Sicut em̄ tuum brachium per quod operaris: sic dei brachium Joh. j.
dictum est eius verbum: quia per verbum operat⁹ est mundum. Cur em̄ homo vt aliquid brachiuz operek extendit: nisi q; non continuo fit quod dixerit? Si autez tanta potestate p̄ualeret. vt sine vllo motu corporis sui quod diceret fieret brachiuz eius verbum eius esset: quia verbū non est cogitabile vel sonabile. Sed domin⁹ iesus vnigenitus dei patris filius: sicut non est paterni corporis membrū: ita non est cogitabile vel sonabile ac tranfitoriuz verbum: quia cum omnia p ipsum facta sunt: dei verbum erat. Cuz ergo audiuimus brachiuz dei patris esse dei filium: nō nobis obstrepat consuetudo carnalis. sed q̄tum illo donante possum⁹: virtutem dei ꝛ sapientiaz cogitemus: per quam facta sunt omnia. Tale q̄pe brachiuz nec porrectū extenditur: nec collectuz contrahitur. Non est em̄ ipse q̄ pater sed vnuz sunt ipse ꝛ pater ꝛ equalis patri: vbiq; totus est sicut pater: ne aliqua pateat occasio detestabili errori eorum qui dicunt solum esse patrem. ſz p̄o diuersitate causarum ipsuz dici filium ipsuz dici spiritū

Expositio diui Augustini in euangeliū scōm Johan.

sanctū: ⁊ in his verbis audent dicere: Ecce videtis q̄ sol⁹ est pater ſi brachiū eius est filius: nō em̄ due ſed vna persona est homo ⁊ brachium eius: non intelligentes neq̄ aduertentes quomodo verba de rebus alijs ad res alias transferantur: p̄opter aliquā ſimilitudinē etiā in locutionib⁹ quotidianis de viſibilib⁹ ⁊ notiſſimis rebus: quanto magis vt nobis ineffabilia qualitercūq̄ dicank: que dici ſicut ſunt omnino nō poſſunt. Mag et homo alterū hominem per quem ſolet agere quicquid agit / brachiuz ſuū appellat: ⁊ ſi ei auferatur dolēs dicit brachiū perdidi: ⁊ ei qui abſtulerit dicit: brachiū meū mihi abſtuliſti. Intelligant ergo quomodo dictus ſit filius patris brachium per quod pater operatus eſt omnia: ne non hoc intelligendo ⁊ in ſui erroris tenebris permanendo: ſimiles ſint iudeis ipſis: de quib⁹ dictuz eſt: ⁊ brachium domini
B cui reuelatū eſt. Hic occurrit altera queſtio. De qua quidez vt competent aliquid diſputetur: ⁊ oēs eius latebroſiſſimi ſinus perſcrutent ⁊ excutiātur vt dignum eſt: nec mea ruz virum eſſe arbitror: nec anguſtiarū temporis: nec veſtre capacitatis. Tamen q̄ transire ad alia veſtra expectatione nō ſi nimus: niſi aliquid inde dicamus: accipite quod poterimus ⁊ vbi veſtre expectationi non ſuffecerim⁹: ab illo incrementum poſcite qui nos plantare poſuit ⁊ rigare: quia ſicut dicit
j. Cor. iij. apoſtolus: neq̄ qui plantat eſt aliquid neq̄ qui rigat: ſz qui incrementū dat deus. Quidam ergo inter ſe muſitant: ⁊ vbi poſſunt aliquādo p̄oclamant: ⁊ turbulenta diſceptatione cō tendunt dicentes. Quid fecerunt iudei vel que culpa eorum fuit: ſi neceſſe fuit vt ſermo eſaie prophete impleretur quem dixit: dñe quis credidit auditui noſtro ⁊ brachium domini cui reuelatuz eſt? Quibus reſpondem⁹ deum p̄ſciuz futurorum / per p̄opheta p̄edixiſſe infidelitatē iudeoruz: p̄edixiſſe tamē non feciſſe. Non em̄ p̄opterea quē q̄ deus ad peccandum cogit: quia futura hominū peccata iam nouit. Ꝑpo rū em̄ p̄ſciuit peccata nō ſua: non cuiuſq̄ alterius ſed ipſorum. Quap̄opter ſi ea que ille p̄ſciuit ipſoz̄ non ſunt ipſorum: nō vere ille p̄ſciuit. Sed q̄ illius p̄ſcientia falli nō poteſt: ſine dubio non alij ſed ipſi peccant: quos deus peccatores eſſe p̄ſciuit. Fecerūt ergo peccatuz iudei q̄ eos non compulit facere cui peccatū nō placet: ſed facturos eſſe p̄dixit quem nihil latet: Et ideo ſi nō malū ſed bonum facere voluiſſent n̄ on p̄ohiberent: ⁊ hoc facturi p̄ueiderent ab eo qui nouit quid ſit quiſq̄ facturus: ⁊ quid ei ſit p̄o eius opere
C redditur⁹. Sz q̄ ſequunt euangelij verba plus vrgent: ⁊ p̄o fundioē faciunt queſtionem. Adiungit eteniz dicit. [Ꝓp̄o
Eſaie. vj. p̄terea non poterant credere: q̄ iterum dicit eſaias. Excecauit oculos eoz̄ ⁊ induravit coz eoz̄: vt non videant oculis ⁊ intelligant coꝛde: ⁊ conuertank ⁊ ſanem illos.] Dicitur em̄ nobis. Si nō potuerunt credere: quod peccatū eſt hominis nō facientis q̄ non poteſt facere? Si autē nō credēdo peccauerunt: potuerunt ergo credere ⁊ nō fecerūt. Si ergo nō potuerunt: quomodo dicit euangeliū / p̄opterea non poterant credere: quia iterum dicit eſaias / excecauit oculos eoz̄ ⁊ induravit coz eoz̄ vt quod eſt grauius ad deū referak cauſa qua non crediderunt quandoquidē ipſe excecauit oculos eorum ⁊ induravit coz eoz̄. Non em̄ ſaltem hoc de diabolo dicitur ſed de deo: quod ipſa p̄ophetica ſcriptura teſtatur. Mā ſi arbitremur hoc dictum de diabolo q̄ excecauit oculos eoruz ⁊ coz induravit: laborandum eſt quomodo illoꝝ culpam q̄ non crediderunt poſſim⁹ oſtendere de quibus dicik: non poterant credere. Deinde quid reſpondebim⁹ de alio ꝓphete ipſius teſtimonio quod poſuit paulus apoſtolus dicens:
Roma. xj. Quod querebat iſrael hoc non eſt conſecutus: electio autem conſecuta eſt: ceteri vero excecati ſunt: ſicut ſcriptum eſt. Dedit illis deus ſpirituz compunctionis: oculos vt non videāt ⁊ aures vt nō audiant vſq̄ in hodiernuz diem. Audiſtis fratres mei p̄opoſitā queſtionē: nempe q̄ p̄ofunda ſit cernit⁹ Sed reſpondem⁹ vt poſſumus. Non poterant credere: quia hoc eſaias ꝓpheta p̄edixit. Hoc aūt p̄opheta p̄edixit: q̄ deus hoc futurū eſſe p̄ſciuit. Quare autez non poterant ſi a me queratur: cito reſpondeo: quia nolebant? Malam quip pe eorum voluntatē p̄ueidit deus: ⁊ per p̄opheta m p̄enunciauit ille cui abſcondi futura non poſſunt. Sed aliā cauſam inquis dicit p̄opheta: non voluntatis eorum. Quam cauſaz dicit p̄opheta? Quia dedit illis deus ſpiritū compunctionis: oculos vt non videant: ⁊ aures vt non audiant: ⁊ excecauit oculos eorum: ⁊ induravit coz eorum. Etiam hoc eorum voluntatē meruiſſe reſpondeo. Sic em̄ excecat: ſic obdurat deus deſerendo ⁊ nō adiuuādo: quod occulto iudicio facere poteſt iniquo nō poteſt. Hoc omnino pietas religioſoz̄ incōcuſſum debet inuiolatūq̄ ſeruare: ſicut apoſtol⁹ dicit: cū eandem ipſam tractaret difficilimā queſtionem. Quid ergo dicem⁹ inquit? Munquid iniquitas eſt apud deum? Abſit. Si ergo abſit vt ſit iniquitas apud deuz ſiue quādo adiuuat: miſericoꝛditer facit: ſiue quando non adiuuat / iuſte facit: quia omnia nō temeritate ſed iudicio facit. Pozro ſi iuſticia ſanctoꝝ iuſta ſunt: q̄ſtomagis ſanctificantis ⁊ iuſtificant⁹ dei Juſta ergo ſunt: ſed occulta. Ideo cum queſtiones huiuſmodi in medium venerint: quare alius ſic: alius autez ſic: quare ille deo deſerente excecet: alle deo adiuuante illuminet: non nobis iudicium de iudicio tanti iudicis vſurpemus: ſed cōtremiſcentes exclamem⁹ cum apoſtolo. O altitudo diuitia- Roma. xj.
rum ſapientie ⁊ ſcientie dei: q̄ inſcrutabilia ſunt iudicia ei⁹ ⁊ inueſtigabiles vie eius. Unde dictum eſt in pſalmo: Iudi Pſ. xxxv
cia tua abyſſus multa. Non ergo me fratres ad hāc penetrā dam altitudinem / ad hanc abyſſum diſcutiendam: ad inſcrutabilia perſcrutāda: expectatio veſtre charitatis impingat. Agnoſco modulū meum: ſentire mihi video ꝛ etiā modulum veſtrum. Alicitius eſt hoc incrementis meis: ⁊ fortius viribus meis: puto q̄ ⁊ veſtris. Simul ergo audiam⁹ admonētem ſcripturam at q̄ dicentē. Altioza te ne queſieris: ⁊ fortio Eccli. iij.
ra te ne perſcrutat⁹ fueris: non q̄ iſta negata ſunt nobis cum deus magiſter dicat. Mihil eſt occultū: quod non reuelabit. Matth. x.
Sed ſi in quod peruenimus in eo ambulam⁹ ſicut dicit apoſtolus: non ſolum q̄ nō ſcimus ⁊ ſcire debemus: ſed etiam ſi Phil. iij.
quid aliter ſapim⁹: id quoq̄ nobis deus reuelabit. Peruenimus autem in viam fidei: hāc perſeuerantiſſime teneam⁹. Coloſ. ij.
Ipſa perducit ad cubiculū regis: in quo ſunt omnes theſauri ſapientie ⁊ ſcientie abſconditi. Non em̄ ipſe domin⁹ ieſus chriſtus ſuis illis magnis ⁊ p̄ecipue electis diſcipulis inuidebat: quando eis dicebat. Multa habeo vobis dicere: ſed Joh. xvj.
non poteſtis illa poꝛtare modo. Ambulanduz eſt: pficiendū eſt: creſcendū ē: vt ſint coꝛda noſtra capacia earū reruz quas capere modo nō poſſum⁹. Quod ſi nos vltim⁹ dies proficiētes inuenerit: ibi diſcemus quod hic nō potuimus. Si quis autem iſtam queſtionē liquidius ⁊ meli⁹ nouit ſe poſſe ⁊ confidit exponere: abſit vt non ſimparatioꝛ diſcere q̄ docere: tantum ne audiat quiſq̄ liberū arbitriū ſic defendere: vt nobis oꝛationē qua dicimus ne nos inferas in tentationem: co Matth. vj
netur auferre: ruinſus ne quiſq̄ neget voluntatis arbitrium ⁊ audeat excuſare peccatū. Sed audiam⁹ dominū ⁊ precipiētem ⁊ opitulantem ⁊ iubentem quid facere debeam⁹ ⁊ adiuuantem vt implere poſſim⁹. Nam ⁊ quoſdam nimia ſue voluntatis fiducia extulit in ſuperbiam: ⁊ quoſdam nimia ſue voluntatis diffidentia deiecit in negligentiam. Illi dicunt: vt quid rogam⁹ deum ne vincamur tentatione: quod in noſtra eſt poteſtate. Iſti dicūt: vt quid conamur bene viuere: quod in dei eſt poteſtate. O domine: o pater qui es in celis: ne nos inferas in quālibet iſtarū tentationuz ſed libera nos a malo Audiamus dominum dicentem. Rogaui p̄o te petre: ne de Lu. xxij.
ficiat fides tua. Nec ſic exiſtimem⁹ fidem noſtrā eſſe in libero arbitrio: vt diuino non egeat adiutoꝛio. Audiamus ⁊ euā geliſtam dicentem: dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Ne Joban. j.
omnino exiſtimem⁹ in noſtra poteſtate non eſſe quod credimus: verūtamen in vtroq̄ illi⁹ beneficia cognoſcam⁹. Nam ⁊ agende ſunt gratie q̄ data eſt poteſtas: ⁊ orandum ne ſuccumbat infirmitas. Ipſa eſt fides que per dilectionem ope- Galath. v.
ratur: ſicut eius menſuram domin⁹ cuiq̄ partitus eſt: vt qui Roma. xij
gloꝛiatur: non in ſeipſo ſed in domino gloꝛietur. Non itaq̄ ij. Cor. x.
mirum eſt q̄ non poterant credere: quoꝝ voluntas ſic ſuperba erat: vt ignoꝛantes dei iuſticiam: ſuā vellent cōſtituere. Sicut dicit de illis apoſtolus. Juſticie dei nō ſunt ſubie- Roma. x.
cti. Q̄ em̄ non ex fide ſed tanq̄ ex operibus tumuerunt: ipſo ſuo tumoꝛe cecati offenderunt in lapidē offenſionis. Sic au
E tem dictum eſt: non poterant: vbi intelligendum eſt quod nolebant: quē admodum dictuz eſt de domino deo noſtro: ſi nō credimus ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt. De omnipotente dictum eſt: nō poteſt. Sicut ergo q̄ domi- ij. Thi. ij.
nus negare ſeipſum non poteſt: laus eſt volūtatis diuine: ita quod illi non poterant credere: culpa eſt volūtatis humane.

Ecce dico ꝛ ego: qꝫ tam superbe sapiũt vt sue voluntatis viribus tantũ existiment esse tribuendũ: vt negent sibi esse necessarium diuinũ adiutoriũ ad bene viuendum: non possunt credere in christuꝫ. Nõ em̃ aliquid prosunt syllabe nominis christi: ꝛ sacramẽta christi: vbi resistitur fidei xpi. Fides autem christi ꝛ sacramenta: ẽ credere in eũ qui iustificat impiũ Credere in mediatorẽ: sine quo interposito nõ recõciliamur deo. Credere in saluatorem qui venit quod perierat querere atq; saluare. Credere in euꝫ qui dixit: sine me nihil potestis facere. Qui ergo ignorans dei iusticiam qua iustificatur impius: suam vult constituere qua conuincat superbus: in hũc non potest credere. Hinc ꝛ illi nõ poterant credere: non quia mutari in melꝰ homines non possunt: sed q̃diu talia sapiũt non possunt credere. Hinc excecank ꝛ induranꝫ: qꝛ negando diuinum adiutoriũ nõ adiuuantur. Hoc de iudeis qui excecati ꝛ indurati sunt deus prescuit: atq; in eius spiritu ꝓphe ta predixit. Quod vero addidit: [ꝛ cõuertantur ꝛ sanem eos] vtrum subaudiendũ sit: non id est non cõuertanꝫ: cõtra desuper sententia vbi dictum est: vt non videant oculis ꝛ intelligant corde: qꝛ hic vtiq; dictũ est vt non intelligant. Et ipsa em̃ conuersio de illꝰ gratia est cui dicitur: deus virtutuꝫ cõuerte nos. An forte hoc de superne medicine misericordia factum intelligendũ est vt quoniam superbe ꝛ peruerse volũtatis erant: ꝛ suam iusticiam constituere volebant: ad hoc desererenk vt excecarenk: ad hoc excecarentur vt offenderẽt in lapidem offensionis: ꝛ impleretur facies eorum ignominia atq; ita humiliati quererent gloriam domini ꝛ nõ suam: qua inflatur superbus. sed iustitiaꝫ dei qua iustificatur impius: Hoc enim multis eorum profecit in bonum: qui de suo scelere compuncti in christum postea crediderunt: ꝓ quibus ꝛ ipse orauerat dicens. Pater ignosce illis: qꝛ nesciunt quid faciunt. De qua eorum ignorantia ꝛ apostolꝰ dicit. Testimoni um illis perhibeo: qꝛ zelum dei habent: sed nõ fm scientiã Tunc eteni hoc subiũxit: atq; ait: ignorantes em̃ dei iusticiã ꝛ suam volentes ꝓstituere: iusticie dei nõ sunt subiecti. [Hec dixit esaias: quando vidit gloriam eius: ꝛ locutus est de eo] Quid viderit esaias. Et hoc quomodo ad dñm christum ptineat: in libro eius legendũ ꝛ intelligendum est. Vidit em̃ nõ sicuti est sed modo quodã significatiuo: sicut ꝓphete visio fuerat informanda. Nam vidit ꝛ moyses: ꝛ tamen ei quẽ videbat dicebat. Si inueni gratiam ante te: ostende mihi temetipsum manifeste vt videam te: qꝛ non videbat sicuti est. Quando autem nobis hoc futurum sit: idem iste sancte iohãnes euangelista in epistola sua dicit. Dilectissimi filij dei sumus: ꝛ nondum apparuit quod erimus. Scimus qꝛ cum apparuerit similes ei erimus: qm̃ videbimus eũ sicuti est. Poterat dicere qm̃ videbimus eum: ꝛ non addere / sicuti est. Sꝫ quia sciebat a quibusdam patribus ꝛ prophetis visuꝫ sed nõ sicuti est. ideo cum dixisset / videbimꝰ eũ: addidit / sicuti est Nemo em̃ vos fallat fratres eorum qui dicunt inuisibilẽ patrem: ꝛ visibilem filium. Hic em̃ hoc asserunt qui putant euꝫ esse creaturam: nec intelligunt fm quod dictum est: ego ꝛ pater vnum sumꝰ. Prorsus in forma dei in qua equalis est patri: etiam filius inuisibilis est. Ut autem ab hominibꝰ videretur / formam serui accepit: ꝛ in similitudinem hominuꝫ factus / visibilis factus est. Ostendit ergo se etiam anteq̃ susceperet carneꝫ oculis hominũ sicut voluit in subiecta sibi creatura: non sicuti est. Mundemꝰ corda per fidem: vt illi ineffabili: ꝛ vt ita dicam: inuisibili visioni preparemur. Beati em̃ mundo corde: qm̃ ipsi deum videbunt. [Verũtamen ꝛ exp̃cipibus multi crediderunt in eum: sed ꝓpter phariseos non confitebanꝫ: vt de synagoga non ejcerentur. Dilexerunt em̃ gloriã hominum: magis q̃ gloriam dei.] Videte quẽadmodum notauerit euangelista: ꝛ improbauerit quosdam quos tamen in eum credidisse dixit: qui in hoc ingressu fidei si ꝓficerent: amorem quoq; humane glorie proficiendo superarent: quam superauerat apostolus dicens. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi: per quez mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Adhoc enim et ipse dominus crucem suam vbi eum dementia superbe impietatis irrisit: in eorum qui in illum crederent frontibus fixit vbi est quodammodo sedes verecundie: vt de nomine eius fides non erubescat: et magis dei gloriam quam hominum diligat.

Luce. xix. Joh. xv. Pſ. lxxix Luc. xxiij Roma. x. Exodi. xxxiij. j. Joh. iij. Joban. x. Wanḃ. v. Galath. vj

Tractatus.liiij.

Jesus autẽ clamauit ꝛ dixit. Qui credit in me non credit in me: sed in eum qui misit me. Et qui videt me: videt euꝫ qui misit me. Ego lux in mũdum veni: vt omnis qui credit in me in tenebris nõ maneat. Et si quis audierit verba mea ꝛ nõ custodierit: ego non iudico eum. Non em̃ veni vt iudicem mundum: sed vt saluificem munduꝫ. Qui spernit me: ꝛ nõ accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex meipso non sum locutus: sed qui misit me pater ipse mihi mandatum dedit: quid dicam et quid loquar. Et scio qꝛ mandatuꝫ eius vita eterna est. Queer go ego loquor: sicut dixit mihi pater sic loquor.

A

Loquẽte domino nostro iesu christo apud iudeos et tanta miraculorũ signa faciente: quidaꝫ crediderunt predestinati in vitam eternam quos etiaꝫ vocauit oues suas: quidam vero nõ crediderunt nec poterãt credere: eo quod occulto nec tamen iniusto iudicio dei fuerant excecati ꝛ indurati: deserente illo qui superbis resistit: humilibꝰ autẽ dat gratiam. Eorum autẽ qui crediderunt: alij vsq; adeo confitebãtur: vt palmarũ ramis acceptis venienti occurrerent: in eadem laudis confessione letãtes. Alij vero ex principibꝰ non audebant cõfiteri vt de sinagoga non ejcerenk: quos notauit euãgelista dicens: qẽ dilexerunt gloriam hominum magis q̃ gloriam dei. Eorũ etiã qui nõ crediderunt: alij erant postea credituri: quos preuidebat vbi ait. Cum exaltaueritis filiũ hominis: tunc agnoscetꝭ qꝛ ego sum. Alij vero in eadem infidelitate mansuri: quoruꝫ imitatrix est etiã ista gens iudeorum: que postmodũ debellata ad testimonium ꝓphetie que de christo scripta est / in toto pene orbe dispersa est. His ita se habentibꝰ ꝛ sua iam ꝓpinquante passione: [iesus clamauit ꝛ dixit.] vnde lectio cepit hodierna. [Qui credit in me non credit in me sed in eum qui misit me. Et qui videt me: videt eum qui misit me] Jam dixerat quodã loco. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Vbi intellexim̃us eum doctrinaꝫ suã dixisse verbũ patris quod est ipse: ꝛ hoc significasse: dicẽdo mea doctrina nõ est mea sed eiꝰ qui me misit: quod a seipso ipse nõ esset sed haberet a quo esset. Deus em̃ de deo: filiꝰ patris. Pater autem non deꝰ de deo: sed deus pater filij. Nunc autẽ quod ait qui credit in me non credit in me sed in euꝫ qui misit me quo modo intellecturi sumus: nisi qꝛ homo apparebat hominibꝰ cum lateret deus? Et ne putarent hoc eũ esse tantũmodo qẽ videbant: talem ac tantum se volens credi: qualis ꝛ quantus est pater: qui credit in me inquit / non credit in me. id est in ꝺ quod videt: sed in eum qui misit me: id est in patrem. Sꝫ qui credit in patrem: necesse est eum credat esse patrem. Qui autem credit eum patrem: necesse est vt credat euꝫ habere filiũ Ac per hoc qui credit in patrem: necesse est vt credat in filiũ Sed ne quisq̃ hoc credat de vnigenito filio quod de his qui dicti sunt filij dei fm gratiam nõ naturam: sicut ait euangelista: dedit eis potestatem filios dei fieri: vnde ꝛ illud est qẽ ipse dominꝰ commemorauit in lege dictũ: ego dixi dij estis ꝛ filij excelsi omnes: ꝓpterea dixit: qui credit in me: nõ credit in me: ne totum quod de christo credit: fm hominem crederetur. Ille ergo inquit: credit in me qui nõ credit in me fꝫ id quod me videt: sed in eum qui me misit: vt cũ credit in patrem: credat eum habere filium sibi equalem: ꝛ tunc vere credat in me. Nam si putauerit eum non habere nisi filios fm gratiam qui sunt eius vtiq; creatura: non verbum sed facta per verbum: nec habere filium equalem sibi atq; coeternum semper natum: pariter incõmutabilem: ex nullo dissimilem atq; imparem: non credit in patrem qui eum misit: qꝛ non est hoc pater qui eum misit. Et ideo cum dixisset / qui credit in me: nõ credit in me sed in eum qui misit me: ne putarek sic voluisse patrem intelligi tanq̃ patrem multorũ filiorũ per gratiam regeneratorũ: non vnici verbi equalis sibi: cõtinuo subiecit. [Et qui videt me: videt eũ qui misit me.] Nunquid ait

Joha. vij. ẽ. tracta. xxix. Joban. j. Pſ. lxxxj B

Expositio diui Augustini in euāgeliū scōm Johan.

qui videt me: non videt me. sed eum qui misit me. Sicut dixerat: qui credit in me: nō credit in me: sed in eū q̄ misit me? Illud nāq̄ dixit: ne sicut videbatur crederetur tantūmodo filius hominis. Hoc autem dixit: vt patri crederetur equalis Qui credit in me inquit: non credit in hoc quod videt me: sz credit in eum qui misit me. Aut cum credit in patrem qui sibi equalez genuit me: nō quomodo me videt: sz sic credat in me/quomodo in euz qui misit me. Luce.vj. Vlq̄z adeo eñ nihil distat inter eum ⁊ me: vt qui me videt: videat eū qui me misit. Apostolos suos certe ipse dominus christ⁹ misit. quod eozū etiaz nomen indicat. Nam sicut grece angeli: latine nuncij vocantur: ita grece apostoli: latine missi appellantur. Nunq̄ tamē aliquis apostolorum dicere auderet: qui credit in me nō credit in me sed in eū qui misit me. Omnino eñ non diceret: qui credit in me: credimus eñ apostolo: sed non credim⁹ in apostolum. Roma.iiij Non eñ apostolus iustificat impium. Crederi eñ in eum qui iustificat impiū. deputatur fides eius ad iusticiam Posset dicere apostol⁹: qui recipit me recipit eū qui me misit: vel qui audit me: audit eum qui me misit. Hoc eñ eis ipse Matth.x. dominus ait. qui vos recipit me recipit: ⁊ qui recipit me recipit eū qui me misit: q̄ dominū honorat in seruo: et pater in filio: sed pater tanq̄ in filio: dominꝰ tanq̄ in seruo. Filius autem vnigenitus recte dicere potuit: credite in deum ⁊ in me Joh.xiiij. credite. Et quod nunc ait: qui credit in me: non credit in me sed in eum qui misit me: non a se abstulit fidem credentis: sz noluit in forma serui remanere credentē: q̄m cum quisq̄z credit in patrem qui eum misit: profecto credit in filiū sine quo patrem non esse cognoscit: ⁊ ita credit vt credat equalez: q̄m sequitur: ⁊ qui videt me: videt eum qui me misit. Attende cetera. Matth.v. [Ego lux in mundū veni: vt omnis qui credit in me in tenebris nō maneat.] Dixit quodā loco discipulis suis. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montez constituta. Neq̄ accendunt lucernam ⁊ ponunt eam sub modio: sed supra candelabrū: vt luceat omnib⁹ qui in domo sūt. Sic luceat lumen vestrum coram hominibus vt videāt opera vestra bona: ⁊ glorificent patrem vestrū qui in celis est. Non tamē eis dixit: vos lux venistis in mundū: vt omnis qui credit in vos in tenebris nō maneat. Nusq̄ hoc legi posse confirmo. Lumina ergo sunt omnes sancti: sed credendo ab eo illuminant: a quo si recesserit: tenebrabitur. Lumen autez illud quo illuminant/a se recedere non potest: q̄ incōmutabile oīno est. Credimus ergo lumini illuminato: sicut prophete: sicut apostolo. Sed ideo illi credim⁹ vt non in ipsum credam⁹ quod illuminatur: sed cum illo credam⁹ in illud lumen a quo illuminatur: vt ⁊ nos illuminemur/non ab illo: sed cum illo a quo ille. [Cū autē dicit: vt omnis qui credit in me in tenebris non maneat: satis manifestat omnes se in tenebris inuenisse. Sed ne in eis tenebris maneant in quibus inuenti sunt: debent credere in lucem que venit in hunc mundum: q̄ per illā C factus est mūdus. [Et si quis audierit inquit verba mea: ⁊ custodierit: ego non iudico eum.] Memētote que vos audisse in superioribus lectionibus nouit: ⁊ qui obluti forte estis recolite: ⁊ qui non affuistis sed adestis. audite quomodo dicit fi- Joh.v. lius: ego non iudico eum: cū dicat alio loco: pater nō iudicat quēq̄z sed omne iudicium dedit filio: nisi q̄ intelligendū est: modo non iudico eum: Quare non iudicat modo? Attende quid sequitur. [Non eñ veni: inquit: vt iudicem mundum: sz vt saluificem mundum.] id est vt saluum faciā mundū. Hūc Pš.c. ergo est temp⁹ misericordie: postea erit iudicij: q̄ misericordiā inquit ⁊ iudicium cantabo tibi domine. Sz de ipso etiaz futuro nouissimo iudicio videte quid dicat. [Qui spernit me ⁊ non accipit verba mea: habet qui iudicet euz. Sermo quē locutus sum: ille iudicabit eū in nouissimo die.] Non ait qui spernit me ⁊ non accipit verba mea: ego non iudico euz in nouissimo die. Hoc eñ si dixisset: nō video quomodo posset nō esse contrariuz illi sententie vbi ait: pater non iudicat quēq̄z sed omne iudiciuz dedit filio. Cum vero dixit: qui spernit me ⁊ nō accipit verba mea habet qui iudicet eum: expectantib⁹ autem quisnā ille esset: secutus adiunxit: sermo quē locutus sum ille iudicabit eum in nouissimo die: satis manifestauit seipsum iudicaturum in nouissimo die. Seipsum quippe locutus est: seipsum annunciauit: seipsum ianuā posuit: q̄ ipse ad oues pastor intraret. Aliter itaq̄z iudicabuntur qui nō au- Roma.ij. dierunt: aliter qui audierunt ⁊ contēpserunt. Qui eñ sine lege peccauerūt (ait apostolus) sine lege peribunt: ⁊ qui in lege peccauerunt: per legē iudicabūtur. [Quia ego: inquit: ex meipso non sum locutus.] Ideo se dixit non locutuz ex seipso quia non est ex seipso. Jam hoc sepe diximus. iam hoc tanq̄z notissimuz non docere sed admonere debem⁹: [Sed qui misit me pater ipse mihi mandatuz dedit: quid dicam ⁊ quid loquar.] Non laboz aremus: si cum eis non loqui sciremus: cuz quibus superioza locuti sumus: et cum eisipsis non omnib⁹ sed qui audierunt memoria retinentibus. Nunc vero q̄z fortasse aliqui assunt qui non audierūt: eisq̄z sunt similes qui obliti sunt quod audierunt: propter illos perferant mozas nostras qui audita meminerunt. Quomodo dat mandatuz pater vnico filio? Quo verbo loquitur verbo: cum sit ipse filius vnigenitus verbuz? Nun quid per angeluz: cū per ipm creati sunt angeli? Nunquid per nubem: que quādo sonuit ad filium/non propter ipsuz sonuit quod alibi dicit etiā ipse: sed propter alios quos oportebat ita audire? Nūquid per sonū labijs emissum qui non habet corpus? An aliquo locorū interuallo filius a patre separatur: vt sit inter illos aer medius quo percusso vox fiat ⁊ ad aurem veniat? Absit: vt talia de ilia incorporea ⁊ ineffabili substantia suspicemur. Filius vnicus est verbuz patris: ⁊ sapiētia patris: in illa sunt omnia mā data patris. Neq̄ eñ patris mandatum filius aliquādo nesciebat: vt eū necesse esset ex tempore habere quod antea nō habebat. Ita enim a patre quod habet accepit: vt nascendo acceperit: dederitq̄z illi gignendo. Nam ⁊ vita est: ⁊ accepit vitam vtiq̄z nascendo/non prius sine vita existendo: q̄ ⁊ pater habet vitam: ⁊ quod habet est: nec accepit tamen: quia nō ex aliquo est. Filius autem accepit vitam dante patre a quo est: ⁊ ipse quod habet est. Habet eñ vitam et vita est: Ipsum audi loquentem. Sicut habet inquit pater vitaz in semetipso Johan.v. sic dedit ⁊ filio vitā habere in semetipso. Nunq̄d existenti et nō habēti dedit. Sz eo dedit quo genuit q̄ vitā genuit: ⁊ vita genuit vitam: ⁊ q̄ parē genuit/non imparē genuit vitam: iō dictum est. Sicut habet ipse vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Vitam dedit: q̄ gignēdo vitam quid dedit nisi esse vitaz? Et q̄ eterna est ipsa nativitas Nunq̄ non fuit filius qui est vita: nunq̄ nō fuit filius sine vita. Et sicut est nativitas eterna: sic est qui natus est vita eterna. Ita ⁊ mandatum nō quod filius nō habebat pater dedit sed sicut dixi/in sapientia patris quod est verbuz patris: omnia mandata sunt patris. Dicitur autē mandatuz datum: q̄ non est a seipso cui dicitur datū. Et hoc est dare filio sine quo nunq̄ filius fuit: quod est gignere filium qui nunq̄ non fuit. Sequitur autem. [Et scio q̄ mandatum eius vita eterna ē] E Si ergo vita eterna est ipse filius. ⁊ vita eterna est mandatū patris: quid aliud dictum est/ q̄z ego sum mandatum patris? Proinde ⁊ id quod adiungit ⁊ dicit: [Que ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor:] Non accipiam⁹ dixit mihi: quasi pater verba locut⁹ sit vnico verbo. aut egeat deus verbis: dei verbum. Dixit ergo pater filio: sicut dedit vitam filio non quod nesciebat vel nō habebat. sed quo ipse filiꝰ erat Quid est autem/sicut dixit mihi pater sic loquor: nisi verbū loquor? Ita ille dixit vt verax: ita iste loquit vt veritas. Verax autem genuit veritatē. Quid ergo iam diceret veritati? Non eñ imperfecta erat veritas cui verum aliquid adderetur. Dixit ergo veritati: quia genuit veritatem. Porro ipsa veritas sic loquitur vt ei dictum est: sed intelligentib⁹ quos docet vt nata est. Ut autem crederent homines quod intelligere nondum valent: ex ore carnis verba sonuerūt: ⁊ abierūt Trāsuolantes soni strepuerunt: peractis mozulis temporuz suorum. Sed res ipse quarū signa sunt soni: traiecte quodāmodo in eorum memoriam qui audierunt: etiam ad nos per litteras que visibilia signa sunt peruenerunt. Non sic loquitur veritas. Intelligētib⁹ mentibus intus loquitur: sine sono instruit: intelligibili luce perfundit. Qui ergo potest in ea credere natiuitatis eius eternitatem: ipse illam sic audit loquētem: sicut ei dixit pater quod loqueretur. Excitauit nos ad magnum desiderium interioris dulcedinis sue: sz credēdo capim⁹: ambulando crescimus: proficiēdo ambulamus: vt peruenire possimus.

Tractatus. lv.

C Ante diem festum pasce sciens ihesus q̄z venit C a.xiij.

eius hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo: in finem dilexit eos. Et cena facta: cum diabolus iam misisset in cor vt traderet eum iudas simonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus et quia a deo exiuit & ad deum vadit: surgit a cena et ponit vestimenta sua: & cum accepisset lintheum precinxit se. Deinde misit aquam in peluim: & cepit lauare pedes discipulorum & extergere linthleo quo erat precinctus.

A CEna domini fm iohannem adiuuante ipso debitis est explicanda tractatib⁹: & vt nobis posse donauerit explananda. [Ante diem autē festum pasce: sciēs iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo: in finem dilexit eos] Pascha autem fratres nō sicut qui dāexistimant grecū nomē est: sed hebreum. Oportunissime tamen occurrit in hoc nomine quedam congruentia vtrarūq; linguar. Quia em passio grece πασχιν dicitur: ideo pascha passio putata est: velut hoc nomine a passione sic appellatus est. In sua vero lingua. hoc est hebrea: pascha transit⁹ dicitur propterea: quia tunc primū pascha celebrauit populus dei: quādo ex egipto fugientes rubrum mare transierūt Esaie. liij. Nunc ergo figura illa prophetica in veritate cōpleta est. cū sicut ouis ad immolandū ducitur christ⁹: cui⁹ sanguine illitis postibus nostris. i. cuius signo crucis signatis frontibus nostris: a perditione huius seculi tanq; a captiuitate vel interemptione egyptia liberamur: & agimus saluberrimus trāsitum: cū a diabolo transimus ad christum: & ab isto instabili seculo ad eius fundatissimum regnū. Ideo quippe ad deū permanentem transimus ne cum mundo transeunte transeamus. De hac nobis collata gratia deum laudans apostolus Colos. j. dicit. Qui eruit nos de potestate tenebrarum: & transtulit in regnum filij claritatis sue. Hoc itaq; nomen id est pascha qō latine vt dixi transitus nuncupatur: velut interpretans nobis beatus euangelista: ante diem inquit festus pasche sciēs iesus q⁹ venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrez Ecce pascha: ecce trāsitus. Unde & quo? De hoc scilicet mūdo ad patrez. Spes membris in capite data est: quod essent in illo transeunte sine dubio secutura. Quid ergo infideles & ab hoc capite atq; ab eius corpore alieni? Nonne & ipsi trāseunt: quia nō permanent? Transeunt planet ipsi. Sed aliud est transire de mundo: aliud est transire cum mūdo: aliud ad patrem: aliud ad hostem. Nam & egyptij transierunt: nō em persequendo manserunt. Non tamen transierūt per mare ad B regnum: sed in mari ad interitu⁹. Sciens ergo iesus q⁹ venit hora eius: vt transeat ex hoc mundo ad patrem. [Cum dilexisset suos qui erant in mundo: in finem dilexit eos] Utiq; vt et ipsi de hoc mundo vbi erant / ad suū caput quod hinc trāsisset eius dilectione transirent. Quid est em in finem nisi in Roma. x. christum? Finis em legis christus ait apostolus ad iusticiaz omni credenti. Finis perficiens: nō interficiens. Finis quousq; eamus: non vbi pereamus. Sic omnino intelligendum j. Cor. v. est: pascha nostrum immolatus est christus. Ipse est finis noster in illum est transitus noster. Nam video posse ista verba euangelica quodaz humano modo etiā sic accipi: tanq; vsq; ad mortem christus dilexerit suos: vt hoc videatur esse in finem dilexit eos. Humana est hec sententia: nō diuina. Neq; em nos hucusq; ille dilexit: qui semper & sine fine nos diligit Absit vt dilectionem morte finierit: qui non est morte finit? Luce. xvj. Etiam post mortem quinq; fratres suos dilexit dives ille superbus atq; impius: & vsq; ad mortem nos dilexisse putandus est christus? Absit charissimi. Nequaq; ille nos diligendo vsq; ad mortem venret: si dilectionem nostram morte finiret: nisi forte ita sit intelligendum / in finez dilexit eos vsq; ad mortem dilexit eos: quia tantum dilexit: vt mori eretur p Joh. xv. eis. Hoc enim testatur dicens. Maiorem hac caritatez nemo habet: q; vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ita sane non prohibemus intelligi in finem dilexit: vsq; ad mortez dilexit. id est vsq; ad mortē illum dilectio ipsa perduxit. [Et cena inquit facta: cum diabolus iam misisset in cor vt traderet eum iudas simonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus: & quia adeo † exiit & ad deum vadit surgit a cena: & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset lintheum precinxit se. Deinde † mittit aquam in peluim: & cepit lauare pedes discipulorum: & extergere linthleo quo erat precinctus.] Non ita debemus intelligere cenam factaz: veluti C iam consumptam atq; transactam. Adhuc em cenabatur cuz dominus surrexit & pedes lauit discipulis suis. Nam postea recubuit: & buccellā suo traditori postea dedit vtiq; cena nōdum finita: hoc est dum adhuc panis esset in mensa. Cena ergo facta dictum est / iam parata & ad conuiuantium mensam vsūq; perducta. Quod autē ait: [Cum diabolus iam misisset in cor vt traderet euz iudas simonis scariothis.] Si queris q̄d missum sit in cor iude: hoc vtiq; vt traderet eum. Missio ista spiritualis suggestio est. Non fit per aurem sed p cogitationem: ac per hoc nō corporaliter sed spiritualiter. Neq; em spirituale quod dicitur: semper in laude accipiendus est. Ephes. vj Nouit apostolus quedam spiritualia nequicie in celestibus: aduersus que nobis colluctationez esse testatur. Nō autem essent maligna etiam spiritualia: si non essent etiam maligni spiritus. A spiritu em spiritualia nominantur. Sz quomodo ista fiant vt diabolice suggestiones immittentur: & humanis cogitationibus misceātur: vt eas tanq; suas deputet homo: vnde scit homo? Nec dubitandum est etiā bonas suggestiones a bono spiritu ita latenter ac spiritualiter fieri. Sz interest quibus nam earum mens humana cōsentiat diuino auxilio: vel deserta per meritum: vel adiuta per gratiaz. Factum ergo iam fuerat in corde iude per immissionē diabolicam vt traderet discipulus magistrum: sed quem non didicerat deum. Jam talis venerat ad conuiuium explorator pastoris / insidiator saluatoris: venditor redemptoris: iam talis veneratr videbatur: & tollerabatur: & se ignorari arbitrabatur: quia in eo quem volebat fallere fallebatur. At ille isto ipso corde intus inspecto nesciente: sciēter vtebatur. [Sciēs quia omnia dedit ei pater in manus.] Ergo & ipsum traditorem. Nā si eum in manibus non haberet: non vtiq; illo vteretur vt vellet. Proinde iam traditor traditus erat ei quē tradere cupiebat: atq; ita maluz tradēdo faciebat: vt de illo tradito bonum fieret quod nesciebat. Sciebat em dominus q̄d faceret pro amicis: qui patienter vtebat inimicis. Ac sic omnia dederat pater in manus eius: & in vsum mala: & in effectū bona. [Sciens etiam quia a deo exiuit & ad deū vadit. Nec deum cum inde exiret: nec nos deserens cum rediret. Nec ergo sciens: [surgit a cena: & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset lintheum: precinxit se. Deinde misit aquam in peluī & cepit lauare pedes discipulorum: & extergere linthleo quo erat precinctus.] Debemus charissimi sensum euāgeliste di D ligenter attendere. Locuturus quippe de tanta domini humilitate: prius eius celsitudinem voluit emendare. Ad hoc pertinet quod ait: sciēs quia omnia dedit ei pater in manus & quia a deo exijt & ad deum vadit. Cum illi ergo omnia pater dedisset in manus: ille discipulorum non man? sed pedes lauit. Et cum se sciret a deo exisse & ad deum pergere: nō domini dei sed homi nis serui impleuit officium. Ad hoc autez pertinet quod etiam de traditore ipsius quia iam talis venerat: qui nec ab illo ignorabatur: preloqui voluit: vt hoc quoq; ad maximum cumulum humilitatis accederet: quod etiā illi nō dedignatus est pedes lauare: cuius manus iam preuidebat in scelere. Quid autem mirum si surrexit a cena et posuit vestimenta sua: qui cum in forma dei esset semetipsuz exinaniuit? Et quid mirum si precinxit se linthleo: qui formaz Phil. ij. serui accipiens habitu inuentus est vt homo? Quid mirum si misit aquam in peluim vnde lauaret pedes discipulorum qui in terram sanguinē fudit: quo immundiciaz dilueret peccatorum? Quid miruz si lintheo quo erat precinctus pedes quos lauerat tersit: qui carne qua erat indutus euāgelista x vestigia confirmauit? Et lintheo quidem vt se precingeret: posuit vestimenta sua que habebat. Et autem formaz serui acciperet quando semetipsum exinaniuit: nō quod habebat deposuit: sed quod non habebat accepit. Crucifigendus sane suis expoliatus est vestimentis: & mortuus inuolutus est lintheis: & tota illa eius passio / nostra purgatio est. Passur⁹ igitur exitia: premisit obsequia: non soluz eis pro quib⁹ erat subiturus mortem: sed etiam illi qui eum fuerat traditurus

ad mortem. Tanta est quippe humane humilitatis vtilitas vt eam suo commendaret exemplo etiam diuina sublimitas quia homo superbus in eternuz periret: nisi eum deus humilis inuenret. Luce.ix. Venit eñ filiꝰ hois querere: ⁊ saluū facere qđ perierat. Perierat autem superbiaz deceptoris secutꝰ ergo humilitatem redemptoris sequatur inuentus.

Tractatus.lvj

Venit ergo ad simonem petruz. Et dicit ei petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Respondit iesus ⁊ dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo scies autem postea. Dicit ei petrus non lauabis mihi pedes in eternum? Respondit ei iesus si nō lauero te non habebis partem mecum. Dicit ei simon petrus: domine non tantum pedes meos sed ⁊ manus et caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundꝰ totus.

A Quum lauaret pedes discipulorum dominus. [Venit ad simonem petrum: ⁊ dicit ei petrus. Domine: tu mihi lauas pedes? Quis eñ nō expauesceret lauari sibi pedes a dei filio? Quis utaqz magne fuisset audacie contradicere seruum domino: hominez deo. Tamen hoc petrus facere maluit: q̄ perpeti vt sibi pedes lauarētur a domino ⁊ deo. Hec putare debemus hoc petrum inter ceteros formidasse atqz recusasse: cuz id alijan te ipsum libenter vel equanimiter sibi fieri permisissent. Facilius quippe sic accipiuntur ista verba euangelij: quia cum dictum esset: cepit lauare pedes discipulorum ⁊ extergere li theo quo erat precinctus: deinde subiunctum est: venit ergo ad simonem petrum: quasi aliquibus iaz lauisset /⁊ post eos venisset ad primum. Quis enim nesciat primum apostolorū esse beatissimum petrum? Sed non ita intelligendum est qđ post aliquos ad illum venerit: sed quod ab illo ceperit. Quādo ergo pedes discipulorum lauare cepit: venit ad eū a quo cepit: id est ad petrum. Et tunc petrus quod etiam quilibet eorum expauisset: expauit atqz ait. Domine: tu mihi lauas pedes? Tu mihi. Quid est tu? Quid est mihi? Cogitāda sūt potius q̄ dicenda: ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima: non explicet lingua. [Sed respon-
Infra tracta. lviij. dit iesus ⁊ dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea:] Nec tamen ille dominici facti altitudine exterritus permittit fieri quod cur fieret ignorabat. Sed vsqz ad suos pedes humilem christum adhuc non vult videre: nō potest sustinere [Non lauabis mihi (inquit) pedes in eternuz] Quid est in eternum? Nunqz hoc feram: nunqz patiar: nunqz sinam. Hoc quippe in eternum non fit: quod nunqz fit. Tum saluatoꝛ egrum reluctantem de ipsius saluti periculo exterrens. [Si non lauero te: inquit: non habebis partem mecū.] Ita dictum est si non lauero te /cum desolis pedibus agere-
†Textꝰ in hoc tracta tu qñqz pre terit: qñqz mutatur. tur quomodo dici assolet /calcas me: quando sola planta calcatur. At ille amoꝛe timoꝛe perturbatus ⁊ plus expauescēs christum sibi negari q̄ vsqz ad suos pedes humiliari: [Domine ait: non tantum pedes meos sz ⁊ manus ⁊ caput.] Quādoquidem sic minaris lauanda tibi membꝛa mea: non soluz tibi ima non subtrahaꝛ verūetiam prima substerno. Me mihi neges capiendam tecum partem: nullam tibi nego abluen-
Infra tractatu. lvij. dam mei coꝛporis partem. [Dicit ei iesus. Qui lotus est: non habet opus nisi pedes lauare: sed est mūdus totus] Bmouea tur fortassis quis ⁊ dicat. Immo si mundus est totus quid ei opus est vel pedes lauare? Dominus autem nouerat quod dicebat: etiam si nostra infirmitas eius secreta non penetrat. Verūtamen quantum nos erudire ⁊ ex lege sua docere dignatur: proꝛ captu meo. proꝛ modulo meo: aliquid etiā ego de huius questionis profunditate illo adiuuante respōdeam: ac primum ipsam locutionem non sibi esse contrariaz facillime ostendaz. Quis enim non ita rectissime loqui possit: mundus es totus preter pedes? Elegantius autez loquitur si dicit: mundus es totus nisi pedes: quod tantūdem valet. Hoc ergo ait dominus: non habet opus nisi pedes lauare: sed est mundus totus. Totus vtiqz preter pedes: vel nisi pedes quos habet opus lauare. Sed quid est hoc? Quid sibi vult /quid? Hic necessarium est vt queramus. Dominus dicit veritas loquitur. quod opus habet pedes lauare etiaz ille qui lotus est. Quid fratres mei quid putatis nisi quia homo in sancto quidem baptismo totus abluitur non preter pedes sed totus omnino. Verūtamen cum in rebus humanis postea viuitur: vtiqz terra calcatur. Ipsi igitur humani affectus sine quibus in hac mortalitate nisi viuitur: quasi pedes sunt vbi ex humanis rebus afficimur: et sic afficimur vt si di-
1. Johan.j. xerimus quia peccatum non habemus nosipsos decipimus ⁊ veritas in nobis non est. Quotidie igitur pedes lauat nobis. qui interpellat proꝛ nobis. Et quotidie nos opus habemus vt pedes lauemus. id est vias spiritualium gressuum dirigamus. In ipsa oratione dominica confitemur cum dicimus. Dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittimus Matth. vj. debitoꝛibus nostris. Si enim confiteamur sicut scriptuz est peccata nostra. profecto ille qui lauit pedes discipulorū suorum /fidelis est ⁊ iustus qui dimittat nobis peccata nostra ⁊ mundet nos ab omni peccato: id est vsqz ad pedes quibus cōuersamur in terra. Proinde ecclesia quam mundat christus lauacro aque in verbo: non solum in illis est sine macula ⁊ ruga: qui post lauacrum regenerationis continuo ex huius vite contagione tolluntur: nec calcant terram vt opus habeant pedes lauare: verumetiam in his quibus ista misericordiā prebens dominus fecit eos de seculo isto lotis etiam pedibus emigrare. In his autem qui hic demoꝛantur: etiā si mūda sit: quoniam iuste viuunt: opus tamē habent pedes lauare: quoniam sine peccato vtiqz non sunt. Propter hoc dicit
Canti.v. in cantico canticoꝛum: Laui pedes meos: quomodo inquinabo illos? Dicitur enim hoc cum cogitur ad christum venire: ⁊ terram calcare quenit. Alia questio rursus exoꝛitur. Nō ne christus sursum est? Nonne ascendit in celuz ⁊ sedet ad dexteram patris? Nonne apostolus ad nos clamat ⁊ dicit? Si
Colos.iij. ergo resurrexistis cum christo /que sursum sunt querite: vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite non que super terram. Quomodo ergo vt ad christum eamus: terram calcare compellimur: cum potius nobis sursum coꝛ habendum sit ad dominum: vt cum illo esse possimus? Videtis fratres hodierni temporis angustias: istaz coartare questionem. Quod ⁊ si vos forte minus videtis: ego vt cunqz videoꝛ quāte disputationis indigeat. Undepeto vt eam potiꝰ suspendi q̄ vel negligentius vel angustius pertractari: non fraudata: sed dilata expectatione patiamini. Aderit eñ dominus qui nos debitoꝛes facit: vt faciat etiam redditoꝛes.

Tractatus.lvij. De eadem lectione.

A Non immemoꝛ mei debiti ⁊ iam reddendi tempꝰ agnosco. Donet vnde reddam /qui donauit vt debeam. Donauit enim dilectionem de qua dictum est. Memini quicqz debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Donet etiam sermonem quem video me debere dilectis. Expectationem vestram ad hoc nempe distuleram: vt explicarem sicut possem /quēadmodum etiam per terraz veniatur ad christum. cuz potius iubeamur que sursum sunt q̄rere non que super terraz. Sursum enim christus est sedens ad dexteram patris. Sed profecto et hic est propter quod
Actuū. ix. ⁊ saulo in terra seuienti dicit. Saule saule quid me persequeris. Ut autez hoc querendum susciperemus: id tractabatur quod dominus pedes discipulis lauit: cum tam ipsi discipuli loti essent: nec opus haberent nisi pedes lauare. Ubi vsuz est intelligendum quod baptismo quidem homo totus abluitur: sed dum iste postea viuit in seculo /humanis affectibus terram velut pedibꝰ calcans: ipsa scilicet conuersatione vite huius cōtrahit vnde dicat: dimitte nobis debita nostra. Ac
Matth. vj sic etiam inde mundat ab eo qui pedes lauit discipulis suis nec desint interpellare proꝛ nobis. Hinc occurrerunt ex cantico canticoꝛum ecclesie verba dicentis. Laui pedes meos
Canti.v. quomodo inquinabo eos. Cum vellet ire ⁊ aperire ei qui venerat ad eā ⁊ pulsauerat: sibiqz aperire popoſcerat ille speciosus forma preꝛ filijs hominum. Hinc questio nata est quā coartare noluimꝰ angustijs temporis: ideoqz dissimulauimus: quonam modo ecclesia timeat inquinare pedes dum pergit ad xp̄m: quos baptismate lauerat christi. Sic eñ ait. Ego dormio: ⁊ coꝛ meum vigilat. Vox fratruelis mei pulsat ad ianuā Deinde dicit etiaz ipse: Aperi mihi soꝛoꝛ mea: prima mea:

colūba mea: perfecta mea: q̄ caput meum repletum est roze ⁊ crines mei guttis noctis. Et respondit illa. Exui me tunica mea quomodo induam eam? Laui pedes meos: quō inquinabo illos? O admirabile sacramentum ⁊ grande misterium. Ergo ne timet inquinare pedes ventendo ad eum qui lauit suorum discipulorum pedes? Timet certe quia per terram venit ad eum qui etiam in terra est: quia suos hic constitutos non deserit. An non ipse ait. Ecce ego vobiscum sum vsq̄ ad cōsummationem seculi? An non ipse ait. Videbitis celos apertos et angelos dei ascendentes et descendētes ad filium hominis? Si ascendunt ad eū propter ea quia sursum est: quomodo ad eum descendunt si etiam non hic est? Dicit ergo ecclesia. Laui pedes meos: quomodo inquinabo eos? In his hoc dicit q̄ predicant christum ⁊ aperiunt illi hostiū vt habitet per fidem in cozdibus hominuz. In eis hoc dicit cum deliberant vtrum ministerium tale suscipiant cui se minus idoneos existimāt: vt sine culpa impleant ne forte alijs predicantes /ipsi reprobi fiant. Tutius enim veritas auditur q̄ predicatur: quoniam cum auditur / humilitas custoditur. Cum autem predicatur / vix nō subrepit cuiuis hominum quantulacunq̄ iactantia: in qua vtiq̄ inquinentur pedes. Ergo vt apostolus iacobus dixit: sit omis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum. Dicit et alius homo dei. Auditui meo dabis gaudium et leticiam: et exultabunt ossa humiliata. Hoc est quod dixi: cum veritas auditur / humilitas custoditur. Dicit et alius. Amicus aūt sponsi stat et audit eum: et gaudio gaudet propter vocem sponsi. Fruamur auditu: sine strepitu nobis loquente intrinsecus veritate: quanq̄ etiam cum foris insecus insonat per legentem per annunciantem / per predicantem / per disputantem / per precipientem / per cōsolantem / per exhortantem / per ipsum etiam cantantem atq̄ psallentem: ipsi qui hec agunt: inquinare pedes suos timeant: cum placere hominibus subrepente amore humane laudis affectant. Ceterum qui eos audit libenter et pie: non habet locum iactandi se in laborib⁹ alienis: et non inflatis ossibus humiliatis: gaudio gaudet propter vocem dominice veritatis. Proinde in eis qui libenter ⁊ humiliter audire nouerunt: et vitam quietam i studijs dulcibus et salubribus agunt: catholica delicietur ecclesia ⁊ dicat. Ego dormio: et cor meum vigilat. Quid est ego dormio: ⁊ cor meum vigilat: nisi ita quiesco vt audiam? Ocium meum non impenditur nutriende desidie: sed percipiende sapientie. Ego dormio: et cor meum vigilat: vaco et video: quoniam tu es dominus: quia sapientiam scribo in tempore ocij: et qui minoratur actu ipse percipiet eam. Ego dormio: et cor meum vigilat. Ego requiesco a negocijs actibus: et animus meus diuinis se intendit affectibus. Sed in his qui isto modo suauiter et humiliter requiescunt: dū ocioſe oblectatur ecclesia: ecce pulsat ille qui ait. Que dico vobis in tenebris dicite in lumine: et quod in aure auditis predicate super tecta. Vox ergo eius pulsat ad ianuam: et dicit. Aperi mihi soror mea /proxima mea /columba mea /perfecta mea / quia caput meum repletum est roze: et crines mei guttis noctis. Velut si diceret. Tu vacas: et contra me hostium clausum est. Tu studes ocio paucorum et abundante iniquitate refrigescit charitas multorum. Nox quippe iniquitas est. Nos vero eius et gutte: hi sunt qui frigescunt et cadunt ⁊ faciunt refrigescere caput christi: hoc est vt non ametur deus / caput enim christi deus. Sed portantur in crinibus: id est in sacramentis visibilibus tolerātur: cū nequaq̄ interioza sensus attingunt. Pulsat ergo vt excutiat quietem sanctis ocijs: et clamat. Aperi mihi de sanguine meo soror mea: de accessu meo proxima mea / de spiritu meo columba mea / de sermone meo quē plenius ex ocio didicisti perfecta mea. Aperi mihi: predica me. Ad eos quippe qui clauserūt contra me quomodo intrabo sine aperiente? Quomodo enim audient sine predicante? Hinc fit vt etiam bi qui amāt ocium studiorum bonorum: et nolunt perpeti laboriosarum molestias actionum: eo q̄ minus idoneos ad hec ministranda / et sine reprehensione agenda se sentiunt: mallent si fieri posset sanctos apostolos et predicatores veritatis antiquos excitari aduersus abundantiā iniquitatis: quia feruor friguit charitatis. Sed in eis qui iam de corpore exierunt: et carnis indumento expoliati sunt: neq̄ enim ab ea separati sunt: respondeat ecclesia. Exui me tunica mea: quomodo induam eam? Recipietur quidem illa tunica et in eis qui iam exuti sunt / rursus vestietur carne ecclesia: non tamen nunc quando feruefaciendi sunt frigidi / sed tunc quando resurrecturi sunt mortui. Passa ergo difficultatem propter inopiam predicatorum et recolens illa sua membra sana sermonibus / sancta moribus: sed iam exuta coporibus: ingemit et dicit ecclesie. Exi me tunica mea: quomodo induam eam? Membra illa mea que christo aperire euangelizando excellentissime potuerunt: quomodo ad corpora quibus exuta sunt redire nūc possunt? Deinde respiciens ad eos qui predicare et populos acquirere ac regere: ac sic christo aperire vtcunq̄ possunt: ſz in his difficultatibus actionum peccare metuūt: laui inquit pedes meos: quomō inquinabo illos? Quisquis enī in verbo non offendit: hic perfectus est vir. Et quis est perfectus? Quis est qui non offendit in tanta abundantia iniquitatis: tanto frigore charitatis? Laui pedes meos: quomodo inquinabo eos? Quandoquidem lego et audio. Nolite multi magistri fieri fratres: quoniaz maius iudicium sumitis. In multis enīz offendimus omnes. Laui pedes meos: quomodo inquinabo eos. Sz ecce surgo et aperio / christe laua eos Dimitte nobis debita nostra: quoniam non est extincta charitas nſa: quia et nos dimittimus debitoribus nostris. Quā do te audiuimus exultāt tecum in celestibus ossa humiliata Sed quando te predicamus: terrā calcamus vt tibi aperiamus. Et ideo si reprehendimur perturbamur: si laudamur: inflamur. Laua pedes nostros ante mundatos: sed cum ad aperiendum tibi per terram pergimus inquinatos. Hec vobis hodie satis sint dilectissimi. Si quid secus q̄ oportuit dicentes fortassis offendimus: vel laudibus vestris immoderatius q̄ oportuit eleuati sumus: impetrate mundationem pedibus nris deo placentibus orationibus vestris.

Mattbei xxviij Johis.j.

j.Cor.ix.

Jacobi.j.

Pſ.l.

Johā.iij.

Canti.v. Pſ.xlv. Eccle. xxxviij.

Matth.x.

Canti.v.

j.Cor.xj.

Roma.x.

Canti.v. Jacobi.iij Matth.vj. Pſ.l.

Prouer. xxvij.

Tractatus.lviij.

¶Et vos mundi estis sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit. Nō estis mūdi omnes. Postq̄ ergo lauit pedes eorū: et accepit vestimenta sua: cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis: vos vocatis me magister ⁊ dñe: et bñ dicitis Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus et magister: et vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes: exēplum enim dedi vobis: vt quēadmodum ego feci vobis: ita et vos faciatis.

A

Iam illa verba sancti euāgelij vbi dominus lauās pedes discipulis suis ait. Qui lotus ē semel nō habet necessitatem nisi pedes lauare: sed est mundus totus: dilectioni vestre vt domin⁹ donare dignatus est exposuimus. Nunc quod sequitur videam⁹. [Et vos inquit mundi estis: sed non omnes.] Hoc quid sit ne queremus: ipse euangelista patefecit adiungēs. [Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes.] Quid hoc apertius? Proinde ad sequentia transeamus. [Postq̄ ergo lauit pedes eorum et accepit vestimenta sua: cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis?] Hūc est vt beato petro reddat illa ꝓmissio. Dilatum enim fuerat: quando expauescenti et dicenti: nō lauabis mihi pedes in eternum: respōsum est ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autē postea. Ecce est ipsum postea: tam tempus est vt dicatur quod pauloante dilatum est. Memor itaq̄ dominus se promisisse iamdudum sciētiā facti sui tam inopinati / tam mirabilis / tam expauescendi: ⁊ nisi ipse vehemēter terruisset nullo mō sinēdi vt magister nō tantum ipsoz sed angelorum: et dñs non tantum ipsorum sed rerū oīm / lauaret pedes discipulorum et seruorum suorum. Huius ergo tanti facti quoniam promiserat scientiam dicens. Scies aūt postea: q̄d sit q̄ fecit docere nūc incipit [Vos inq̄t vocatis me magister ⁊ dñe: ⁊ bñ dicitis. Sum etenim.] Bene dicitis q̄ verū dicitis. Sum quippe q̄ dicitis. Domini ꝑceptū ē: nō te laudet os tuū: ſz laudet te os ꝓximi tui. Periculosuz est eni sibi placere: cui cauēdū est superbire. Ille autem qui super oia est: ꝗtumcūq̄ se laudet non se extollit excelsius: nec

potest recte dici arrogans deus. Nobis nanq; expedit eum nosse nō illi nec eu; quisq; cognoscat si non se indicet ipse qui nouit. Si ergo non se laudādo quasi arrogantiam vitare voluerit: nobis sapientiam denegauit. Et magistrum quidem quod se esse dicit nemo reprehēderet / etiam qui eū nihil esse aliud q̄ hominem crederet: q̄m id profitetur quod et ipsi homines in cuiuslibet artibus vsq; adeo sine arrogantia profitentur: vt professores vocentur. Quod vero dominum t ipse se dicit discipulorum suorum: cum sint illi etiam fm seculum ingenui: quis ferat i homine? Sed deus loquitur. Nulla est hic elatio tante celsitudinis: nullum mendacium veritatis: nobis subiacere illi vtile est celsitudini: nobis seruire vtile ē ei veritati. Quod se dīm dicit non illi vitiū est: sed nobis beneficium. Cuiusdam secularis auctoris ꝟba laudātur: quia dixit. Cum omīs arrogantia odiosa est: tamen illa ingenij t eloquentie multo molestissima. Et tamen idem ipse cum de sua eloquentia loqueretur: diceret inquit perfectam si ita iudicarē: nec in veritate crimē arrogantie pertimescerem. Si igitur ille homo eloquentissimus in veritate arrogantiā non timeret: quomodo arrogantiam ipsa veritas timet. Dicat se dominum qui dominus est: dicat se verum qui veritas est. Mōne dicam ego quod vtile est: dum tacet ille quod ē? Beatissimus paulus non vtiq; vnigenit⁹ dei filius: sed vnigeniti dei filij seruus et apostolus: nō veritas sed particeps veritatis: ait libere et constanter. Et si voluero gloriari non ero insipiens: veritatem enim dico. Neq; enim in seipso sed i ipsa veritate que superior est ipso: t humiliter t veraciter gloriaretur: quoniam t ipse precepit: vt q̄ gloriatur in domino glorietur. Ita ne nō timeret t insipientiā si gloriari vellet amator sapientie: et in gloria sua timeret insipientiam ipsa sapiētia?. Non timuit arrogantiam qui dixit. In domino laudabitur anima mea. Et in laude sua timeret arrogantiam potestas domini: in quo laudatur anima serui Glos inquit vocatis me magister t domine: et bene dicitis. Sum etenī. Jdeo bene dicitis: quia sum. Nam si non essem quod dicitis: male diceretis etiam si me laudaretis. Quomodo ergo negaret veritas / quod dicunt discipuli veritatis? Quomodo quod dicunt qui didicerunt / negaret ipse vnde didicerunt. Quomodo fons negat quod bibens predicat? Quomodo lux occultat: quod videns indicat. [Si ergo (inq̄t) ego laui pedes vestros dominus et magister: debetis et vos alter alteri⁹ lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodū ego feci vobis: ita et vos faciatis.] Hoc est beate petre q̄ nesciebas: quando fieri non sinebas. Hoc tibi postea sciēdū promisit: quando vt sineres territ te magister tuus: t dominus tuus lauans pedes tuos. Didicimus fratres humilitatē ab excelso: faciamus inuicem humiles quod humiliter fecit excelsus. Magna est commendatio humilitatis: et faciunt sibi hoc inuicem fratres etiam opere ipo visibili: cum se inuicem hospitio recipiunt. Est enim apud plerosq; consuetudo huius humilitatis vsq; ad factū: quo cernatur expressa. Unde t apostolus cum videret bene meritam commendaret: si hospitio inquit recepit: si sanctorū pedes lauit. Et apud sanctos vbicunq; hec cōsuetudo non est: quod manu nō faciunt: corde faciunt: si in illorū numero sunt quibus dicitur i hymno beatorum trium puerorum. Benedicite sancti t humiles corde domino. Multo autem est melius et sine controuersia verius vt etiā manibus fiat: nec dedignetur quod fecit xps: facere christianus. Cū enim ad pedes fratris inclinatur corpus: etiā in corde ipso vel excitatur: vel si iam inerat confirmatur ipsius humilitatis affectus. Sed excepto isto morali intellectu ita nos huius dīci facti altitudinē commendasse meminimus: quod lauando pedes iam lotorū atq; mundor discipulorū significauerit dns, ppter humanos quibus i terra versamur affectus. Q̄tūlibet profecerimus in apprehensione iusticie: sciamus nos sine peccato non esse: q̄ subinde abluit interpellando p nobis cū oramus patrē qui in celis ē vt debita nostra dimittat nobis: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quomodo ergo ad hūc intellectū poterit pertinere hoc quod ipse postea docuit: vbi sui facti exposuit rōnē dicens? Si ego laui vestros pedes dns et magister: debetis et vos alter alterius lauare pedes. Exemplū enī dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis: ita t vos faciatis. Nunquid possumus dicere quod etiaz frater fratrē a delicti poterit contagione mundare?. Immo vero id etiam nos esse admonitos in huius dominici operis altitudine nouerim⁹: vt confessi inuicem delicta nostra oremus pro nobis sicut et christus interpellat pro nobis. Audiamus apostolū iacobū hoc ipsum euidentissime precipientem et dicentem. Confitemini inuicem delicta vestra et orate pro vobis: quia et hoc dominus nobis dedit exemplum. Si enim ille qui vllū peccatum nec habet: nec habuit: nec habebit orat pro peccatis nostris: q̄tomagis nos inuicem pro peccatis nostris orare debemus? Et si dimittit nobis ille cui non habemus quod dimittamus: q̄tomagis dimittere nobis debemus inuicem qui sine peccato hic viuere non valemus? Quid enim videt in hac altitudine sacramēti dominus significare / cum dicit: exēplum enim dedi vobis: vt quēadmodum ego feci vobis: ita et vos faciatis: nisi quod apertissime dicit apostol⁹. Donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut et dominus donauit vobis: ita et vos inuicem: Jtaq; nobis delicta donemus et pro nostris delictis inuicē oremus: atq; ita quodammodo inuicem pedes nostros lauemus. Nostrum est donāte ipso ministerium charitatis t humilitatis adhibere: illius est exaudire ac nos ab omni peccatorum contaminatione mundare per christum et in christo: vt quod alijs etiam dimittimus: hoc est in terra soluimus / soluatur et in celo.

Iacob. v.

Colos. iij.

ij. Cor. xi j.

ij. Cor. x.

pō. xxxiij.

Johañ. xiij.

Daniel. iij

Matth. vj

Tractatus. lix.

¶ Amen amen dico vobis non est seruus maior domino suo. Neq; apostolus maior eo qui misit illum. Si hec scitis beati eritis si feceritis ea: nō de omnibus vobis dico ego scio quos elegerim sz vt adimpleatur scriptura Qui māducat mecū panem leuabit contra me calcaneum suū. Amodo dico vobis priusq; fiat: vt cum factum fuerit credatis: quia ego sum. Amen amen dico vobis qui accipit si quem misero: me accipit: qui autem me accipit: accipit eum qui me misit.

Audiuimus sanctum euāgelium: loquēte domino atq; dicente. [Amen amen dico vobis: non est seruus maior domino suo: neq; apostolus maior eo qui misit illum. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea.] Hoc ideo dixit: quia lauerat discipulorū pedes magister humilitatis et verbo et exemplo. Sed poterimus ea q̄ sunt operosius differenda ipso adiuuante differere: si non in eis qua manifesta sunt immoremur. Cuz ergo hec dominus premisisset adiunxit. [Non de oībus vobis dico. Ego scio quos elegerim: sed vt †impleatur scriptura: q̄ manducat panem meum leuabit † super me calcaneum suum.] Hoc quid est aliud: nisi conculcabit me. Notum est de quo loquatur: iudas ille traditor eius attingitur. Ergo ipsum non elegerat / vnde ab eis quos elegit isto sermone secernit. Quod ergo dico inquit: beati eritis si feceritis ea: non de omnibus vobis dico. Est inter vos qui nō erit beatus: neq; faciet ea. Et ego scio quos elegerim. Quos nisi eos qui beati erunt faciendo que precepit ac faciendo monstrauit: qui efficere beatos potest? Nō est igitur traditor iudas electus? Quid est ergo q̄ alio loco dicit. Nonne ego vos duodecim elegi: et vnus ex vobis diabolus est? An t ipse ad aliquid est electus ad quod vtiq; erat necessarius. Non autem ad beatitudinem de qua modo ait. Beati eritis si feceritis ea? Hoc non de omnibus dicit. Scit enim quos ad societatem beatitudinis huius elegerit. Non est ex eis iste qui panem eius sic edebat: vt super eum leuaret calcaneum. Illi manducabant panem dominū ille panem domini contra dominum: illi vitam / ille penam. Qui enim manducat indigne (ait apostolus) iudicium sibi māducat. [Amodo inquit dico vobis priusq; fiat vt cum factum fuerit credatis quia ego sum.] Jd est: ego sum de quo illa scriptura precessit: vbi dictum est. Qui manducat panez meum leuabit super me calcaneum suum. Deinde sequitur t dicit. [Amen amen dico vobis: qui accipit si quem misero me accipit. Qui aūt me accipit: accipit eū q̄ me misit.] Tātū ne distare voluit intelligi inf eū quē mittit t seipm: q̄tū inter seipsum et patrem deum. Hoc si isto modo acceperimus: ne-

A

B

scio quos gradus (qđ absit) arrianoꝝ more faciemus. Illi quippe cū audiunt hec euangelica verba seu legunt: statim ad illos gradus sui dogmatis currunt: quibus nō ascendunt ad vitam sed precipitantur ad mortē. Cōtinuo quippe dicūt Ætum apostolus filij distat a filio: cuius dixerit. Qui accipit si quē misero: me accipit. Tantū distat ꝛ filiꝰ a pre: cuius dixerit: q̄ aūt me accipit: accipit eū q̄ me misit. Sz si ꝺ dicis oblitus es heretice gradꝰ tuos. Si enim tāto interuallo propter hec ꝺñi verba filiū a pre ætum ap̄lm distinguis a filio: vbi positurus es spiritū scm? Excidit ne tibi? Vis eū ponere solere post filium? Erit ipse inter ap̄lm ꝛ filium. Et multo amplius distabit filius ab ap̄lo cuꝝ pater a filio. An forte vt inter filium et ap̄lm atq; inter patrē et filiū maneat parib⁹ interuallis ista distinctio: equalis erit spūssanctus filio. Sz nec hoc vultis. Vbi ergo eū posituri estis. Si cuꝝ filiū p̄ri: tāta ap̄lm filio discretiōe supponitis? Cohibete itaq; vestre presumptionis audaciam: et in his verbis nolite querere cuꝝtam filij et ap̄li tantā patris filijq; distātiam. Ipsum filiū audite potius dicentē. Ego ꝛ pater vnū sumus. Vbi veritas vobis inter genitorē et vnigenitū nullā distātie suspitionē reliquit vbi gradꝰ vestros christus elisit: vbi scalas vestras petra cōfregit. Sed hereticoꝝ calūnia refutata: quonam modo nos accepturi sumus hec ꝺñica ẏba: qui accipit si quē misero me accipit: qui aūt me accipit: accipit eū q̄ me misit. Si enī voluerimus intelligere ideo dictū: q̄ me accipit: accipit eū qui me misit. q̄ vnius nature sint pater ꝛ filius: cōsequēs videbitur ex eoꝝ ūdem verboꝝ regula q̄ dictū est: q̄ accipit si quem misero me accipit: vt vnius nature sit filius et ap̄l's. Posset quidē nō incōuenienter ꝛ hoc intelligi: quō gemie e ille gigas
Johan.j. subst̄tie: q̄ exultauit ad currendā viā. Verbū enī caro factū est: ꝺ est deus hō factus e. Proinde ita dixisse posset videri q̄ accipit si quē misero me accipit fm hoiez: q̄ aūt me fm deū accipit: accipit eū q̄ me misit. Sz cū ista diceba: non ab illo nature vnitas: sed in eo q̄ mittitur mittētis cōmendabat auctoꝛitas. Sic itaq; eū q̄ missus e vnusquisq; accipiat: vt i illo eū q̄ misit attēdat Si ergo attēdas xp̄m i petro: inuenies discipuli p̄ceptorē. Si aūt attēdas patrē in filio: inuenies vnigenti genitorē: ac sic ieo q̄ missus e sine vllo accipis erroꝛe mittentē. Ea q̄ sequuntur i euāgelio: non sunt tpis bꝛeuitate coartanda. Et ideo sermo iste fratres charissimi velut ouiū sanctarum cibus si sufficit salubꝛiter capiatur: si exiguus est desiderabilius ruminetur.

Tractatus. lx.

¶Cum hec dixisset iesus: turbatus est spiritu. Et pꝛotestatus est et dixit. Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me.

A

Et infra trac.lxj.a. IN parua fratres ex euangelio beati iohis nobis pponitur questio: vbi ait. [Cuꝝ hec dixisset iesus turbatus est spū: et pꝛtestatus e ꝛ dixit. Amen amē dico vobis: qꝛ vnꝰ ex vobis tradet me] Dic ne turbatus e iesus nō carne sed spū: qꝛ dicturus fuerat vnꝰ ex vobis tradet me? Nunq̄d nam illi ꝺ tunc p̄mū venit in mentem vel tūc p̄mū ei subito reuelatū est: cumq; repētina tanti mali nouitate turbauit. Mōne hic pauloante loq̄bat dicēs: q̄ manducat panē meū: leuabit sup me calcaneū? Mōne etiā iā superius dixerat: ꝛ vos mūdi estis sz nō oēs? Vbi euāgelista subiūxit: sciebat enī quisnā esset q̄ traderet eū. Quē iā ꝛ aſi significauerat dicēs. Mōne ego vos duodecim elegi: ꝛ vnꝰ ex vo
Johan.vj. bis diabolus e? Quid est g̃ q̄ nūcturbat⁹ e spū cū ꝓtestat⁹ e et dixit. Amen amē dico vobis: qꝛ vnꝰ ex vobis tradet me An qꝛ eū iam fuerat exꝓpessurus: vt nō lateret i ceteris: sz discerneretur a ceteris? Ideo turbat⁹ e spū. Et qꝛ ipe traditoꝛ iā fuerat exiturus vt iudeos q̄bus ꝺñs ab eo traderet adduceret: turbauit eū imminēs passio ꝛ periculū primū ꝛ traditoꝛis impēdēs manus: cuiꝰ fuerat pꝛecognit⁹ animꝰ. Tale quippe e hoc q̄ ihesus turbatus e spū: quale etiā illud q̄ ait.
Johan.xij Nunc aīa mea turbata e: ꝛ q̄d dicā? Pater salua me ex hoꝛa hac: sed ꝓptereā veni in hoꝛā hanc. Sicut ergo tūc eius aīa turbata e hoꝛa ꝓpinquāte passionis: ita etiā nūc exituro iuda atq; vēturo ꝛ ꝓpinquāte tanto scelere traditoꝛis: turbat⁹
Johan.x. est spū. Turbatus est ergo potestatē habēs ponēdi animaz suā ꝛ potestatē habēs iterū sumēdi eam? Turbatur tā ingēs potestas: turbatur petre firmitas: an potius in eo infirmitas? Ita vero nihil indignū credāt serui de ꝺño suo: sed cognoscant se mēbra in capite suo. Qui mortuus est ꝓ nobis: pꝛius turbatus est idemipse pꝛo nobis. Qui g̃ potestate mortuus est: potestate turbatus est. Qui trāsfigurauit coꝛpꝰ hūilitatis nre ꝓforme coꝛpoꝛi gloꝛie sue: transfigurauit etiā in se affectū infirmitatis nre: cōpatiens nobis affectu aīe sue Proinde q̄n turbatur magnus / fortis / certus / inuictus / nō ei timeam⁹ quasi deficiat: nō perit sed nos querit. Nos inq̄ nos oīno sic querit: nosipsos in illius pturbatione videam⁹: vt q̄n turbamur non desperatione pareamus. Q̄n turbat qui non turbaretur nisi volens: eū consolatur q̄ turbat et nolens.
Pereant argumēta philosophoꝝ: q̄ negant sapientē cadere perturbationes animoꝝ. Stultam fecit deꝰ sapientiā huius mūdi: ꝛ ꝺñs nouit cogitationes hoīm q̄n vane sunt. Turbet plane animus xp̄ianus: non miseria sed mia. Timeat ne pereant hoies xp̄o: contristentur cū perit aliquis xp̄o: cōcupiscat acquirere hoies xp̄o: letetur cū acquiruntur hoies xp̄o / ꝛ timeat ne ꝛ sibi pereat ꝛ xp̄o: cōtristetur peregrinari se a xp̄o cōcupiscat regnare se cū xp̄o: letetur ꝺū sperat se regnaturū esse cum xp̄o. Iste sunt certe quattuoꝛ quas perturbationes vocant: timoꝛ ꝛ tristicia: amoꝛ et leticia. Habeant eas iustis de causis anim xp̄iani. nec philosophoꝝ stoicoꝝ vel quoꝛumcūq; similiū cōsentiatur erroꝛi: q̄ profecto quēadmodū vanitatē existimāt veritatē: sicut stupoꝛem deputāt sanitatē ignoꝛantes sic hoīs aīum quemadmodū coꝛporis mēbrum desperatius egrotare q̄n ꝛ doloꝛis amiserit sensum. Sz dicit B
aliquis. Munquid anim⁹ xp̄iani debet etiā morte impēdēte turbari. Vbi est enī qꝺ ait ap̄ls concupiscentiam se habere dissolui et esse cū xp̄o. Si illud qꝺ cōcupiscit pōt eū turbare Phil.j. cū venerit? Facile est quid e istis ad hec respōdere: q̄ ꝛ ipsam leticiā pturbationē vocāt. Quis enim ꝓptere a morte imminēte turbatur: quia morte imminēte letatur. Sed ꝺ inquiūt gaudiū nō leticia nominanda e. Quid e hoc nisi eaſdem res sentire: ꝛ rerū noīa velle mutare? Verū nos sacris litteris ac comodemus auditū: et fm ipsas potius istā questionez ꝺño adiuuāte soluam⁹. Nec qm̄ scriptū e: cū hec dixisset turbat⁹ Mat.xxvj
est spū: dicamus eū leticia fuisse turbatū ne verbis suis nos ipse cōuincat: vbi dicit: tristis e aīa mea vsq; ad mortē. Tale aliq̄d etiā hic intelligendū est: q̄n suo traditoꝛi eiam tūc solo exituro ꝛ cū suis socijs cōtinuo redituro / iesus turbat⁹ e spū. Firmissimi quidē sunt christiani: si q̄ sūt qui nequaq̄ morte imminēte turbant. Sed nunq̄d xp̄o firmioꝛes? Quis hoc insanissim⁹ dixerit? Quid est ergo qꝺ ille turbatus e: nisi quia infirm⁹ in suo coꝛpe hoc e in sua ecclesia / sue infirmitatis voluntaria similitudine cōsolatus e: vt si q̄ suoꝝ adhuc morte imminēte turbant: in spū ipsum intueantur: ne bocipso se putātes reꝓbos peioꝛe desperatiōis morte sorbeātur. Ætū itaq; bonū de ꝓticipatiōe diuinitatis ei⁹ spectare ꝛ sperare debem⁹: cui⁹ nos ꝛ pturbatio trāquillat ꝛ infirmitas firmat Siue ergo isto loco ꝓpter ipm iudā pereuntē miserādo turbatus e: siue sua morte ꝓpinquāte turbatus e: non est tñ vllo modo dubitandū: nō eū animi infirmitate sed potestate turbatū: ne nobis desperatio salutis oꝛiat: q̄n nō potestate sz infirmitate turbamur. Carnis quippe ille gerebat ifirmitatē: q̄ infirmitas resurrectione cōsumpta est. Sz q̄ nō solū hō verumetiā deus erat ineffabili distātia vniuersuz gen⁹ hūanū animi foꝛtitudine superabat. Nō ergo aliquo est cogēte turbatus: sed turbauit semetipm: qꝺ de illo euidēter exꝓessum est q̄n lazarū suscitauit. Nam ibi scriptū est qꝺ turbaueri tsemetipsum: vt hoc intelligaꝛ ꝛ vbi nō scriptū legitur. Et tñ cū legimus fuisse turbatū: affectum quippe humanum quando oportuit in se indicauit: in seipso potestatem commouit qui hominem totum potestate suscepit.

Tractatus.lxj.

¶Aspiciebāt ergo ad inuicem discipuli hesitantes: de quo diceret. Erat ergo recūbens vnus ex discipulis eius in sinu iesu: quem diligebat iesus innuit ergo huic simō petrus: et dixit ei. Quis ē de quo dicitur. Itaq; cum recubuisset ille supra pectus iesu dicit ei. Domine quis est. Respōdit iesus. Ille est cui ego intinctū panem porrexero Et cū intinxisset panem dedit iude simonis sca-

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

riothis. Et post bucellā introiuit in eū sathanas

A HOc euangelij capitulum fratres ita nobis exponē dum in hac lectione ꝓpositum est: vt iam etiam de traditore domini per panem tinctum eiꝯ ꝓrectum satis euidēter expresso aliquid dicere debeamus. Et de illo quidem quod eum iam demōstraturus Jesus turbatus est spiritu: ꝓterito sermone disserui. Sed fortassis quod ibi non dixi: etiam hoc nobis dominus signi
ō. trac. lx. a ficare sua perturbatione dignatus est. Quod scilicet falsos
Wat. xiij. frātres ⁊ dñici agri illa zizania: ita necesse est vsqꝫ ad messis tempus inter frumenta tolerari: vt quādo ex eis aliqua separari etiam ante messem vrgens causa cōpellit fieri sine ecclesie perturbatione nō possit. Hanc perturbationem sanctorū suorum per scismaticos ⁊ hereticos futuram quodammodo prenunciās dominus prefigurauit in seipso: cū exiturus iuda homine malo et commixtionem frumenti in qua diu fuerat toleratus separatione apertissima relicturo: turbatus ē non carne sed spiritu. Spirituales enim eius in huiusmodi scandalis non peruersitate sed charitate turbātur: ne forte ī separatione aliquorum zizaniorum simul aliquod eradicetur et triticum. Turbatus itaqꝫ est iesus spiritu: et ꝓtestatus est et dixit. Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me. Vnus ex vobis: vn⁹ numero non merito: vnus specie nō virtute. Commixtione corꝓali non vinculo spirituali: carnis adiunctione: non cordis socius vnitate. Ꝓinde non q̄ ex vobis est: sed qui ex vobis exiturus est. Nam quomodo
j. Johā. ij. erit verum qō ꝓtestatus est dominus et dixit: vnus ex vobis: si verū est quod ait idemipse ī epistola sua cuius est hoc euangelium: ex nobis exierunt: sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis mansissent vtiqꝫ nobiscum? Non erat igitur ex illis iudas. Māsisset enim cum illis: si esset cū illis Quid est ergo vnus ex vobis tradet me: nisi vnus ex vobis exiturus est qui me tradet? Quia ⁊ ille ait. Si fuissent ex nobis: mansissent vtiqꝫ nobiscū. Jam dixerat ex nobis exierūt ac ꝙ hoc vtrūqꝫ verum est / et ex nobis et nō ex nobis. Scōm aliud ex nobis: fm aliud non ex nobis. Scōm communionē sacramentorum ex nobis: fm suorum ꝓprietatem criminū non ex nobis. [Aspiciebāt ergo ad inuicem discipuli hesitātes de quo diceret.] Sic quippe ī eis erat erg amagistrū suū pia charitas: vt tamen eos humana alterum de altero stimularet infirmitas. Nota quidem sibi erat cuiusqꝫ conscientia. Verumtamē q⁹ ꝓximi erat ignota: ita sibi singulus quisqꝫ erat certus: vt incerti essent ⁊ in ceteris singuli / ⁊ in singulis
B ceteri. [Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius ī sinu iesu: quem diligebat iesus.] Qui dixerat: in sinu: paulopost ait vbi dicit supra pectus iesu: ipse est iohannes cuius ē hoc euangelium: sicut postea manifestat. Erat enim eorū hec cōsuetudo qui sacras litteras nobis ministrauerunt vt quādo ab aliquo eorum diuina narrabatur hystoria: cum ad seipm veniret / tanqꝫ de alio loqueretur: ⁊ sic se insereret ordini narrationi sue: tanqꝫ rerū gestarum scriptor: nō tanqꝫ suipsius
Matth. ix ꝓdicator. Nam et hoc sanctus Mattheus fecit. Qui cū in textu narrationis sue veniisset ad seipsum: vidit inquit ī teloneo sedentem quendam publicanum nomine Mattheum: et ait illi. Sequere me. Non ait vidit me: et dixit mihi. Hoc fecit et beatus moyses: ita de seipso tanqꝫ de alio cuncta narra-
Exo. vij. uit ⁊ ait. Dixit dominus ad moysen. Inusitatius apostolus paulus non in hystoria vbi rerum gestarum suscipitur explicanda narratio: sed in epistola hoc fecit. Nam vtiqꝫ de seipso
ij. Cor. xij. ait. Scio hominē in christo ante annos quattuordecim: siue in corꝓre siue extra corpus nescio deus scit: raptum huiusmodi vsqꝫ ad tercium celum. Quo circa quod etiam hic beatus euangelista non ait. Eram recumbens in sinu iesu: sꝫ ait Erat recumbens vnus ex discipulis: nostrorum auctorum consuetudinem agnoscamus potius q̄ miremur. Quid enim deperit veritati: quando et res ipsa dicitur: et modo quodā dicendi iactātia deuitatur? Hoc quippe narrabat: quod ad eius laudem maximam pertinebat. Quid est autem quē diligebat iesus? quasi alios non diligeret: de quibus idemipse
Johā. xiij iohānes superius ait In finē dilexit eos? Et ipse dñs. Ma-
Johā. xv. iorem hac charitatem nemo habet: q̄ vt aīam suā ponat ꝓ amicis suis. Et quis enumeret omnia diuinarum testimonia paginarum: quibus dominus iesus non illius neqꝫ eorū qui tunc erant tantum: sed etiam post futurorum membrorū suorum et totius ecclesie sue dilectoꝛ ostenditur? Sed ꝓfecto latet hic aliquid et pertinet ad sinum: in quo recumbebat qui ista dicebat. Per sinū quippe quid significatur aliud q̄ secretum? Sed alius est opportunior locus: vbi nobis dominus aliq̄d donet de hoc secreto quātum sufficiat dicere. [Innuit ergo simon petrus: ⁊ dicit ei.] Notanda locutio est: dici aliquid non sonādo sed tantummodo innuendo. Innuit tingt et dicit: vtiqꝫ innuendo dicit. Si enim cogitando aliquid di Sapiē. ij.
citur sicut scriptura loquit: dixerunt apud semetipsos: q̄to magis innuendo vbi iam foras aliquibus signis ꝓmitur q̄ fuerat corde conceptum? Quid ergo dixit innuendo? Quid nisi quod sequitur. [Quis est de quo dicit.] Hec verba petr⁹ innuit: quia non sono vocis sed motu corꝓris dixit. [Itaqꝫ cum recubuisset ille supra pect⁹ iesu.] Hic est vtiqꝫ pectoris sinus sapientie secretum. [Dicit ei. Domine quis est? Respōdit iesus. Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cū intinxisset panem: dedit iude simonis scariothis. Et post † panem: tūc introiuit in illum sathanas.] Expressus est tra- † Tex. hꝫ buccellā.
ditor: nudate sunt latebre tenebrarum. Bonum est quod accepit: sed malo suo accepit: quia male bonum malus accepit Verum de isto pane tincto qui porrectus est ficto: et de his que sequuntur multa dicenda sunt: quibus necessariū ē plus temporis q̄ nunc habemus iam in isthus fine sermonis.

Tractatus. lxij.

¶ Et cum intinxisset panem dedit iude simonis scariothis. Et post buccellam introiuit in eum sathanas. Et dicit ei Jesus: quod facis fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbētium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabāt quia loculos habebat iudas q⁹ dixisset ei iesus. Eme ea q̄ op⁹ sunt nobis ad diē festum: aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam exiuit continuo erat autem nox. Cum ergo exisset dixit iesus: nunc clarificatus est filius hominis.

SCio fratres charissimi moueri posse nōnullos siue A
pios vt requirant: siue impios vt reprehendāt: qō postea q̄ panē tinctum traditori suo dominus dedit / intrauit in illum sathanas. Sic enim scriptum est. [Et cuz intinxisset panem dedit iude simonis scariothis et post panem tunc introiuit in illum sathanas.] Dicūt enim Jta ne hoc meruit panis christi porrectus de mensa christi: vt post illum intraret in eius discipulum sathanas? Quibus respondemus hinc nos potius doceri: q̄ sit cauendum male accipere bonuz. Multum quippe interest non quid accipiat sed quis accipiat: nec quale sit quod datur: sed qualis sit ipe cui datur. Nam et bona obsunt / et mala prosunt: sicut fuerit quibus dantur. Peccatū inquit apostolus vt appareat pec- Roma. vij
catum: per bonum mihi operatum est mortem. Ecce per bonum factum est malum: dum male accipitur bonuz. Itemqꝫ ipse ait. In magnitudine reuelationum mearum ne extollar ij. Cor. xj.
datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet: propter quod ter dominum rogaui vt auferret eum a me ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Ecce per malum factum est bonū: dum bene accipitur malum. Quid ergo mraris si datus est iude panis christi per quem mancipar etur diabolo: cum videas econtrario datum paulo angelum diaboli per quē perficeretur in christo. Jta et malo bonum obfuit: et malum bono profuit. Recordāmini vnde sit scriptum. Quicunqꝫ man- j. Cor. xj.
ducauerit panem aut biberit calicem domini indigne: reus erit corꝓris et sanguinis domini. Et de his erat sermo cuz hoc apostolus diceret. Qui domini corpus velut alium cibum quemlibet indiscrete negligēterqꝫ sumebant. Hic ergo si corripitur qui non diiudicat: hoc est non discernit a ceteris cibis dominicum corpus: quomodo non damnatur qui ad eius mensam fingens amicum accedit inimicus? Si reprehensione tāgitur negligentia conuiuantis: qua pena percutitur venditor inuitantis? Quid erat autem panis traditori datus: nisi demonstratio cuius gratie fuisset ingratus? Intrauit autē sathanas post hūc panem in dñi traditorem.

vt sibi iam traditū plenius possideret: in quē p̄ri⁹ intrauerat vt deciperet. Neq; enim non in illo erat quando perrexit ad iudeos: ⁊ de p̄recio tradēdi dñi pact⁹ est cū hec aptissime lu
Luce.xxij cas euāgelista testetur ⁊ dicat. Intrauit aūt sathanas in iudam qui cognominabatur scarioth vnum de duodecim: et abijt ⁊ locutus est cū p̄ncipibus sacerdotū. Ecce vbi ostenditur q̄ iam intrauerat sathanas in iudam. P̄rius ergo intrauerat immittēdo in cor eius cogitationē q̄ traderet xp̄m talis enim iam venerat ad cenandū. Nunc autē post panem intrauit in eū: non ad hoc vt alienū tentaret: sed vt p̄opriuz
B possideret. Non autē vt putant quidam negligenter legētes tunc iudas corpus xp̄i accepit. Intelligendū est enim quod iam omnibus eis distribuerat dñs sacramentū corporis et sanguinis sui: vbi et ipse iudas erat. Sicut sanct⁹ lucas euiLuce.xxij dentissime narrat. Ac deinde ad h̄ ventū est vbi ꝑm narratio nem iohānis apertissime dñs per buccellam tinctā atq; porrectam suū exp̄amittraditorē: fortassis per panis tinctionē illius significās fictionem. Non enim omnia que tinguntur abluuntur: sed vt inficiant nonnulla tingūtur. Si autē bonū aliquid hic significat tinctio: idem bonū ingratuz nō immerito est secuta dānatio. Adhuc tamē iuda possessio non a dño sed a diabolo: cum homini ingrato intrasset panis in ventrē hostis in mentem: adhuc inq̄ tanti mali iam corde concepti plenus restabat effectus: cuius iam p̄decesserat damnandus affectus. Itaq; cū dom⁹ panis viuus panez mortuo tradidisset: ⁊ panem tradendo panis traditorem ostendisset: [q̄ facis (inquit) fac citius.] Nō p̄cepit facinus: sed p̄dixit iude malū nobis bonū. Quid enim iuda peius? Et quid nobis melius q̄z traditus christ⁹ ab illo: vtilis aduersus illum: p̄o nobis p̄eter illum. Quod facis fac citius. O verbum libentius parati ad passionem / q̄z irati ad vindictam. O vbū nō tam penam exp̄imens p̄ditoris / q̄z mercem significās redemptoris. Dixit enim. Quod facis: fac citius. Non tam in perniciem perfidi seuiēdo q̄z ad salutem fideliū festinādo qui a traditus est p̄opter delicta nostra: et dilexit ecclesiam et semetipsum tradidit p̄o ea. Unde et de seipso dicit ap̄lus
Galath.ij. Qui dilexit me: et tradidit seipsum p̄o me. Nisi ergo se traderet christus: nemo traderet christum. Quid habet iudas / nisi peccatum? Neq; enim in tradendo christo salutem nostram cogitauit p̄opter quaz traditus est christus: ꝙz cogitauit pecunie lucrum / ⁊ inuenit anime detrimentum. Accepit mercedē quam voluit: sed nolenti est data quā meruit. Tradidit iudas christuz: tradidit christus seipsum. Ille agebat negocium sue venditionis: iste nostre redemptionis. Quod facis fac citius: nō quia tu potes sed quia hoc vult qui omnia potest. [Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enī putabant quia loculos habebat iudas
†dixisset. quod † dixit ei iesus eme ea q̄ opus sunt nobis ad diem festū
xij.q.j. ba- aut egenis vt aliquid daret.] Habebat ergo et dominus lobebat. culos: et a fidelibus oblata conseruans: ⁊ suorū necessitatib⁹ et alijs indigentibus tribuebat. Tunc p̄imum ecclesiastice
Matth.vj pecunie forma est instituta: vbi intelligeremus quod p̄cepit non cogitandum esse de crastino: non ad hoc fuisse p̄ceptum / vt nihil pecunie seruetur a sanctis. Sed ne deo ꝑ ista seruiatur: et p̄opter inopie timorem iusticia deseratur. Nā
j.Thi.v. et apostolus imposterum p̄euidens ait. Si quis fidelis habet viduas sufficienter tribuat eis vt non grauetur ecclesia:
†Tex.hz quo veris viduis sufficere possit. [Cum ergo accepisset † bucellam † exijt continuo. Erat autez nox:] et ipse q̄ exiuit erat
†Al. exi- uit. nox. [Cum ergo exisset nox ait iesus. Nunc clarificatus ē filius hominis.] Dies ergo diei eructat verbum: id est. Chr:
Pſ.xviij. stus discipulis fidelibus: vt audirēt eum et amarēt sequēdo. Et nox nocti annunciat scientiam: id est. Judas iudeis infidelibus: vt venirent ad eum et apprehenderent persequēdo. Sed iam hunc in sermone dñi q̄ factus ē ad pios anteq̄ teneretur ab impijs / intentio flagitatur auditoris: ⁊ ideo eum p̄cipitare non debet sed differre potius disputator.

Tractatus.lxij.

C Nūc clarificatus est filius hoīs: et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo / et deus clarificauit eū in semetipso: ⁊ continuo clarificabit eum.

A Ttendamus mentis obtutu: ⁊ adiuuāte domino deum requiram⁹. Diuini cantici vox est. Querite deum et viuet aīa vestra. Queramus inueniendū queram⁹ inuētū. Ut inuentēdus querat / occult⁹ ē: vt inuētus querat / immēsus ē. Eū alibi dr. Querite faciē Esaie.lv. Pſ.ciij. ei⁹ semp. Satiat enī querētē inq̄tū capit ⁊ inuenientē capacioz facit: vt rursus q̄rat implere vbi pl⁹ capere ceperit. Nō q̄ ita dictū ē: q̄rite faciē ei⁹ semp: quēadmodū de quibusdā: semp discētes ⁊ ad scientiā v̄itatis nunq̄ puenientes: sz poti⁹ ij.Thi.iij. sic ille ait. Cū cōsūmauerit hō tūc incipit: done c ad illā vitā Ecc.xviij. veniam⁹ vbi sic impleamur vt capaciores nō efficiamur: q̄ ita p̄fecti erim⁹ vt iā nō p̄ficiam⁹. Tūc enī ostēdetur nob q̄ sufficit nobis. Hic aūt semp queram⁹: ⁊ fructus inuētionis nō sit finis inquisitionis. Neq; enim p̄propter ea non semp: quia hic tantū: sed ideo hic semper dicim⁹ esse querendū: ne aliq̄ hic putemus ab inquisitione cessandū. Nam ⁊ de quibus dic- Thimo. tum est: semp discentes ⁊ ad veritatis scientiā nunq̄ perue vbi.ō. nientes. Hi sunt vtiq; semp discētes. Cum vero de hac vita exierint: iam non erunt discentes: sed erroris sui mercedē accipiētes. Sic enim dictū est: semper discētes et ad veritatis scientiam nunq̄ peruenientes. Tanq̄ diceretur. Semp ambulantes: ⁊ nunq̄ ad viā peruenientes. Nos autem semper ambulemus in via: donec eo veniamus quo ducit via: nusq̄ in ea remaneamus: donec perducat vbi maneam⁹. Atq; ita et querendo tendimus ⁊ inueniendo ad aliquid peruenim⁹: ⁊ ad id quod restat querēdo ⁊ inueniendo trāsimus quousq̄ ibi fiat finis querendi vbi perfectioni non superet intētio p̄ficiēdi. Hec p̄locutio dilectissimi intentā fecerit charitatē
B vestram ad istū dñi sermonē quē ad discipulos habuit ante passionē. P̄ofundus est enī: ⁊ vtiq; vbi multū laboraturus est disputator: nō remissus debet esse auditor. Quid ergo ait dñs postea q̄ iudas exijt vt citius faceret quod erat factur⁹ hoc est dñm traditurus? Quid ait dies cū exisset nos? Quid ait redēptor: cū exisset venditor? [Nūc (inquit) clarificatus est filius hoīs] Quare nunc. Nunquid quia exijt qui tradit? Quia imminēt q̄ teneāt ⁊ occidāt? Ita ne nunc clarificatus est q̄ p̄ope ē vt humilietur amplius qui iam impēdit vt alligetur: vt iudicet: vt cōdānet: vt irrideatur: vt crucifigat: vt interimat. Hec ne ē clarificatio: an poti⁹ humiliatio? Nōne
Johā. vij. q̄s miracula faciebat ait tū de illo iste ipse iohannes. Spūs non erat datus: q̄ iesus nondū erat glorificatus. Tunc ergo nondū erat glorificatus: cū mortuos suscitaret? Et nūc ē glorificatus: cū mortuis p̄pinquaret? Nondū erat glorificatus faciēs diuina: ⁊ glorificat⁹ ē passurus hūana? Mirū: si hoc deus ille magister significabat ⁊ docebat his verbis. Altus est perscrutandū altissimi dictū: q̄ se aliquantū manifestat vt inueniamus: ⁊ iterū occultat vt inquiramus: ⁊ de inuētis ad inuenīēda tanq̄ passibus imitamur. Uideo hic aliq̄d: quod p̄figuret magnū aliq̄d. Exijt iudas: ⁊ clarificatus ē iesus / Exijt filij perditiōis: ⁊ clarificat⁹ est filius hoīs. Ille q̄ppe exierat p̄pter quē dictū erat eis: ⁊ vos mūdi estis: sz nō oēs.
Johā.xiij Exeunte itaq; immūdo / oēs mūdi remanserūt: ⁊ cū suo mūdatore manserūt. Tale aliq̄d erit cū victus a xp̄o trāsierit h̄ mūdus: ⁊ nemo in populo xp̄i remanebit immūdus: cum zizanijs a trutico separatis iusti fulgebūt sicut sol i regno p̄is
Mat. xiij. eorū. Hoc futurū p̄euidēs dñs ⁊ nūc significatū eē p̄testās discedēte iuda tanq̄ zizanijs separatis / remanētibus tanq̄ tritico ap̄lis sanctis. Nunc inquit clarificatus ē filius hoīs. Tanq̄ diceret. Ecce in illa clarificatiōe mea q̄d erit vbi malorū nullus erit: vbi bonorū nullus perit? Sic aūt nō ē dictū Nunc significata est clarificatio filij hominis: sed dictuz est.
Mat.xiij. Nunc clarificatus est filius hoīs: quemadmodū non ē dictū petra significabat xp̄m: sed petra erat xp̄s. Nec dictum est / bonū semē significabat filios regni: aut zizania significabat filios maligni: sed dictū ē / bonū semē: hi sunt filij regni: zizania aūt filij maligni. Sicut q̄ solet loq̄ scriptura res significātes: tanq̄ illas q̄ significant appellās: ita locut⁹ ē dñs dicēs: nūc clarificat⁹ ē fili⁹ hoīs: postea q̄z separato inde nequissimo ⁊ secū remanētib⁹ sctis significata ē glorificatio eor⁹ q̄s sepaC tis iniq̄s manebit i eternitate cum sctis. Cū aūt dixisset: nūc clarificat⁹ ē fili⁹ hoīs adiūxit: [⁊ de⁹ clarificat⁹ ē i eo. Ipa ē enī clarificatio filij hoīs vt de⁹ clarificet i eo. Si enī nō ipe i seipso z de⁹ i illo clarificat: tūc illū de⁹ i se clarificat. Denicp̄ tanq̄ ista exponens: adiungit ⁊ dicit. [Si deus clarificatus

est in eo: ⁊ deus clarificauit eū in semetipso.]Hoc est si deus clarificatus est in eo: q̄ non venit facere voluntatē suam: sed voluntatē eius qui misit illū: et deus clarificauit eū in semet ipso vt natura humana ī qua est filius hominis que a verbo eterno suscepta est etiā in mortali eternitate dominetur. [Et continuo (inquit) clarificabit eū:]resurrectionez scilicet suā non sicut nostrā in fine seculi sed continuo futurā hac attestatione prędicēs. Ipsa est enī clarificatio de qua euangelista iam q̄ dixerat paulo ante cōmemorauit: quia ꝓpterea nōdū
Johā. vij. spūs datus erat: illo itaq̄ nouo modo ī eis quibus fuerat eo modo post resurrectionē credentibus dādus: quia iesus nō dum fuerat clarificatus: id est: nondū fuerat mortalitas immortalitate vestita: et in eternā virtutē tēporalis infirmitas cōmutata. Potest er de ista clarificatione dictū videri: nūc clarificatus est filius hominis: vt quod ait nunc: non ad imminentē passionē sed ad vicinam resurrectionē pertinere credatur: tanq̄ fuerit factū quod erat tam ꝓxime iam futurū. Hodie dilectiōi vestre ista suffecerint: cum donauerit dūs de cōsequentibus postea disseremus.

Tractatus. lxiiij.

Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Queretis me ⁊ sicut dixi iudeis. Quo ego vado vos non potestis venire: et vobis dico modo.

A Quertenda est charissimi dominicorū verborum ordinata ꝓnexio. Cum enim superius dixisset postea q̄ iudas egressus est et ab illa sanctorū etiam corporali cōuersatione seiunctus est. Nunc clarificatus est filius hominis et deus clarificatus est in eo: quod siue futurum regnū significās dixit quando mali separabūtur a bonis: siue quod eius resurrectio tunc futura esset: id ē: differenda non esset: sicut in finem seculi nostra differtur ac deinde addidisset. Si deus clarificatus est in eo: et deus clarificauit eum in semetipso: et continuo clarificabit eū: quod sine vlla ambiguitate de sua resurrectione cōtinuo futura testatus ē: adiecit ⁊ ait [Filioli adhuc modicū vobiscū sum.] Ne putarēt ergo quod sic eū clarificaturus esset deus: vt nō eis iungeret vlterius ea conuersatione qua in terra ē: adhuc modicū inquit vobiscū sum: tanq̄ diceret. Continuo quidez resurrectione clarificabor: non tñ cōtinuo ascensurus in celū. Sed adhuc modicū vobiscum sum. Sicut enīz scriptū est in actibus apostolorū. Fecit cū eis post resurrectionē q̄dragīta
Act. j. dies intrans ⁊ exiens ⁊ manducans ⁊ bibēs: non quidem habens esuriendi ac sitiēdi egestatē: sed vsq̄ ad istā carnis insinuans veritatē: que cibandi ac potandi iam non habebat necessitatē: sed potestatem. Hos ergo quadraginta dies significauit dicendo. adhuc modicū vobiscū sum: an aliq̄d aliud? Potest emīz ⁊ sic intelligi: adhuc modicū vobiscū sum. Adhuc sicut vos in hac infirmitate carnis etiā ipse sum / donec scīz moreretur atq̄ resurgeret: q̄ post eq̄ resurrexit cū illis quidem fuit dieb⁹ vt dictū est quadragīta exhibitione corporalis p̄sentie: sz nō cū illis fuit cōsortio infirmitat⁹ hūane
Matth. xxviij. Est ⁊ aliter diuina p̄sentia sensib⁹ ignota mortalibus: de q̄ idē dicit. Ecce ego vobiscū sum: vsq̄ ad cōsummationē sēcli. Hoc certe nō est adhuc modicū vobiscū sum. Non enim modicū est vsq̄ ad cōsummationē seculi. Aut si hoc modicū est. volat enīz etas ⁊ in oculis dei mille anni sicut dies vnus: aut sicut vigilia in nocte: non tñ hoc significare voluisse creden-
pā. lxxxix. dus est nūc: q̄quid ē secutus adiunxit. [Queretis me ⁊ sicut dixi iudeis: quo ego vado: vos non potestis venire.] Et iterū post hoc modicum queretis me. Nunquid post consummationem seculi quo ipse vadit venire non poterunt? Et vbi est
Joh. xvij. quod aliquando post in hoc ipso sermone dicturus est: pater volo vt vbi ego sum ⁊ ipsi sint mecū. Ne ergo de illa sua cum suis p̄sentia qua cū illis est vsq̄ ad cōsummationem seculi nunc locutus est vbi ait: adhuc modicum vobiscum sum: sed vel de infirmitate mortali q̄ cum illis erat vsq̄ ad passionem suam: aut de p̄sentia corporali qua cum illis futurus erat vsq̄ ad ascensionez suam. Quodlibet horum quis eligat: cū fide nō litigat. Ne cui autem videatur abhorrere iste sensus a vero quo dicimus dominum mortalis carnis cōmunionē in qua cum discipulis vsq̄ ad passionem fuit significare potuisse dicendo: adhuc modicum vobiscum sum: apud alium quoq̄ euangelistā post resurrectionem verba eius attendat vbi ait. Hec locutus sum vobis: cum adhuc essem vobiscum
Lu. xxiiij. Quasi tunc non erat cum ipsis simul assistentibus: vidētib⁹ tangentibus: colloquētibus? Quid est ergo cū adhuc essem vobiscum: nisi cum adhuc essem in carne mortali: in q̄ estis ⁊ vos. Tunc enim quidē in eadem carne resuscitatus erat: sed cum illis in eadem mortalitate iam non erat. Quapropter sicuti ibi iam immortalitate carnis indutus veraciter ait: cuz adhuc essem vobiscum: vbi nihil aliud intelligere possum⁹: nisi cum adhuc essem in carnis mortalitate vobiscum: ita et hic nō absurde dixisse intelligitur: adhuc modicum vobiscū sum: tanq̄ diceret: adhuc modicum sicut vos estis mortalis sum ego. Ergo sequētia videamus. Queretis me: ⁊ sicut dixi iudeis: quo ego vado: vos non potestis venire: ⁊ vobis dico modo: hoc est modo nō potestis venire. Judeis autem cū hoc diceret: non addidit modo. Isti itaq̄ venire nō poterāt tunc quo ille ibat: sed poterant postea. Nam hoc apostolo petro apertissime paulo post ait. Cū enim dixisset ille: dñe quo vadis. Respōdit ei. Quo ego vado non potes me mō sequi:
Johā. xiij sequeris autem postea. Sed hoc quid sit non negligenter est p̄tereundū. Quo enī sequi tunc nō poterant discipuli dūm sed postea poterant? Si dixerimus ad mortem homini nato q̄ inuenitur tempus quo ad moriendum non sit idoneus quandoquidem talis est in corpore corruptibili hominum sors vt non sit in ea facilior vita q̄ mors? Non igitur adhuc minus idonei erant sequi dūm ad mortem: sed minus idonei erant sequi dūm ad vitā q̄ nō habet mortē. Illo quippe ibat dñs vt resurgens a mortuis iam nō moreret: et mors ei vltra nō dominaretur. Moriturum quippe dūm ꝓ iusticia quō iam fuerant secuturi adhuc martyrio non maturi? Aut iturū dūm ad immortalitatez carnis quō iam fuerant secuturi q̄libet morituri: sed in fine seculi resurrecturi? Aut iturū dūm ad sinum patris nec relicturum eos vndenec recessit cum venisset ad eos: quomodo iam fuerant secuturi: cum esse nemo possit in illa felicitate nisi perfectus in charitate. Ideoq̄ docens quomodo idonei esse possint pergere quo ille antecedebat: mandatū inquit nouū do vobis vt diligatis inuicem.
Hi sunt gressus q̄bus sequēdus est christus: sed de his ꝑmoueriori / un aliud tempus est differendus.

Tractatus. lxv

Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt et vos diligatis inuicē In hoc cognoscēt omēs quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicem.

Dominus iesus mandatum nouū se discipulis suis dare testatur: vt diligant inuicē. [Mādatū (inq̄t) nouū do vobis: vt diligatis inuicē.] Nōne iā erat hoc mandatū in antiqua dei lege: vbi scriptum est Diliges ꝓximū tuū tanq̄ teipsum? Cur ergo nouū appellatur a dño: q̄ tam vetus eē conuincitur? An ideo est mādatū nouuz: quia exuto vetere induit nos hoīem nouū? Innouat quippe audientē vel potiꝰ obedientē non ois sz ista dilectio quā dñs mādat: et vt a carnali dilectione distingueret: addidit. [sicut dilexi vos.] Nam diligūt inuicē mariti ⁊ vxores: parētes ⁊ filij et quecunq̄ alia inter se hoīes necessitudo humana deuinxerit: vt taceamus de dilectione culpabili atq̄ dānabili: qua diligūt inuicē adulteri ⁊ adultere: scortatores et meretrices: et quoscunq̄ alios non hūana necessitudo sed hūane vite noxia turpitudo cōiungit. Mandatū ergo nouū dedit nobis xp̄s vt diligamus inuicē: sicut ⁊ ipe dilexit nos. Dilectio ista nos innouat vt simus homines noui: heredes testamēti noui: cantatores cāticinoui. Hec dilectio fratres charissimi antiquos etiā tūc iustos: tunc patriarchas ⁊ prophetas: sicut postea beatos apl̄os innouauit: ipsa ⁊ nunc innouat gētes: et ex vniuerso genere hūano q̄ diffundit toto orbe terrarū facit ⁊ colligit populū nouū: corp⁹ nouenupte filij dei vnigeniti sponse: de qua dicitur in cantico canticorū. que est ista que ascendit dealbata: vtiq̄ dealbata quia innouata: vnde / nisi mandato nouo? Propter q̄ ꝓ inuicē sollicita sunt membra in ea: et si patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra. Et si glorificatur vnum mēbrum congaudent omnia membra. Audiunt enim atq̄ custodiūt: mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem: nō sicut se diligunt qui corrumpūt: nec sicut se diligunt homines q̄

homines sunt: sed sicut se diligūt qñ dij sunt: et filij altissimi omnes: vt sint filij eius vnici fratres: ea dilectione inuicē diligentes qua ipse dilexit eos: perducturus eos ad illū finem qui sufficiat eis: vbi sanetur in bonis desiderium eorū. Tūc enim aliquid desiderio non deerit: quando omnia in oībus deꝰ erit. Talis finis non habet finē. Nemo ibi moritur: quo nemo peruenit / nisi huic seculo moriatur: non morte omnū qua corpus ab anima deseritur: sed morte electoꝝ qua etiam cum in carne mortali adhuc manetur cor surdū ponitur. De quali morte dicebat apostolus. Mortui enī estis: et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Huic fortasse dictum est: valida est sicut mors dilectio. Hac enim dilectione fit vt in isto adhuc corruptibili corpore cōstituti / moriamur huic seculo: et vita nostra abscondatur cum christo in deo. Immo ipsa dilectio est mors nostra seculo: et vita cuꝫ deo. Si enim mors est quando de corpore anima exit: quō non est mors qñ de mundo amor noster exit. Valida est ergo sicut mors dilectio. Quid ea validius: qua vincitur mundus? Volute itaqꝫ fratres mei putare in hoc quod ait dñs: mandatum nouū do vobis vt vos inuicem diligatis: illud maius pretermissum esse mandatū: quo precipitur vt diligamus dñm deū nostrū ex toto corde: ex tota anima: et ex tota mēte. Tanqꝫ enī hoc pretermisso videretur dictū vt diligamus inuicē: velut hoc ad illud alterū non pertineat quo dictū est: diliges primum tuum tanqꝫ teipsum. In his enim duobus preceptis inquit / tota lex pendet et prophete. Sed bene intelligētibus vtrūqꝫ inuenitur in singulis. Nam et qui diligit deū / non eū potest cōtenere precipientem vt diligat proximū: et qui sancte ac spiritualiter diligit proximū: quid in eo diligit nisi deum? Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta: quā distinguendo addidit dñs / sicut dilexi vos. Quid enim nisi deū dilexit in nobis? Non quod habebamus sed vt haberemus: vt perducat nos sicut pauloante dixi: vbi sit deus oīa in oībus. Sic enim medicus recte dicitur egros diligere. Et quid in eis nisi salutem diligit: quā cupit vtiqꝫ reuocare non morbum quē venit expellere? Sic ergo et nos inuicē diligamus: vt quantum possumus inuicem ad habēdum in nobis deū cura dilectionis attrahamur. Hanc dilectionem nobis donat ipse qui ait. Sic dilexi vos: [vt et vos diligatis inuicem.] Ad hoc ergo nos dilexit: vt et nos diligamus inuicē Hoc nobis cōferens diligendo nos: vt mutua dilectione cōstringamur inter nos: et tam dulci vinculo cōnexis membris corpus tanti capitis simus. [In hoc cognoscēt (inquit) oēs quia mei estis discipuli: si dilectionē habueritis ad inuicē.] Tanqꝫ diceret. Alia munera mea habent vobiscum etiā nō mei: nonsolum naturā / vitam / sensum / rationem: et eā salutē que hominibus pecoribusqꝫ communis est: verumetiā lunguas: sacramēta: prophetiam: scientiā: fidem: distributionē rerum suarum pauperibus et traditionem corporis sui vt ardeant: sed quoniā charitatem non habent vt cymbala cōcrepant: nihil sunt: nihil illis pdest. Non ergo in illis ꝗbus bonis muneribus meis ꝗ habere possunt etiā non discipuli mei sed in hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli si dilectionem habueritis ad inuicem. O sponsa christi: pulchra inter mulieres: o dealbata ascendens et incumbens super fratruelem tuum: quoniam cuius lumine illustraris vt cādeas: eius adiutorio fulciris ne cadas. Oꝫ bene cantatur tibi in isto cantico canticoꝝ velut epithalamio tuo: quia charitas in delicijs tuis. Ipsa non perdit cum impijs animam tuam: ipsa discernit causam tuam: et sicut mors valida est: et in delicijs tuis est. O mirandi generis mors est / cui parum fuit non esse in penis: nisi esset insup in delitijs? Sed ꝟ iam ſmo iste claudatur: ab alio exordio tractanda sunt ꝗ sequuntur.

Pſ. cij. j. Cor. xv.

Colos. iij.

Can. viij.

B iij. sent. di. xxvij. c. cū autem. Matth. xxvj.

j. Cor. xiij.

Cant. viij.

Cant. vij.

Can. viij.

Tractatus.lxvj.

¶ Dicit ei Simon petrus. Domine quo vadis. Respondit iesus. Quo ego vado non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Dicit ei petrus. Quare non possum te sequi modo? Aiam meam pro te ponam. Respōdit ei iesus. Animā tuam pro me pones. Amen amen dico tibi: non cantabit gallus donec ter me neges.

A

Cum dñs iesus sanctam dilectionem qua se inuicē diligerent discipulis cōmendaret. [Dicit ei simō petrus. Domine quo vadis?] Sic vtiqꝫ hoc dixit magistro discipulus et dominoseruus: tanqꝫ sequi paratus. Propterea quippe domin⁹ qui eius animū vidit quare hoc interrogauerit: sic ei [respondit. † Quo ego vado † Al. iesus nō potes me modo sequi. [Tanqꝫ diceret. Propter quod interrogas: non potes me modo sequi. Non ait: non potes: sed non potes modo. Dilationem intulit non spē tulit: et eādem spem quam non tulit sed potius dedit / sequēti voce firmauit addēdo atqꝫ dicendo. [Sequeris autē postea.] Quid festinas petre? Nōdum te suo spiritu solidauit petra: noli extolli presumēdo: non potes modo. Noli deijci desperando: sequeris postea. Sed adhuc † ille qđ dicit? [Quare tenō possū sequi † Tex. hꝫ modo? Animam meam pro te ponam.] Quid in animo eius dicit ei pesset cupiditatis videbat: quid virium non videbat. Volutrus. tatem suam iactabat infirmus: sed inspiciebat valitudinem medicus. Iste promittebat: ille prenoscebat. Qui nesciebat audiebat: qui prescicbat docebat. Etum sibi assumpserat petrus intuēdo quid vellet: ignorando quid posset. Etum sibi assumpserat vt cum venisset dominus animaꝫ suam ponere pro amicis suis: ac per hoc et pro ipso ille hoc domino offerre confideret: et nondum prose posita anima christi: anima suam pollicetur posturū esse pro christo. [Respōdit ergo iesus. Animam tuam pro me pones?] Frane facias, pme quod ego nondum feci pro te? Animaꝫ tuam pro me pones? Preire potes: qui sequi non potes? Quid tantuꝫ presumis? Quid de te sentis? Quid esse te credis? Audi qđ sis. [Amen amē dico tibi: nō cantabit gallus donec ter me neges.] Ecce quomodo tibi cito apparebis: qui magna loqueris et te parvulum nescis. Qui mihi promittis mortem tuam: ter negabis vitā tuā. Qui etiā putas mori posse, pme: prius viue, pte. Nam timendo mortem carnis tue: mortem dabis anime tue. Quanta enim vita est confiteri christum: tanta mors est negare christum. An apostolus petrus sicut eum quidam fauore peruerso excusare nituntur christum non negauit: quia interrogatus ab ancilla hominem se nescire respondit / sicut alij euāgeliste cōtestātur expressius? Quasi vero qui hoiem christū negat / non christum negat: et hoc ī eo negat quod factus ē, ppter nos: ne periret quod fecerat nos. Ergo qui ita confitetur christū deuꝫ vt hominem neget / non pro illo mortuus est christus: quia ſm hominem mortuus est xps. Qui negat hominē christū: non reconciliabitur per mediatorem deo. Unus enim deus: et vnus mediator dei et hominum homo christus iesus. Qui negat hominē christū nō iustificatur quia sicut per inobediētiam vnius hominis peccatores cōstituti sunt multi: ita et per inobedientiā vnius hominis iusti constituentur multi. Qui negat hominem christū: non resurget in resurrectionē vite: quia per hominē mors et per hoiem resurrectio mortuorum. Sicut enim in adā omnes morimur: ita et in christo omnes viuificabuntur. Per quid autem caput est ecclesie nisi per hominē? Quod verbū caro factum est: id est dei patris vnigenitus deus homo factus est. Quomodo est igitur in corpore christi: qui negat hominez xpm? Qui enim caput negat: quomodo est mēbrū? Sed qđ multis immoror: cū ipse dominus abstulerit oēs humane argumētationis ambages? Non enim ait / nō cantabit gallus donec hominem neges / aut sicut loqui familiariore cū hominibus dignatione consueuit / non cantabit gallus donec filium hominis ter neges: sed ait: donec me ter neges. Quid ē me: nisi qđ erat. Et quid nisi xps erat? Quicquid ergo eius negauit xpm negauit. Christū negauit: dñm deū suū negauit qz ille cōdiscipulus ei⁹ thomas qñ exclamauit: dñs meus et deus me⁹: nō verbū iz carnē tetigit nō incorporeā dei naturā iz hoīs corp⁹ curiosis manib⁹ cōtrectauit. Hoiem itaqꝫ tetigit et tū deū cognouit. Si ā qđ iste tetigit: hoc petr⁹ negauit: qđ iste exclamauit ꝟ petr⁹ offendit. Nō cantabit gallus: donec ter me neges. Dicas licet / nescio hominē: dicas licet / nō nescio quid dicis: dicas licet: nō sum ex discipulis ei⁹: me negabis Si qđ dubitare nephasē: xps ꝟ dixit: verūqꝫ pdixit: peculdubio petrus xpm negauit: Non accusem⁹ xpm cū defendimus petrū. Peccatū agnoscat infirmitas: nam mendacium non habet veritas. Agnouit quippe peccatū suuz infirmitas petri / prorsus agnouit: et ētum mali christum negando cō-

B

j. Thi. ij.

Roma. v.

j. Cor. xv.

Johan. j.

Mat. xxvj

Mat. xxvj

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

miserit plorādo mōstrauit. Ipse suos redarguit defensores ꝛ vnde eos cōuincat: producit lachrymas testes. Neqꝫ nos cum ista dicimus primum apostolorū accusare delectat: sed hunc intuendo admoneri nos oportet: ne homo quiscꝫ de humanis viribus fidat. Nam quid aliud pertinuit ad doctorem saluatorem nostrum: nisi vt nobis nequaꝫ de se quēꝫ presumere debere: in ipso primo apostolorum demonstraret exemplo? In anima itaqꝫ petri contigit qō offerebat in corpore: hoc tamē pro dño quod temere presumebat precessit/ sed aliter ꝫ putabat. Nanqꝫ ante mortē et resurrectionē dñi ꝛ mortuus est negando: et reuixit plorando. Sed mortuus ē qꝛ supbe ipse presumpsit: reuixit aūt qꝛ benigne ille respexit.

Tractatus. lxvij.

Capi. xiiij

¶ Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum et in me credite in domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem vobis qꝛ vado parare vobis locum. Et si abiero et preparauero vobis locum iterū venio et accipiā vos ad meipsum vt vbi sum ego ꝛ vos sitis ꝛ quo ego vado scitis ꝛ viam scitis.

A

Rigenda est nobis fratres ad deum maiori intētio vt verba sancti euangelij que modo ī nostris auribus sonuerunt: etiam mēte capere vt cūꝫ possim⁹

† Tex. hz Et ait discipulis suis.

† [Ait enim dñs ihc̄s. Non turbetur cor vestrum. Creditis in deū: ꝛ in me credite.] Me mortem tanꝫ homies timerent ꝛ ideo turbarentur cōsolatur eos: etiā se deum esse cōtestans. Creditis inquit in deū: ꝛ in me credite. Cōsequēs est enim: vt si in deū creditis et in me credere debeat⁊. Quod

Joh. xiiij.

non esset cōsequens: si christus nō esset deus. Creditis i deū: ꝛ in eū credite cui natura est non rapina esse equalē deo. Semetipsum eni exinaniuit: non tamen formā dei amittens: sz formā serui accipiens. Mortem metuitis huic forme serui/

Infra tracta. lxviij.

non turbetur cor vestrū: suscitabit illaꝫ forma dei. Sed quid est quod sequitur. [In domo pris mei māsiones multe sunt] nisi quia et sibi metuebant? Unde audire debuerunt: nō turbetur cor vestrum. Quis enim eoꝝ non metueret: cum petro dictum esset fidentioꝝ atqꝫ promptioꝝ: non cantabit gallus donec ter me neges? Tanꝫ ergo essent ab illo perituri: merito turbabantur. Sed cū audiunt: in domo patris mei māsiones multe sunt: [si quo minus dixissem vobis quia vado parare vobis locum:] a perturbatione recreantur: certi ac fidētes etiā post pricula tētationū/ se apō deū cū xpō eē māsuros: qꝛ et si ali⁹ ē alio fortior: ali⁹ alio sapientior: ali⁹ alio iustior: alius alio sanctior: in domo patris mei māsiones multe sunt Nullus eoꝝ alienabitur ab illa domo: vbi mansionem p suo

Mat. xx.

quiscꝫ acceptur⁹ est merito. Denarius quidē ille equalis est oībus: quē paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari oībus: non in eo discernens qui minus et qui amplius laborarunt. Quo vtiqꝫ denario vita significatur eterna: vbi amplius alio nemo viuit: qm viuendi non est diuersa in eternitate mensura. Sed multe mansiones: diuersas meritorum in vna vita eterna significant dignitates. Alia est enim glia

j. Cor. xv.

solis: alia gloria lune: alia gloria stellarū. Stella eni ab stella differt in gloria: sic ꝛ resurrectio mortuoꝝ. Tanꝫ stelle sct diuersas mansiones: diuersas claritates: tanꝫ in celo sortiū tur in regno: sed propter vnum denariū nullus separat a re-

j. Cor. xv.

gno. Atqꝫ ita deus erit oīa in omnibus: vt qm deus charitas est: per charitatē fiat vt qō habent singuli: cōmune sit oībus. Sic eni quiscꝫ et iam ipse habet: cū amat in altero: quod ipse non habet. Non erit itaqꝫ aliqua inuidia imparis claritatis:

B

qm regnabit in oībus vnitas charitatis. Proinde respōdi sunt a corde xpiano: qui putant ideo dictū multas esse mansiones: quia extra regnū celoꝝ erit aliqd: vbi maneāt beati innocentes: qui sine baptismo ex hac vita emigrarunt: quia sine illo in regnū celoꝝ intrare non poterunt. Hec fides non est fides: qm non ē vera ꝛ catholica fides. Ita ne tandē stulti homines et carnalibus cogitationibus excecati: cum reprobandi essetis: si mansionem non dico petri et pauli vel cuiuslibet apostolorū: sed cuiuscunqꝫ paruuli baptizati a regno celoꝝ separaretis: non vos putatis esse reprobandos q domū dei patris inde separatis? Nō eni ait dñs: in vniuerso mūdo aut in vniuersa creatura: aut ī vita vel beatitudine sempiterna mansiones multe sunt: sed in domo inquit patris mei māsiones multe sunt. Nomen ista est domus: vbi edificationem habemus ex deo domum non manufactā eternā in celis? Non ij. Cor. v. ne ista est domus de qua cantamus domino. Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te? Ergo nos non domū cuiuslꝫ baptizati fratris: sed domum ipsius dei patris cui omēs fratres dicimus. Pater noster qui es in Matth. vj celis: a regno separare celorum: aut eam sic videre audebitis: vt alique mansiones eius sint in regno celorum: alique autem extra regnum celorum? Absit vt qui volunt habitare in regno celorum: in hac stulticia velint habitare vobiscum. Absit inqꝫ vt cum omnis domus regnantium filiorum nō sit alibi nisi in regno ipsius: regie domus pars aliqua nō sit in regno. [Et si abiero (inquit) et preparauero vobis locū: iterum venio et accipiā vos ad meipsum: vt vbi sum ego ꝛ vos sitis. Et quo ego vado scitis: et viam scitis.] O domine iesu quomodo vadis parare locum si iam multe mansiones sunt in domo patris tui vbi tecum habitabunt tui? Aut si accipis eos ad teipsum: quomodo iterū venis qui non recedis? Ista charissimi breuiter explicare conemur: quantum videt hodierno satis esse sermoni. coartata vtiqꝫ non darebūt: et erit ipsa breuitas altera obscuritas. Proinde hoc debitum differamus: quod opportunius vobis paterfamilias nostrol argienter reddamus.

Tractatus. lxviij. de eadem lectione.

Eberi vobis fratres charissimi iamqꝫ esse reddēdum quod distuleramus agnoscimus: quomodo intelligi possit non esse inter se ista duo contraria/ quod cum dixisset dominus. [In domo pris mei mansiones multe sunt: si quo minus dixissem vobis qꝛ vado parare vobis locū] Ubi satis ostēdit ideo se hoc ullis dixisse quia iam ibi sunt mansiones multe: et non est opus aliquam preparare. Rursus dicit. [Et si abiero ꝛ preparauero vobis locum: iterum veniam et accipiam vos ad meipsum: vt vbi ego sum ꝛ vos sitis.] Quomodo vadit et parat locum: si iam multe māsiones sunt? Si quo minus dixissem vado parare. Aut si adhuc parandus est: cur non merito dixisset: vado parare? Aut iste mansiones et sunt et parande sunt? Si quom- Infra tracta. lxx. nus enim essent: dixisset vado parare: et tamen quia ita sunt vt parāde sint: non eas vadit parare sicut sunt. Sz si abierit et parauerit sicut future sunt: iterum veniens accipiet suos ad seipsum: vt vbi est ipse: sint et ipsi. Quomodo ergo mansiones in domo patris non alie sed ipse: et sine dubio iā sunt De pe. dis. sicut parande non sunt: et nondum sunt: sicut parande sunt? iiij. In do Quomodo ergo putam⁹? nisi quō etiā ꝓpheta predicat deū mo. quia fecit que futura sunt? Non eni z ait qui facturus est que futura sunt: sed qui fecit que futura sunt. Ergo et fecit ea ꝛ facturus est ea. Nam neqꝫ facta sunt: si ipse non fecit: neqꝫ futura sunt: si ipse non fecerit. Fecit ergo ea predestinando: facturus est operando: sicut discipulos quando elegerit satis indicat euangelium: tunc vtiqꝫ quando eos vocauit. Et tamē ait apostolus. Elegit nos ante mundi constitutionem: predestinando vtiqꝫ non vocando. Quos autem predestinauit: illos et vocauit. Elegit predestinando ante mundi constitutionē Ephes. j. Ro. viij. elegit vocando ante mundi consummationem. Sic et mansiones preparauit ꝛ preparat: necalias sed quas preparauit has preparat/ qui fecit que futura sunt. Quas ꝓparauit predestinando preparat operādo. Jam ergo sunt in predestinatione. Si quo minus dixissem tibi et preparabo: id est predestinabo. Sed quia nondum sunt in operatione: ꝛ si abiero inquit et preparauero vobis locum: iterum veniam ꝛ accipiā vos ad meipsum. Parat autem quodammodo mansiones: māsionibus parando mansores. Quippe cum dixerit: in domo patris mei mansiones multe sunt: quid putabimus esse B domuz dei: nisi templum dei? Quod autem sit interrogetur apostolus: et respondeat. Templum enim dei sanctum ē: qō j. Cor. iij. estis vos. Hoc est etiam regnum dei: quod filius traditurus est patri. Unde dicit idem apostolus Jnutiū christ⁹: deinde q̄ sunt xp̄i in presentia ei⁹: deinde finis: cū tradiderit regnū deo ꝛ p̄ri: id est quos redemit sanguine suo. tradiderit cōtē- j. Cor. xv. plando etiam patri suo. Hoc est regnum celorū de quo dicitur. Simile est regnum celorum homini seminati bonum se- Mat. xiij. mē ī agro suo. Bonū aūt semē: hi sunt filij regni. Qui ꝛ si nūc habēt p̄mixta zizania mittet ī fine rex ipse ag̃elos suos ꝛ colli

gent de regno eius oīa scandala. Tunc iusti fulgebūt sicut
Mat. vj. sol in regno patris sui. Regnū fulgebit in regno: cum regno
venerit regnū: qđ nunc oramus ꝛ dicim⁹. Veniat regnū tuū
Hūc ergo iam regnū vocak: sed adhuc cōuocak. Si enim re
gnum nō vocarek: colligent de regno eius oīa scandala nō
diceret. Sed nondum regnat hoc regnū. Proinde sic iā est
regnū: vt cum de illo collecta fuerūt oīa scandala: tūc per
ueniat ad regnū: vt nō solum regni nomen sed etiā regnandi
habeat potestatē. Huic quippe regno ad dexterā stanti in fi
Mat. xxv ne dicet. Venite benedicti patris mei percipite regnū. i. qui
regnum eratis etnō regnabatis: venite regnate: vt qđ in spe
fueratis etiā in re esse possitis. Hec ergo dom⁹ dei: hoc tem
plum dei: hoc regnū dei. Regnūq; celoꝝ adhuc edificatur:
adhuc fabricak: adhuc parak: adhuc ꝓgregak. In illo erunt
mānsiones: sicut eas adhuc parat dīs. In illo iam sunt sicut
C predestinauit etiā dīs. ¶ Sed qđ est qđ vt prepararet abijt:
Rom. j. cum profecto nosipsos preparet. Qđ nō faciet si reliquerit?
Agnosco dīe vt possum. Mirū illud significas qvt parē
ij. Cor. v. tur iste mansiones: viuere debet iustus ex fide. Qui enī a do
mino peregrinātur: opus habent ex fide viuere: qz per hanc
Mat. v. ad speciem cōtemplandā parant. Beati enī mūdo corde: qz
ipsi deū videbūt: et fide mūdat corda eorū. Illud in euāge
Act. xv. lio: hoc in apostolor actib⁹ legitur. Fides aūt qua eorum q̄
deū visuri sunt q̄diu peregrinātur / corda mūdantur: qđ nō
videt credit. Nam si vides nō est fides. Credēti colligitur
meritū: videnti redditur premiū. Eat ergo dīs et paret locū:
eat ne videak: lateat vt credatur. Tunc enī locus paratur: si
ex fide viuak. Creditus desideretur: vt desiderat⁹ habeatur
Desideriū dilectionis: ꝓparatio est mansionis. Ita dīe pa
ra qđ paras. Nos enim tibi paras: et te nobis paras: qm̄ lo
Joh. xv. cum paras / et tibi in nobis / ꝛ in te nobis: tu enī dixisti. Wa
nete in me et ego in vobis. Etum quisq; fuerit particeps
tui: alius minus: alius ampli⁹. Sed hec erit diuersitas pre
miorū ꝓ diuersitate meritorū. Hec erit multitudo mansio
num ꝓ dispāritate mansorū: sed tamen oīm in eternitate vi
uorū et sine fine beatorū. Quid est q̄ vadis? Quid est q̄ ve
nis? Si te bene intelligo: nec vnde vadis: nec vnde venis re
cedis. Vadis latēdo: venis apparēdo. Sed nisi maneas re
gendo vt proficiam⁹ bene viuēdo: quomodo parabit locus
vbi possim⁹ manere perfruēdo? Hec de verbis que recitata
sunt euāgelicis / satis dicta sunt: quousq; ait dīs: itez venio
et accipiam vos ad meipsum. Quid aūt sit qđ sequit: vt vbi
ego sum ꝛ vos sitis. [et quo ego vado scitis ꝛ viā scitis] post
interrogationē que sequit a discipulis factā tanq̄ per eos ꝛ
nos interrogem⁹ meli⁹ audiem⁹: opoꝛtuitq; tractabim⁹.

Tractatus.lxix.

¶ Dicit ei thomas. Dīe nescimus quo vadis. Et quomodo possumus viā scire. Dicit ei iesus Ego sum via et veritas et vita. Nemo venit ad patrem nisi per me.

A Nunc est dilectissimi vt q̄tum valem⁹ intelligam⁹ de verbis dīi posterioꝝ⁹ priora ex cōsequēb⁹ precedēta: in eo qđ audistis apostolo thome iter roganti esse respōsum. Dixerat enī superius dīs cū de mānsionibus loqueret: quas et esse dixit in domo patr̄ sui / et ire se vt prepararet eas: vbi intellexim⁹ et esse iā mansiones ipsas in predestinatione et preparari eas cū eoꝝ qui ibi mansuri sunt per fidē corda mūdātur: qm̄ ipsa dei dom⁹ ipsi sunt. Et quid est aliud manere in domo dei q̄ esse in po pulo dei: cū idem populus est in deo ꝛ de⁹ in eo: Hoc vt pre pararet dīs abijt: vt credendo in eū qui nō videtur ea que in specie futura est: nūc per fidem mānsio ꝓparet. Propter B ergo dixerat. [Et si abiero et preparauero vobis locū: iterū venio ꝛ accipiam vos ad meipsum: vt vbi ego sum et vos sitis: et q̄ ego vado scitis: et viam scitis.] Ad hec [dicit ei tho mas. Dīe nescimus quo vadis: et quomodo possum⁹ viam scire?] Utrūq; illos dīs dixerat scire: vtrūq; dixit iste nesci re: et locum quo itur / et viam qua itur. Sed nescit ille menti ri. Ergo isti sciebant: sed se scire nesciebant. Conuincat eos dīs iam scire: qđ se putāt adhuc vsq; nescire. [Dicit ei iesus Ego sum via et veritas et vita.] Quid est fratres? Ecce au diuimus discipulū interrogātem: audiuim⁹ et magistrū do centem: et nōdum capimus: etiā post vocē sonantem senten tiam latitātem. Sed quid nō possumus capere? Nūquid po terant ei dicere apostoli ei⁹ cū quib⁹ loquebak: nescimus te? Proinde si eū sciebant et via ipse est: viam sciebāt. Si eum sciebāt et veritas ipse est: veritatē sciebant. Si eū sciebant ꝛ vita ipse est / vitā sciebant. Ecce scire cōuicti sunt qđ se scire nesciebāt. ¶ Quid igitur et nos in isto sermone nō cepimus? B
Quid putatis fratres mei: nisi quia dixit. Et quo vado sci tis et viā scitis? Ecce cognouimus qđ sciebāt viam: qz scie bant ipsum qui est via. Sed via est qua itur: nūquid via est et quo itur? Utrūq; autem illos dixerat scire: et quo vadit ꝛ viam. Opus ergo erat vt diceret ego sum via: vt ostenderet eos q̄ eum scirent viā scire: quā putauerant se nescire. Quid autē opus erat vt diceret. Ego sum via et veritas et vita: cū via cognita qua iret / restaret nosse quo iret: nisi quia ibat ad veritatē / ibat ad vitam? Ibat ergo ad seipsum: per seipsum. Et nos quo imus nisi ad ipsum? Et qua imus nisi per ipm? Ipse igit ad seipsum per seipsum: nos ad ipsum per ipsum: immo vero et ad patrē et ipse et nos. Nam et de seipso alibi dicit. Ad patrem vado. Et hoc loco ꝓpter nos [nemo] inq̄t Joh. xvj. [venit ad patrem: nisi per me.] Ac per hoc et ipse per seipm et ad seipsum et ad patrem: et nos per ipsum et ad ipsum / et ad patrem. Quis hec capit: nisi qui spūaliter sapit? Et q̄tū est qđ hic capit: etiam qui spiritualiter sapit? Fratres mei: quid a me ista vobis vultis exponi? Cogitate q̄s excelsa sint Videtis quid sim: video quid sitis. In omnibus nobis cor Sap. ix. pus qđ corrūpitur aggrauat animā: et deprimit terrena in habitatio sensum multa cogitantem. Putamus ne et possu mus dicere. Ad te leuaui aīam meam qui habitas in celis? Pſ. cxxij Sed sub tanto pondere vbi ingemiscimus grauati: quomo do leuabo animā meam: nisi mecum leuet qui posuit pro me suam? Dicam ego qđ possum: capiat vestrū qui potest. Quo donante dico: eo donāte capit qui capit: ꝛ eo donante credit qui nondū capit. Misi enim crediderit⁹ inquit, ppheta: nō Esaie. vij. intelligetis. Dic mihi dīe meus: quid dicam seruis tuis cō seruis meis? Thomas apostolus vt te interrogaret habuit te ante se: nec tamen itelligeret te: nisi haberet in se. Ego in terrogo te: quia te scio esse super me. Interrogo autē in quā tum possum super me effundere animā meam: vbi nō sonan tem et tamen docentē audiamte. Dic mihi obsecro: quomo do vadis ad te? Nūquid nam vt venires ad nos / reliqueras te: maxime quia nō a teipso venisti sed pater te misit? Scio Joh. viij. quidem qđ te exinanisti: sed quia formā serui accepisti: non quia formā dei vel ad quam redires dimisisti: vel quā reci peres amisisti. Et tamen venisti: et non solum vsq; ad carna les oculos: verūetiam vsq; ad manus hominum peruenisti. Quomodo nisi in carne? Per hanc venisti manēs vbi eras. Per hanc rediisti non relinquens quo veneras. Si ergo per hanc venisti et rediisti: per hanc proculdubio non solū nobis es qua veniremus ad te: verūetiam tibi qua venires et redi res via fuisti. Cum vero ad vitam qđ es ipse isti: eandem p fectō carnem tuā de morte ad vitam adduxisti. Aliud quip pe dei verbum est: aliud homo. Sed verbū caro factum est. Joh. j. id est homo. Non itaq; alia verbi: alia est hominis persona: qm̄ vtrūq; est christus vna persona. Ac per hoc quēadmodū caro cū mortua est: christus mortuus est: ꝛ cum caro sepulta est: christus sepultus est: sic enim corde credimus ad iustiti am: sic ore cōfessionem facimus ad salutem. Ita cum caro a Rom. x. morte venit ad vitam: christus venit ad vitam. Et quia ver bum dei christus est: christus est vita. Ita miro quodā ꝛ in effabili modo qui nunq̄ dimisit vel amisit seipsum venit ad seipsum. Generat autē vt dictū est per carnē deus ad homi nes: veritas ad mendaces. Deus enī verax: oīs aūt homo Pſ. cxv. mendax. Cum itaq; ab hominibus abstulit atq; illuc vbi ne mo mentit carnē suam leuauit idem ipse: quia verbum caro factum est: per semetipsum: id est per carnem / ad veritatem qđ est ipse remeauit. Quā quidem veritatē: q̄tus inter men daces / et in morte seruauit. Aliquādo enī christus fuit mor tuus: sed nunq̄ fuit falsus. Accipite q̄tus diuersum et lōge impar exemplū: tamen vtcūq; ad intelligendū deū ex his q̄ ꝓpius subiecta sunt deo. Ecce ego ipse q̄tum attinet ad ani mum meum: cū hoc sim qđ estis et vos. Si taceo apud me ip sum sum: si autem loquor vobis qđ itelligatis: quodāmodo ad vos ꝓcedo nec me relinquo. Sed et ad vos accedo: ꝛ nō

D

recedo vnde ꝓcedo. Cum autē tacuero /quodāmodo ad me redeo: et quodāmodo vobiscum maneo si tenueritis qō audistis in sermone quē dico. Si hoc potest imago quam fecit deus: quid potest non a deo facta sed ex deo nata imago dei deus /cuius illud per quod ad nos egressus est: ꝛ in quo a nobis regressus est corpus: non sicut me? elapsus est sonus: sed manet ibi vbi iam non moritur: et mors ei vltra non dominabitur? Multa de his euāgelicis verbis adhuc dici fortasse poterant et debebant: sed non sunt corda vestra spiritualibus cibis quālibet suauibus onoranda: maxime quia spiritus ꝓmptus est: caro autem infirma.

Rom. vj.

Tractatus. lxx.

¶ Si cognouissetis me et patrem meū vtiq; cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum et vidistis eū. Dicit ei philippus. Domine ostende nobis patrem: et sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tanto tēpore vobiscum sum: et non cognouistis me. Philippe qui videt me videt ꝛ patrē: quomodo tu dicis ostende nobis patrem. Nō credis quia ego in patre /et pater in me est.

A

VErba sancti euangelij fratres ita recte intelligūtur si cū superioribus reperiūtur habere cōcordiam. Cōuenire enī debent ꝓcedentia cōsequentibus: qñ veritas loquitur. Superius dixerat dñs Et si abiero et ꝓparauero vobis locū: iterū veniam et accipiam vos ad meipsum: vt vbi ego sum et vos sitis. Deinde addiderat. Et quo ego vado scitis et viā scitis. Vtiq; aliud ostēdit esse qō dixit: nisi quia ipsum sciebant. Quid ergo esset ire ad seipsum per seipsum. qō etiam discipulis ꝓmittat vt eant ad ipsum per ipsum: vt potuim⁹ ꝓristino sermone iā diximus. Nō itaq; ait /vt vbi ego sum et vos sitis: vbi erāt futuri nisi in ipso? Ac ꝓ hoc est etiā ipse in seipso: et ideo ibi illi vbi et ipse: id est in ipso. Ipse est igitur vita eterna in qua futuri sumus cū acceperit nos ad se: ꝛ ipsa vita eterna quod ipse est in ipso est: vt vbi est ipse et nos simus: hoc est in ipso

Joh. v.

Sicut enī pater habet vitam in semetipso: ꝛ vtiq; non aliud est vita quā habet nisi qō est ipse qui hāc habet. Sic dedit filio habere vitam in semetipso: cū ipse sit eadem vita quā habet in semetipso. Nūquid autem nos vita qō est ipse hoc erimus: cū in illa vita hoc est in ipso esse ceperimus? Nō vtiq;

Johan. j.

quia ipse existendo vita habet vitā: et ipse est qō habet: ꝛ qō vita est in ipso /ipse est in seipso: nos autem non ipsa vita sed ipsius vite participes sumus: atq; ita ibi erimus vt in nobis ipsis non quod ipse est esse possimus sed nosipsi non vita /ipsum habeamus vitam qui seipsum habet vitā: eo quod ipse sit vita. Deniq; ipse et in seipso est immutabiliter /ꝛ in patre inseparabiliter. Nos vero cum in nobisipsis esse voluissem⁹

Pſ. vj.

ad nosipsos turbati sumus. Unde illa vox est. Ad meipsum turbata est anima mea: atq; in deterius ꝓmutata: neq; id qō fuimus permanere potuimus. Cum autem per ipsum venimus ad patrem sicut ait. Nemo venit ad patrem nisi per me manentes in illo: nec a patre nos quisq; poterit separare nec

B

ab illo. ¶ Cōnectens itaq; cōsequentia precedētib⁹. [Si cognouissetis me (inquit) et patrem meū vtiq; cognouisset.] Hoc est qō ait. Nemo venit ad patrem nisi per me. Deinde subiungit. [Et amodo cognoscetis eum: ꝛ vidistis eū.] Sed philippus vnus ex apostolis qui audierit non intelligens: [Domine (inquit) ostende nobis patrem et sufficit nobis.] Cui dominus. [Tanto (inquit) tēpore vobiscum sum et nō cognouistis me. Philippe qui videt me: videt et patrem.] Ecce increpat q̄ tanto tēpore cum ipsis erat: et non cogno-

3. trac. lxix

scebatur. Nonne ipse dixerat: et quo ego vado scitis: et viā scitis. Et se nescire dicentes /eos hec scire cōuicerat: addēdo atq; dicendo. Ego sum via et veritas et vita. Quomodo nunc dicit. Tanto tempore vobiscū sum et non cognouistis me: cum ꝓfecto et quo iret et viam scirent /non ob aliud nisi qō ipsum vtiq; scirent? Sed facile ista soluitur questio si dicamus q̄ eum aliqui eo ꝓ sciebant /aliqui nesciebant: atq; in his qui nesciebant et philippus erat: vt qō ait /et quo vado scitis et viam scitis: illis dixisse intelligatur qui sciebant non philippo cui dictum est. Tanto tempore vobiscum sum et nō cognouistis me philippe. His ergo qui filium iam nouerant etiam illud de patre dictum est. Et amodo cognoscetis eum et vidistis eum. Dictum est enim ꝓpter omnimodam similitudinē que illi cum patre est: vt ideo amodo' dicerentur nosse patrem: quia nouerant similem filium. Ergo iam sciebant filium: et si non oēs: certe quidam eorū quibus dicitur. Et quo vado scitis /et viam scitis. Ipse est enī via. Sed patrem nesciebant: ideo audiunt. Si cognouissetis me: et patrem meum cognouissetis. Si me vtiq; et illum. Alius enim ego sum: alius ille. Sed ne putarent dissimilem: et amodo (inquit) cognoscetis eum: et vidistis eum.

C

¶ Viderunt enim ei similem filiū: sed admonendi fuerant talem esse etiam patrem quem nōdum videbant: qualis est filius quem videbant. Et ad hoc valet qō postea philippo dicitur [Qui videt me videt et patrem.] Non q̄ ipse esset ꝛ pater et filius: qō in sabellianis qui vocātur etiam patripassiani /catholica fides damnat: sed q̄ tam similes sunt pater ꝛ filius vt qui vnum nouerit /ambos nouerit. Solem⁹ enim de simillimis duobus ita loqui eis qui vnum illorum vident: ꝛ qualis est alius volunt nosse vt dicam⁹? Vidistis istum. Illum vidistis. Sic ergo dictum est. Qui me videt /videt ꝛ patrem: non vtiq; vt ipse sit pater qui filius: sed quod a patris similitudine in nullo ꝓrsus discrepet filius. Nam nisi duo essent pater et filius: non dictum esset. Si cognouissetis me: et patrem meum cognouissetis. Vtiq; enim: quia nemo (inquit) venit ad patrem nisi per me. Si cognouistis me et patrem meum cognoscetis: quoniā ego per quē venitur ad patrem: perducam vos ad eum vt ipm etiam cognoscatis. Sz quoniam illi sum oīno simillimus /amodo cognoscetis eū cum cognoscitis me: et vidistis eū si oculis cordis vidistis me. Quid ergo est quod dicis philippe: ostēde nobis patrez et sufficit nobis? Tanto (inquit) tempore vobiscum sum: ꝛ non cognouistis me? Philippe qui videt me: videt et patrē Nō si ad te multum est hoc videre: saltem quod non vides hoc crede. [Quomodo enī dicis (inquit) ostende nobis patrem?] Si me vidisti qui omnimodo similis sum: vidisti illum cui simlis sum. Nō si videre non potes: non saltem credis: quia ego in patre et pater in me est. Poterat hic dicere philippus. Video quidem te et credo te simillimum esse patri. Sed nūquid arguendus et obiurgandus est: qui cum similem videt /etiam illum cui similis est vult videre? Similem quidē noui: sed adhuc alterum sine altero noui. Nō mihi sufficit: nisi et illum cui est iste similis nouerim. Ostende itaq; nobis patrem /et sufficit nobis. Sed ideo magister discipulum arguebat: quoniā cor postulantis videbat. Tanq; enim melior esset pater q̄ filius: ita philippus patrem nosse cupiebat: et ideo nec filium sciebat quo melius esse aliquid credebat. Ad hunc sensum corrigendum dictum est. Qui videt me videt et patrem: quomodo tu dicis /ostēde nobis patrem? Video quomodo tu dicas. Nō alterum queris videre similem: sed illum putas esse meliorem. [Non credis: quia ego in patre et pater in me est?] Cur in similibus distātiam cupis cernere? Cur inseparabiles separatim desideras nosse? Deinde nō ad solum philippum: sed ad eos pluraliter loquitur: que non sunt in angustias coartanda vt adiuuante illo diligentius exponantur.

Tractatus. lxxj.

¶ Verba que ego loquor vobis a meipso nō loquor. Pater autem in me manens ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre /ꝛ pater in me est. Alioquin ꝓpter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet: ꝛ maiora horum faciet: qz ego ad patrem vado. Et quotcunq; petieritis patrē in noīe meo hoc faciam vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in noīe meo hoc faciā.

A

AUdite auribus accipite mentibus dilectissimi. Loquentibus quidem nobis sed ipso docēte qui non recedit a nobis. Dñs dicit qō modo cum legebatur audistis. [Verba que ego loquor vobis a meipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit

opera.] Ergo et verba opera sunt? Plane ita est. Nam profecto qui proximū loquēdo edificat: bonū opus operatur. Sed quid est a meipso non loquor: nisi a meipso non sum qui loquor? Ei quippe tribuit quod facit: de quo est ipse qui facit. Pater enim deus nō est de aliquo: filius autem deus est quidē patri equalis sed de patre deo. Ideo ille deus sed nō de deo: et lumen sed non de lumine: iste vero deus de deo: lumen de lumine. Nam in his duabus sententijs. Una qua dictum est /non a meipso loquor. Alia qua dictum est: pater autem in me manens ipse facit opera: singulas tenentes diuersi nobis aduersantur heretici: qui non ex vna parte sed in cōtraria conantes a via veritatis exorbitant. Arriani quippe dicunt. Ecce inequalis est patri filius: a seipso non loquitur Dicunt sabelliani ꝓtra: id est patripassiani. Ecce qui pater est: ipse et filius. Quid enim est pater in me manens ipse facit opera: nisi in me maneo ego qui facio? Contraria dicitis sed non eo modo sicut est falsum contrariū vero: sed sicut sūt inter se duo falsa contraria /errādo in diuersa itis: in medio est via quā relinquitis. Inter vosipsos longiore interuallo separati estis: ꝙ ab ipsa via cui⁹ desertores estis. Vos hinc vos autem illinc huc venite: alteri ad alteros transire nolite sed hinc atq; illinc ad nos veniendo inuicem vos inuenite. Sabelliani agnoscite quem prętermittitis. Arriani equate quē subditis: et in via vera nobiscum ambulabitis. Est enī q̄ inuicem ex vobis alteri ex alteris admoneri vtriq; debeatis. Audi sabelliane. Ysq; adeo non ipse pater sed alter est filius: vt eum arrianus inequalē asserat patri. Audi arriane. Ysq; adeo filius equalis est patri: vt sabellianus eundē esse dicat et patrem. Tu adde quem tollis: tu adimple quem minuis: et nobiscū ambo ꝓsistitis: quia nec tu tollis: nec tu minuis eum: qui et alter est a patre vt conuincas sabellianū: et
Johā. x. equalis est patri vt cōuincas arrianū. Utriq; enim clamat: ego et pater vnum sumus. Quod ait vnuꝫ /audiant arriani. Quō ait sumus: audiant sabelliani: et nec illi equalem /nec illi alterum negando sint vani. Si ergo quoniā dixit. Verba que ego loquor vobis a meipso non loquor: propterea putak vsq; adeo imparis potestatis: vtnō quod ipse vult faciat: au
Johā. v. diatur qō dixit. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Item si quoniā dixit. Pater in me manens ipse facit opera: propter ea putatur non alius esse pater alius ipse: audiatur qō dixit. Quecūq; pater facit hec et filius similiter facit: et intelligatur non bis vnus sed duo vnum. Verū quia sic equalis est alter alteri: vt tamen alter sit ex altero: ideo non loquitur a semetipso: quia non est a seipso. Et ideo pater in illo manens facit opera ipse: quia p
B quem et cum quo facit non est nisi ab ipso. ¶ Denīq; adiungit et dicit. [Non creditis quia ego in patre: et pater in me est? Alioquin ꝓpter opera ipsa credite.] Antea solus philippus arguebatur: nūc autem non ibi eū solum fuisse qui esset arguendus ostēditur. Propter opera (inquit) ipsa credite quia ego in patre et pater in me est. Neq; enim si separati essemus /inseparabiliter operari vlla ratione possemus. Sed
Infra tra. lxxij.a. quid est qō sequitur. [Amen amen dico vobis: qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet: et maiora horū faciet:
Infra tra. lxxiij.a. quia ego vado ad patrem /et quecūq; petieritis in nomine meo hoc faciam: vt glorificek pater in filio. Si quid petieri
Al̄.qōcuntis † in nomine meo hoc faciam.] Ergo et illa maiora opeq̄ prem h. ra: seipsum facturum esse promisit. Nō se extollat seruus su-
† Al̄.me pra dominū: nec discipulus supra magistrū. Maiora q̄ ipse
Joh.xiij facit dicit eos esse facturos: sed in eis vel per eos se faciente
Pš.xvij. non ipsis tanq̄ ex seipsis. Ei quippe cantat in psalmo. Diligam te dñe virtus mea. Sed que sunt tandem ista maiora?
Act.v. An forte q̄ egros ipsis transeuntibus etiam eorū vmbra sanabat? Maius est enim vt sanet vmbra q̄ fimbria. Illud p se fecit hoc per ipsos: sed tamen vtrūq; ipse. Verūtamē q̄n ista dicebat /verborum suorū opera commendabat. Sic enī dixerat. Verba que ego loquor vobis: a meipso non loquor Pater autem in me manēs: ipse facit opera. Que opera tūc dicebat: nisi verba que loquebatur? Audiebant et credebāt illi: et eorūdem verborū fructus erat fides illorum. Verūtamen euangelizantibus discipulis non tam pauci q̄ illi erāt: sed gentes etiam crediderūt. Nec sunt sine dubitatione maiora. Nec tamen ait: maiora horum facietis vt solos apostolos eā putarem⁹ esse facturos. Sed qui credit in me (inq̄t) opera que ego facio et ipse faciet. et maiora horum faciet. Itane quicunq; credit in christum facit que christ⁹ vel maiora q̄ christus? Non prętere unt ista tractanda sunt nec debent festinatione precipitari: sed ea cogit concludendus iā sermo iste differri.

¶ Tractatus.lxxij. De eadem lectione.

A Quid sibi velit et quomodo accipiendum sit quod dominus ait. [Qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet] non est facile cōprehendere. Et cum hoc ad intelligendum difficillimū sit: adiecit aliud difficilius [et maiora horum faciet] Quid est hoc? Qui faceret opera que christus fecit non inueniebamus: qui etiam maiora faciat inuenturi sumus? Sed dixeramus sermone pristino quia maius fuit vmbre sue transitu qō discipuli fecerunt q̄ fimbrie sue tactu qō ipe dominus fecit sanari languentes: et quia plures apostolis q̄ ipso per os prophetarum predicante domino crediderunt vt hec viderentur opera intelligenda esse maiora. Non quo maior esset magistro discipulus /vel domino seruus: vel adoptatus vnigenito /vel homo deo: sed q̄ per illos ipse dignaretur eadem maiora facere: qui dicit illis alio loco. Sine me nihil potestis facere. Ipse quippe vt alia omittam que sunt innumerabilia: sine ipsis fecit eos: sine ipsis fecit hunc mundū. Et quia homo etiam ipse fieri dignatus est: sine ipsis fecit et seipsum. Quid autem illi sine ipso: nisi peccatum? Denīq; hic id qō de hac re poterat nos mouere: mox abstulit. Cum enim dixisset. Qui credit in me opera q̄ ego facio et ipse faciet: et maiora horum faciet: continuo secutus adiunxit. [Quia ego † Al̄.quod ad patrem vado: et † quecunq; petieritis † in nomine meo cunq;. hec faciam.] Qui dixerat faciet: post ait faciam: tanq̄ dicere. † Al̄.prem Non vobis impossibile hoc videatur. Non enim poterit esse maior me qui credit in me: sed ego sum facturus et tunc maiora q̄ nunc. Maiora per eum qui credit in me: q̄ prēter eum per me. Ego tamen ipse prēter eum: ego ipse per eum. Sed quādo prēter eum non faciet ipse: quādo autem per eū q̄ uis non per semetipsum: faciet et ipse. Porro autem maiora facere per eum q̄ prēter eum: nō est defectio sed dignatio Quid enim retribuant serui domino: pro omnibus que retribuit eis. Quādoquidem inter cetera bona etiam hoc eis Pš.cxv. donare dignatus est: vt maiora faceret per illos q̄ prēter illos? Nonne ab ore illius diues ille tristis abscessit: qui vite Mat.xix. eterne consilū quesiuit. Addidit /abiecit: et tamen postea qō ab illo auditum non fecit vnus: fecerūt multi cum loqueretur per discipulos magister bonus: contemptibilis ei quē diuitem per seipsum monuit: amabilis eis quos ex diuitibus pauperes per discipulos pauperes fecit. Ecce maiora fecit predicatus a credentibus q̄ locutus audientib⁹? ¶ Ve B rum hoc adhuc mouet: qō hec maiora per apostolos fecit. Non autem ipsos tantum significans ait. Opera que ego facio et vos facietis: et maiora horum facietis: sed omnes ad suam familiam pertinētes itelligi volens. Qui credit in me (inquit) opera que ego facio et ipse faciet: et maiora horū faciet. Si ergo qui credit faciet: non credit vtiq; qui non faciet: sicuti est. Qui diligit me mandata mea custodit. vnde Infra tra. profecto qui non custodit non diligit. Item alio loco. Qui lxxiiij. audit (inquit) verba mea hec et facit ea: similabo eum viMat. vij. ro prudenti qui edificauit domum suam supra petram. Qui ergo non est similis huic viro prudenti: pculdubio aut verba hec audit et non facit: aut omnino nec audit. Qui credit Joh.xj. (inquit) in me: licet moriatur viuet. Qui ergo non viuet: nō vtiq; credit. Tale etiam hoc est: qui credit in me faciet: non vtiq; credit qui non faciet. Quid est hoc fratres? Nūquid inter credentes in christum /non est computandus qui non fecerit opera maiora q̄ christus? Durum est: absurdū est /ferri non potest: non tolleratur nisi intelligatur. Apostolum igitur audiamus. Credenti (inq̄t) in eum qui iustificat impiū Rom. iiij. deputatur fides ei⁹ ad iustitiā. In hoc opere faciamus opera christi: quia et ipsum credere in christo opus est christi. Hoc operatur in nobis: non vtiq; sine nobis. Audi ergo iaz et intellige. Qui credit in me: opera que ego facio et ipse faciet. Prius ego facio: deinde et ipse faciet: quia facio vt faciat. Que opera nisi vt ex impio iustus fiat? ¶ Et maiora ho C

rum faciet. Quorum obsecro? Nūquid nam omniū operum christi maiora facit: qui cum timore et tremore suam ipsius salutem operatur? Quod vtiqz in illo: sed non sine illo christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim qđ est celuz et terra: et quecūqz cernuntur in celo et in terra. Et celū eñ et terra transibit. Predestinatoꝝ autem: id est eorum quos presciť: salus ꝛ iustificatio permanebit. In illis tantū opera dei: in his autem etiam est imago dei. Sed et in celis: sedes dominationes: principatus: potestates: archangeli: angeli: opera sunt christi. Nūquid etiam his operibus maiora facit: qui operante in se christo cooperatur salutez eternam ac iustificationem suam. Non hic audeo precipitare sententiā Intelligat qui potest: iudicet qui potest: vtrum maius sit iustos creare qz impios iustificare. Certe enim si equalis est
j. Thi. iij. vtrūqz potentie: hoc maioris est misericordie. Hoc est enim magnū pietatis sacramentum qđ manifestatum est in carne iustificatum est in spiritu: apparuit angelis: predicatum est in gentibus: creditum est in mundo: assumptum est in gloria Sed oīa opera christi intelligere vbi ait. Maiora horum faciet: nulla nos necessitas cogit. Horum enim fortitan dixit que in illa hora faciebat. Tunc enim verba fidei faciebat: ꝛ de his operibus fuerat prelocutus dicens. Verba que ego loquor vobis: a meipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera. Tunc igitur verba eius erant opera eius: et vtiqz minus est verba iustitie predicare: quod fecit preter nos qz impios iustificare qđ ita facit in nobis vt faciamus et nos. Restat inquirere quomodo accipiendum sit. [Quodcūqz petieritis patrem in nomine meo hoc faciam.] Propter multa enim que petunt fideles eius nec accipiunt nec parua hinc exoritur questio. Sed quoniam sermo iste iā claudendus est: et considerande rei atqz tractāde tribuatur saltem parua dilatio.

Tractatus. lxxiij.

¶ Quia ego vado ad patrē ꝛ quodcūqz petieritis patrem in nomine meo hoc faciam: vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo hoc faciam.

A Magnam spem dominus suis promisit sperātibus dicens. [Quia ego ad patrem vado: et quodcūqz petieritis in nomīe meo hoc faciā.] Sic ergo perrexit ad patrem vt non relinqueret indigētes: sed exaudiret petentes. Sed quid est / quodcūqz petieritis: cuz videamus plerunqz fideles eius petere et non accipere? An forte propterea quia male petunt? Hā hoc exprobrauit apo
Jaco. iij. stolus Jacobus dicens. Petitis et non accipitis eo qđ male petatis: vt in concupiscentijs vestris insumatis. Male ergo vsurus eo qđ vult accipere: deo potius miserātē non accipit. Proinde si hoc ab illo petitur vnde homo ledatur exauditus: magis metuendū est / ne qđ posset non dare / ppitius deRum. xj. tratus. An non vidimus israelitas malo suo impetrasse: qđ culpabili cōcupiscentia petierunt? Concupierant enim carnibus vesci: quibus pluebatur manna de celo. Fastidiebant quippe qđ habebant / et qđ non habebant impudenter petebant. Quasi non melius peterent non vt cibus qui deerat in decēti desiderio prestaretur: sed vt ille qui aderat sanato fastidio sumeretur. Quādo enim nos delectant mala et nō delectant bona: rogare debemus potius deum vt delectent bona qz vt concedantur mala. Non quia maluz est carne vesci:
j. Tim. iiij cum de hac re loquēs apostolus dicat. Omnis creatura dei bona est / ꝛ nihil abijciendū qđ cum gratiarū actione accipitur. Sed quia sicut id ipse ait. Malū est homini qui per ofRo. xiiij. fensionem mādūcat. Et si per hominis offensionem: quāto magis dei? Cuius in israelitis non parua erat offensio: repudiare qđ dabat sapientia ꝛ petere id qđ inhibebat cōcupiscētia: cuius illi nec peterent: sed quia deerat murmurarent: sed vt sciremus non dei creaturam esse culpabilem: sed inobedi
Gen. iij. entiam cōtumacem et inordinatam cupiditatem: non ppter
Gen. xxv. porcum: sed propter pomū mortem primus homo inuenit: ꝛ esau primatus suos nō propter gallinam: sed ppter lenticulam perdidit. Quomodo ergo intelligendū est quodcūqz petieritis hoc faciam: si deus aliqua petētibus fidelibus etiā
B cōsulendo non facit? ¶ An forte solis apostolis hoc dictū debemus accipere? Absit. Unde enim ad hoc venit vt diceret qđ superius dixerat. Qui credit in me opera qz ego facio / ꝛ ipse faciet: et maiora horum faciet. De qua re iā pristino sermone tractauimus: ꝛ ne quisqz hoc sibi tribueret: vt etiam illa opera maiora a seipso facere ostenderet: adiecit atqz ait. Quia ego ad patrē vado: et quodcūqz petieritis in nomine meo hoc faciam. Nūquid in eum soli apostoli crediderunt. Ad eos itaqz loquebatur dicēdo. Qui credit in me: in quib⁹ eo donante etiā nos sumus: qui vtiqz nō quodcūqz petimus accipimus. Ipsos quoqz beatissimos si cogitem⁹ apostolos inuenimus cū qui plus oīnibus laborauit: non autē ipse: sed gratia dei cum ipso / ter dīm rogasse vt ab eo discederet angelus sathane: nec tamen qđ rogauerat accepisse. Quid di-ij. Cor. xij. cimus charissimi? Putabimus ne hoc promissum vbi ait. Quodcūqz petieritis hoc faciam: nec apostolis fuisse ab illo completū? Et cui tandem qđ promittit ipleuit: si apostolos suos in sua pmissione fraudauit? Euigila igitur homo fidelis: et vigilāter audi qđ illic positum est: in nomine meo Ipsum enī quodcūqz non ait petieritis vtcunqz: sed in noīe meo. Quis pmisit ergo tam magnū beneficiū? Qui vocatur vtiqz christus iesus. Christus significat regem: iesus significat saluatorē. Non itaqz nos saluos faciet quicūqz rex: sed rex saluator. Ac per hoc quodcūqz petimus aduersus vtilitatem salutis: non petimus in noīe saluatoris: et tamen ipse saluator est non solū quādo facit qđ petimus / verūetiam qñ non facit: quoniā qđ videt peti contra salutē / nō faciēdo potius se exhibet saluatorē. Nouit enim medicus quid prosua quid contra suā salutem poscat egrotus: et ideo cōtraria poscentis nō facit voluntatem vt faciat sanitatē. Quapropter quādo volumus vt faciat quodcūqz petimus: non vtcunqz sed in nomine eius: hoc est in nomine saluatoris petamus. Non ergo contra nostrā salutem petamus. Qđ si fecerit: nō vt saluator facit quod est nomen fidelibus eius. Est quippe impijs et damnator: qui dignat fidelibus esse saluator. Qui ergo credit in eū quodcūqz petierit in eo nomine qđ est illis qui credunt in eū / hoc facit: quoniā hoc sicut saluator facit. Si autem qui in eū credit aliquid per ignorantiā contra suā salutem petit non in nomine saluatoris petit: qz saluator ei⁹ non erit si qđ eius salutē impedit fecerit. Unde tūc expedit potius: vt non faciendo, ppter quod inuocatur faciat qđ vocatur. ¶ Propterea non solū saluator sed etiam magister bonus vt faciat quodcūqz petierimus: in ipsa oratione quā nobis dedit docuit quid petamus: vt etiaz sic intelligamus nō petere nos in nomine magistri quod petimus preter regulā ipsius magisterij. Sane quedam qz̄uis in nomine eius petamus: id est pm saluatorem et pm magistrū petamus: nō tunc quādo petimus facit: sed tamen facit. Neqz enim quia et illud petimus vt veniat regnū dei: propterea nō facit qđ petiMat. vj. mus: quia non statim cū illo in eternitate regnamus. Differtur enim quādo petimus: nō negatur. Verūtamen orantes tanqz semināres non deficiamus: tēpore enim propriomeGal. vj. mur vt simul petamus quādo bene petimus vt nō faciat qđ nō bene petim⁹: qz ad hoc pertinet qđ in eadem oratione dominica dicimus. Ne nos inferas in tentationē. Neqz enī parua est tentatio: si contra tuam sit causam tua postulatio. Non autem negligenter audiendū est qđ dīs ne quisqz eum putaret qđ se promisit facere petentibus: sine patre esse facturum. Cū dixisset quodcūqz petieritis in nomīe meo hoc faciam: continuo subiecit [vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo hoc faciā.] Nullo modo igitur sine patre hoc filius facit: quādoquidem vt in illo pater glorificetur propterea facit. Facit ergo pater in filio vt filiJoh. x. glorificetur in patre. Et facit filius in patre: vt pater glorificetur in filio: quoniā vnum sunt pater et filius.

Tractatus. lxxiiij.

¶ Si diligitis me mādata mea seruate. Et ego rogabo patrem ꝛ alium paraclitum dabit vobis vt maneat vobiscum in eternum spiritum veritatis quem mundus non potest accipere: quia non videt eum / nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum quia apud vos manebit et in vobis erit.

A Audiuimus fratres cum euangeliū legeretur: dominū dicentē. [Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem et aliū paraclitū dabit vobis vt maneat vobiscum in eternū: spiritum veritatis quē mundus non potest accipere/quia non videt eum: nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit: et in vobis erit.] Multa sunt que in istis paucis verbis dñi requirantur. Sed multū est ad nos vel oīa que hic querenda sunt querere: vel oīa que hic querim⁹ inuenire. Verūtamen ꝯtum nobis dīs donare dignatur p̄o nostra et vestra capacitate: quid dicere debeamus/et quid audire debeatis: attendentes per nos charissimi/qō possumus sumite: et ab illo qō non possumus poscite. Spiritū paraclitum christus ꝓmisit apostolis: quo autem modo ꝓmiserit aduertamus. Si diligitis me (inquit) mādata mea seruate: et ego rogabo patrem et alium paraclitū dabit vobis vt maneat vobiscum in eternum spiritum veritatis. Hic est vtiq; in trinitate spiritussanctus: quē patri et filio cōsubstātialem et coeternum fides catholica confitetur. Ipse est de quo dicit apostolus. Rom.v. Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris: per spiritūsanctū qui datus est nobis. Quomodo ergo dīs dicit. Si diligitis me mandata mea seruate: ꝛ ego rogabo patrem et alium paraclytū dabit vobis: cuz hoc dicat de spiritusancto: quem nisi habeamus/nec diligere deū possumus: nec eius mandata seruare? Quomodo diligimus vt eū accipiamus: quē nisi habeamus diligere nō valemus? Aut quomodo mandata seruabimus vt eū accipiamus: quē nisi habeam⁹ mandata seruare nō possumus. An forte precedit in nobis charitas qua diligimus christū: vt diligendo christum eiusq; mandata faciendo/mereamur accipere spiritū sanctum: vt charitas non christi que iam precesserat: sed dei patris diffundat in cordib⁹ nostris per spiritūsanctum qui datus est nobis? Peruersa est ista sententia. Qui enim se filium diligere credit et patrem nō diligit: pfecto nec filiū diligit sed qō sibi ipse confinxit. ¶Deinde apostolica vox est. B j.Cor.xij. Nemo dicit dīs iesus: nisi in spiritusancto. Et quis dīm iesum nisi qui eum diligit dicit. Si eo modo dicit quo apostolus intelligi voluit. Multi enī voce dicunt: corde autem ꝛ factis negant: sicut de talib⁹ ait. Cōfitentur enī se nosse deum: factis autem negāt. Si negatur factis: pculdubio etiam dicitur ficte. Nemo it aq; dicit dīs iesus animo: verbo: facto: corde: ore: opere. Nemo dicit dīs iesus nisi in spūsctō: ꝛ nemo sic dicit nisi qui diligit. Jam itaq; apostoli dicebant dominus iesu: et si eo modo dicebant vt non ficte dicerent: ore confitentes: corde et factis negantes. Porro sus si veraciter hoc dicebant pculdubio diligebant. Quomodo igitur diligebāt: nisi in spiritusancto? Et tamen eis p̄ius imperatur vt diligant eum et eius mandata cōseruent vt accipiant spiritūsanctum: quē nisi haberent pfecto diligere et mandata seruare nō possent. Restat ergo vt intelligam⁹ spiritūsanctū habere qui diligit et habēdo mereri vt plus habeat: et plus habendo plus diligat. Jam itaq; habebant spiritū discipuli quem dīs ꝓmittebat sine quo eū dīm non dicebāt: nec tamen eum adhuc habebant sicut eum dīs ꝓmittebat. Et habebant ergo et nō habebant: qui ꝯtum habendus fuerat nō dum habebāt. Habebāt itaq; minus: dādus erat eis amplius. Habebāt occulte: accepturi fuerant manifeste: quia ꝛ hoc ad maius donū sanctispirit⁹ pertinebat vt eis innotesceret j.Cor.ij. qō habebāt. De quo munere loquens apostolus ait. Nos autem nō spiritū huius mundi accepim⁹ sed spiritū qui ex deo est: vt sciamus que a deo donata sunt nobis. Hā et ipsam manifestam impenditionē spiritussancti: non semel sed bis numero dīs egit. Mox enim vt resurrexit a mortuis: insufflās ait. Accipite spiritūsanctum. Nūquid igitur quia tūc dedit ideo non misit etiam postea quē promisit? Aut non idēipse est spiritussanctus qui ꝛ tunc est insufflatus ex ipso: ꝛ postea ab ipso missus e celo? Quapropter cur ipsa que facta est euidenter donatio eius bis facta fuerit: alia questio est: Fortasis enim p̄opter duo p̄cepta dilectionis/hoc est ꝓmi et dei. vt cōmendaretur ad spīmsanctum pertinere dilectio: hec eius gemina est in manifestatiōe facta donatio. Et si alta cā j.sen.distī. querenda est non nunc eius inquisitione in longiorē ꝯ oporxvij.vtaūt tet modum sermo iste mittendus est: duz tamen conster sine certius. spiritusancto christum nos diligere ꝛ mandata eius seruare non posse: ꝛ id nos posse atq; agere tanto minus quāto illum percipimus minus: tanto autem amplius quāto illum percipimus amplius. Proinde nō solum nō habenti verumetiaz habenti nō incassum ꝓmittitur: non habenti quidē vt habeatur. Habenti autem vt amplius habeak. Nam nisi ab alio minus ab alio amplius haberetur: sctūs heliseus sancto helie nō diceret. spiritus qui est in te duplex sit in me. Quādo aūt ait iohānes baptista. Nō enim ad mēsuraz dat deus spm̄: de ipso dei filio loquebatur cui nō est datus spūs ad mensuram quia in illo inhabitat oīs plenitudo diuinitatis. Neq; enī si ne gratia spūssancti est mediator dei et hominuz: homo xp̄s iesus. Hā ꝛ ipse dicit de se fuisse ꝓpheti cū illud ipletū. Spiritus dīi super me ꝓpter quod vnxit me: euāgelizare paupibus misit me. Quod eiñ est vnigenitus equalis patri: non est gratie sed nature. Quod aūt in vnitate persone vnigeniti assumptus est homo: gratie est non nature: cōfitente euāgelio atq; dicente. Puer autē crescebat et cōfortabatur plenus sapientia: et gratia dei erat in illo. Ceteris autem ad mensurā vbi ꝯ. datur et datus additur: donec vnicuiq; p̄o modo sue perfectionis ꝓpria mensura compleat. Unde ꝛ monet apostolus Non plus sapere ꝯ oportet sapere: sed sapere ad temperan- Rom.xij. tiam: vnicuiq; sicut deus partitus est mēsuram fidei. Neq; j.Cor.xij. enī ipse diuiditur spirit⁹ sed dona per spiritū. Nam diuisiones donationū sunt: idem aut̄ spiritus. ¶Qō vero ait. [Ro C gabo patrem et alium paraclitum dabit vobis] ostendit et seipsum esse paraclitum. Paraclitus enim latine dicitur aduocatus. Et dictū est de christo. Aduocatum habem⁹ ad pa j.Johā.iij trem: iesum christū iustum. Sic autem mundū dixit nō posse accipere spiritūsanctum: sicut etiam dictū est/prudentia Rom.viij carnis inimica est deo: legi enim dei non est subiecta nec enī potest: velut si dicamus: iniusticia iusta esse nō potest. Mūdum quippe ait hoc loco mundi significans dilectores: que dilectio non est a patre. Et ideo dilectioni huius mundi de qua satagimus vt minuak ꝛ consumak in nobis contraria est dilectio dei que diffunditur in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis. [Mundus ergo eum accipere non potest: quia nō videt eum neq; scit eum.] Neq; enim habet inuisibiles oculos mūdana dilectio: per quos videri spiritussanctus nisi inuisibiliter nō potest. [Vos autem (inq̄t) cognoscetis eum: quia apud vos manebit et in vobis erit.] Erit in eis vt maneat: non manebit vt sit. Plus est enīz esse alicubi ꝯ manere. Sed ne putarent qō dictum est apud vos manebit/ita dictum quē admodū apud hominem hospes visibiliter manere consueuit exposuit quid dixerit apud vos manebit: cum adiunxit ꝛ dixit/in vobis. Ergo inuisibiliter videtur: nec si non sit in nobis: potest esse in nobis eius scientia. Sic enim a nobis videtur in nobis: id est nostra cōscientia: nam faciem videmus alterius: nostram videre non possumus. Conscientiam vero nostram videmus: alterius non videmus. Sed conscientia nunq̄ nisi in nobis: spiritus autem sanctus potest esse sine nobis. Datur quippe vt sit et in nobis: sed videri et sciri quē admodum videnḋ et sciendus est non potest a nobis: si non sit in nobis.

Tractatus.lxxv.

¶Non relinquā vos orphanos veniaz ad vos adhuc modicū. Et mundus me iam non videt. Vos autem videtis me quia ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis qz ego sū in patre meo: et vos in me/ꝛ ego in vobis. Qui habet mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: et manifestabo ei meipsum.

A Post promissionē spiritussancti ne quis ꝯ putaret q; ita eum dominus daturus fuerit velut p̄o seipso: vt non et ipse cum eo fuisset venturus: adiecit atq; ait. [Non relinquā vos orphanos: veniam ad vos.] Orphani pupilli sunt. Illud enim grecum eiusdez rei nomen est: hoc latinum. Nam et in psalmo vbi legimus. Pupillo tu eris adiutor: grecus habet orphano. Quis er- Pō.ix. go nos filius dei suo patri adoptauerit filios: et eundem patrem nos voluerit habere per gratiam/qui et⁹ pater est per

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

naturam: tamen etiā ipe circa nos paternū affectum quodā modo demonstrat: cum dicit. Non relinquā vos orphanos: veniam ad vos. Hinc est q etiam sponsi filios nos appellat: Mat. ix. vbi ait. Venit hora vt auferatur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt filij sponsi. Quis autem sponsus: nisi dominus chri- Infra tra. stus? Deinde sequitur et dicit. [Adhuc modicum et mūdus lxxvj. me iam non videt.] Quid enim. Tunc eum videbat mūdus quādoquidem mundi nomine vult intelligi eos de quibus Tracta. superius locutus est dicens de spiritusancto quem mundus lxxiiij. accipere non potest: quia non videt eum / neq; cognoscit eū? Videbat eum plane mundus carneis oculis in carne cōspicuum: non autem videbat q in carne verbum latebat. Videbat hominē: non videbat deum: videbat indumentum: non videbat indutum. Sed quomodo post resurrectionē etiam ipsam carnem suam quā non solum videndā: verūetiam contrectandam / suis voluit demonstrare: non suis subtrahere: fortasse hinc intelligendum est esse dictum / adhuc modicum et mūdus me iam non videt. [Vos autem videbitis me: q ego viuo et vos viuetis.] Quid est quia ego viuo: et vos viuetis? Cur de presenti se dixit viuere: illos autem de futuro esse victuros: nisi quia vitam etiam carnis vtiq; resurgentis qualis in ipso precedebat / & illis est pollicitus secuturā? Et quia ipsius mox futura erat resurrectio: presentis posuit tēporis verbum, ppter significandam celeritatē: illorū autem quoniā seculi differtur in finem: non ait viuitis sed viuetis. Duas ergo resurrectiones suam scz mox futuram & nostram in seculi fine venturā duobus verbis presentis tēporis et futuri elegāter breuiterq; pmisit. Quia ego (inq̄t) viuo & vos viuetis: quia viuit ideo & nos viuemus: per hominē quippe j. Cor. xv. mors / et per hominē resurrectio mortuorum. Sicut enim in adam oēs mouūtur: ita et in christo oēs viuificabūtur: quoniā nemo ad mortē nisi per illum: nemo ad vitā nisi per christū. Quia nobis virimus mortui sumus: quia viuit ipse viuemus nos. Mortui sumus illi: quando virimus nobis. Quia vero mortuus est ille pro nobis: et sibi viuit et nobis. Quia enī viuit ille: et nos viuemus. Nam sicut per nos mortem habere potuim⁹: non sic et vitam per nos habere possumus. [In illo die (inquit) vos cognoscetis: quia ego sum in B patre meo: et vos in me et ego in vobis.] In quo die: nisi de quo ait et vos viuetis? Tunc enim erit: vt possimus videre q̄ credimus. Nā et nunc est in nobis: & nos in illo. Sed hoc nūc credimus: tūc etiam cognoscemus q̄uis et nūc credendo nouerimus sed tūc cōtemplando noscemus. Quādiu enī j. Cor. v. sumus in corpore quale nūc est: id est corruptibili q̄ aggraSapi. ix. uat animā peregrinamur a dño: per fidem enī ambulamus j. Joh. j. nō per speciem. Tūc ergo per speciem q̄m videbimus eum Rom. viij sicuti est. Nam si etiam nūc christus in nobis nō esset: nō diceret apostolus. Si autem christus in nobis: corpus quidē mortuū est, ppter peccatū: spiritus autē vita est, ppter iusticiam. Quia vero et nos etiā nunc in illo sumus: satis ostēdit Johā. xv. vbi dicit. Ego sum vitis: vos palmites. In illo ergo die q̄ viuemus ea vita qua mors absorbebit cognoscemus q̄ ipse in patre et nos in ipso et ipse in nobis: quia tūc perficiet hoc ipsum q̄ & nūc inchoatū est iam per ipsum: vt sit in nobis et nos in ipso. [Qui habet (inquit) mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me.] Qui habet in memoria: et seruat in vita. Qui habet in sermonibus: et seruat in moribꝰ. Qui habet audiendo: et seruat faciendo: aut̄ habet faciendo: et seruat perseuerādo. Ipse est (inquit) qui diligit me. Opere est demonstranda dilectio: ne sit infructuosa nominis appellatio. [Et qui diligit me (inquit) diligetur a patre meo: et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum.] Quid est diligam: tanq̄ tunc dilecturus sit et nūc non diligat? Absit. Quomodo enī nos pater sine filio: aut filiꝰ sine patre diligeret? Quo modo cum inseparabiliter operent: separabiliter diligunt? Sed ad hoc dixit diligam eū: ad q̄ sequit / et manifestabo ei meipsum. Diligam et manifestabo: id est ad hoc diligam vt manifestem. Nunc enim ad hoc dilexit vt credam⁹ & mandatum fidei teneamus: tunc ad hoc diliget vt videamus et ipsa visione mercedem fidei capiamus: quia et nos nunc diligimus credendo q̄ non videmus: tunc autem diligimus videndo quod credimus.

Tractatus. lxxvj.

[Dicit ei iudas non ille scariothis. Dñe quid factum est: quia manifestaturus es nobis teipm et non mundo? Respōdit iesus & dixit ei. Si q̄s diligit me sermonem meū seruabit. Et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionē apud eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me patris.

A Interrogantibus discipulis et eis magistro respōdente iesu: etiam nos tanq̄ cum illis discimus: q̄ sanctū euangelium vel legimus vel audimus. Qz ergo dixerat dīs: adhuc modicum et mūdus me iam non videt: vos autem videbitis me: interrogauit eū de hocipso [iudas non ille] traditor eius qui [scariothis] cognominatus est: sed cuius et epistola inter scripturas canonicas legitur. [Domine: quid factum est: quia nobis manifestaturus es teipsum et non mundo?] Simus cū ipsis tāq̄ interrogantes discipuli: cōmunēq; magistrum audiamus & nos. Judas enim sanctus non immūdus nec insectator dñi sed sectator: causam quesiuit quare se non mūdo sed suis manifestaturus esset iesus: quare adhuc modicum et mundus non videret eum: ipsi autem viderent eū. [Respondit iesus et dixit ei. Si quis diligit me sermonem meū seruabit: et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus et māsionē apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non seruat.] Ecce exposita est causa quare se suis manifestaturus est non alienis: quos mūdi nomine appellat: et ipsa est causa q̄ hi diligant / illi non diligant. Ipsa causa est: de qua sacer unsonat psalmus. Judica me deus: et discerne causam meaz Pſ. xlij. de gente non sancta. Qui enī diligunt: quia diligūt eligūtur Qui vero nō diligunt: si linguis hominū loquātur & angelo- j. Cor. xiij. rum: fiunt eramentū sonās et cymbalū tinniēs. Et si habuerint ꝓphetiam et scierint oīa sacramenta et oēm scientiā / et habuerint oēm fidem vt mōtes transferant nihil sunt. Et si distribuerint oēm substantiā suam / et tradiderint corpus suum vt ardeant nihil eis pdest. Dilectio sanctos discernit a mūdo que facit vnanimes habitare in domo: in qua facit pa- Pſ. lxvij ter et filius māsionē qui donant et ipsam dilectionē: quibus donant in fine etiā ipsam suam manifestationē. De qua discipulus magistrū interrogabat: vt non solū illi qui tūc audiebant per os eius: sed etiā nos per euangeliuz eius hoc nosse possemus. Quesierat enī de christi manifestatione: et audiuit de dilectione atq; mansione. Est ergo quedā dei manifestatio interior: quā, prius impij nō nouerūt quibꝰ dei patris et spiritussancti manifestatio nulla est. Filij vero potuit esse sed in carne: que nec talis est qualis illa: nec semp illis adesse potest qualiscūq; sit sed ad modicū tempus: & hoc ad iudicium non ad gaudiū: ad supplicium non ad premium. ¶ Nūc Tracta. est ergo vt intelligam⁹ q̄tum aperire ille dignatur quomo- lxxv. a. do dictū sit: adhuc modicum et mundus me iam non videt: vos autem videbitis me. Verū est quidem q̄ post paululuz etiam corpus suum in quo poterant eū et impij videre / oculis eorum fuerat subtracturus: quādoquidem post resurrectionem nemo eum vidit illorum: sed quomodo dictum est testantibus angelis / sic veniet quēadmodum vidistis eum Actuū. j. eūtem in celum: nec aliud credimus q̄ eum in eodem corpore ad iudicium viuorū et mortuorū esse venturū. Proculdubio tunc eum videbit mūdus: quo nomine significati sunt a regno eius alieni. Ac per hoc lōge melius intelligitur illud iam tempus significare voluisse in eo q̄ ait. Adhuc modicū et mundus me iam non videt: quādo in fine seculi auferetur ab oculis damnatorum: vt illi eum de cetero videant apud quos diligentes eum / facit pater atq; ipse mansionem. Modicum autem dixit: quia et id q̄ prolixum videtur hominibus: breuissimū est ante oculos dei. De hoc quippe modico iste ipse iohannes: filioli inquit nouissima hora est. Ne quis j. Joh. ij. putet existimet patrem tantūmodo et filium sine spiritusancto apud dilectores suos facere mansionem: recolat q̄ superius de spiritusancto dictum est. Quē mundus nō potest accipere: quia non videt eum nec scit eum: vos autē cognoscetis eum quia apud vos manebit et in vobis erit. Ecce facit in sanctis cum patre et filio sanctus etiam spiritus man-

sionem:intus vtiqz tanqz deus in templo suo. Deus trinitas pater et filius et spiritussanctus veniunt ad nos dum venimus ad eos. Veniunt subueniendo:venim⁹ obediendo. Veniunt illuminando:venimus intuendo. Veniunt implēdo: venimus capiendo:vt sit nobis eoz non externa visio sed interna: et in nobis eozum non transitoria mansio sed eterna.

C Sic mūdo non se filius manifestat. ¶ Mūdus enim dictus est hoc loco:de quibus continuo subiunxit atqz ait. [Qui nō diligit me: sermones meos nō seruat.] Hi sunt qui patrem et filium et spiritūsanctum nunqz vident. Filium autem non vt beatificenk sz vt iudicentur/ad modicum vident. Nec ipsum in forma dei vbi est cum patre ⁊ spiritusancto pariter invisibilis:sed in forma hominis vbi esse volunt mūdo patiendo contemptibilis/iudicando terribilis. Qō vero adiunxit [et sermo quem audistis non est meus:sed eius qui misit me patris] non miremur:non paueamus:non est minoz patre: sed non est nisi a patre: non est impar ipso: sed non est a seipso. Neqz enim mentitus est dicendo. Qui nō diligit me sermones meos non seruat. Ecce suos dixit esse sermones. Nunquid sibipse est cōtrarius: vbi rursus dixit. Et sermo quem audistis non est meus? Aut quia fm hominem nō est suus? Et fortasse propter aliquā distinctionem vbi suos dixit pluraliter dixit:hoc est sermones: vbi autem sermonem: hoc est verbum/non suum dixit esse sed patris:seipsum intel
Joh.j. ligi voluit. In principio enī erat verbū:et verbū erat apud deum:et deus erat verbum. Non itaqz suū sed patris est verbum quomodo nec sua imago sed patris est:nec suus filius idem ipse sed patris. Recte igitur tribuit auctori quicquid fecit equalis a quo habet hoc ipsum quod illi est indifferenter equalis.

Tractatus.lxxvij.

¶ Hec locutus sum vobis apud vos manens paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia: et suggeret vobis oīa quecūqz dixero vobis: pacem relinquo vobis: pacem meaz do vobis: nō quomodo mundus dat ego do vobis.

A IN precedenti lectione sancti euangelij quā sequitur ista que modo recitata est:dīus iesus dixerat se et patrem ad dilectozes suos esse venturos:et apud eos mansionem esse facturos. Jam vero et superius dixerat de spiritusancto. Vos autem cognoscetis eum:quia apud vos manebit/et in vobis erit. Unde intelleximus in sanctis tanqz in templo suo simul manere trinitatem deum. Nunc aūt dicit. [Hec locutus sum vobis: apud vos manens.] Illa itaqz mansio alia est quā promisit futuram:hec vero alia quā presentem esse testatur. Illa spiritualis est atqz intrinsecus mētibus redditur:hec coporalis forinsecus oculis atqz auribus exhibetur. Illa in eternū beatificat liberatos:hec in tempore visitat liberandos. Scōm illam dominus a suis dilectoribus non recedit: scōm hanc it et redit. Hec (inqt) locutus sum vobis apud vos manēs vtiqz presentia coporali qua cuz illis visibilis loquebatur [Paraclitus autem (inquit) spiritussanctus quem mittet
†Al.suggeret. pater in nomine meo:ille vos docebit omnia et † cōmemorabit vobis oīa quecunqz dixero vobis.] Nunquid nam dicit filius et docet spiritussanctus: vt dicente filio verba capiamus:docente autem spiritusancto eadem verba intelligamus. Quasi dicat fili⁹ sine spiritusancto/aut spiritussanctus doceat sine filio:aut vero non et filius doceat: et spiritussanctus dicat. Et cum deus aliquid dicit/et docet: trinitas ipsa dicat et doceat? Sed quoniam trinitas est: oportebat eius singulas insinuare personas:eāqz nos distincte audire inseparabiliter intelligere. Audi patrem dicentem vbi
Psalm.ij. legis. Dominus dixit ad me filius meus es tu. Audi et
Joh.vj. docentem vbi legis. Omnis q̄ audiuit a patre et didicit: venit ad me. Filium vero dicentem modo audisti. De se quippe
Mat.xxiij ait. Quecunqz dixero vobis. Quem et si docentem vis nosse magistrum recole. Unus est (inquit) magister vester christus. Spiritum vero sanctum quem modo audisti docen-
Act.x. tem vbi dictum est. Ipse vos docebit oīa: audi etiam dicentem: vbi legis in actibus apostolozū beato petro dixisse spiritūsanctum: vade cū illis:quia ego misi eos. Omnis igitur et dicit et docet trinitas. Sed nisi etiam sigillatim commendaretur:eam nullo modo humana capere vtcūqz possit infirmitas. Cum ergo oīno sit inseparabilis:nūqz trinitas esse sciretur:si semper inseparabiliter diceretur. Nam et cū dicimus patrem et filium et spiritūsanctum: non eos vtiqz dicimus simul:cum ipsi non possint esse nisi simul. ¶ Quod B vero addidit cōmemorabit vobis: intelligere debem⁹ etiā qō iubemur non obliuisci saluberrimos monitus ad gratiā pertinere:quā nobis cōmemorat spiritus. [Pacem (inqt) relinquo vobis:pacem meam do vobis.] Hoc autem est qō legimus apud prophetam:pacem super pacem. Pacem nobis relinquit iturus:pacem suam nobis dabit in fine venturus. Pacem nobis relinquit in hoc seculo:pacem suam nobis dabit in futuro seculo. Pacē nobis relinquit:in qua manentes hostem vincimus:pacem suam nobis dabit quando sine hoste regnabimus. Pacem reliquit nobis vt etiam hic inuicem diligamus:pacem suam nobis dabit vbi nunqz dissentire possimus. Pacem relinquit nobis ne de occultis nostris inuicem iudicemus cum in hoc sumus mundo: pacem suam dabit nobis cum manifestabit cogitationes cordis:et j.Cor. iiij. tunc laus erit vnicuiqz a deo. In illo tamen atqz ab illo nobis est pax:siue quā nobis relinquit iturus ad patrem: siue quā nobis dabit nos perducturus ad patrem. Quid autem nobis relinquit ascendens a nobis:nisi seipsum dum non recedit a nobis? Ipse est enim pax nostra:qui fecit vtraqz vnū Ephe.ij. Pax ergo ipse nobis est:et cum credimus quia est: et cū vi- Joh.iij demus eum sicuti est. Si enim q̄diu sumus in corpore cor- ij.Cor.v. ruptibili qō aggrauat animā:cum per fidem ambulam⁹ nō Sap.ix. per speciem/non deserit peregrinātes a se:quāto magis cuz ad ipsam speciem venerimus nos implebit ex se. ¶ Sed q̄d C est qō vbi ait/pacem relinquo vobis:nō addidit meam: vbi vero ait:pacem do vobis:ibi dixit meam? Utrum subaudiendū est meam et vbi dictum nō est:quia postea dictum est: potest referri ad vtrūqz etiam qō semel dictum est? An forte et hic aliquid latet qō petendū est et querenduz: et ad quod pulsantibus aperiendū? Quid si enim pacem suam eam voluit intelligi:qualē habet ipse? Pax vero ista quā nobis relinquit in hoc seculo/nostra est pot⁹ dicenda q̄ ipsius. Illi quippe nihil repugnat in seipso:qui nullum habet oīno peccatum. Nos autem talem pacem nunc habemus: in qua ad huc dicamus:dimitte nobis debita nostra. Est ergo nobis Mat.vj. pax aliqua:quoniā condelectamur legi dei scōm interiorez Roñ. vij. hominē sed non est plena:quia videmus aliam legē in membris nr̄is repugnantē legi mentis nostre. Itemqz inter nos ipsos est pax nobis:qua inuicem nobis credimus qō inuicē diligam⁹. Sed nec ipsa plena est:quia cogitationes cordis nostri inuicem non videmus:et quedam de nobis que non sunt in nobis:vel in melius inuicem:vel in deterius opinamur. Itaqz ista etiam si ab illo nobis relicta est: pax nostra est. Nisi enim ab illo:non haberemus et talem: sed ipse non habet talem. Si tenuerimus vsqz in finem qualem accepimus:qualem habet habebimus: vbi nihil nobis repugnet ex nobis:et nihil nos inuicem lateat in cordibus nostris. Nec ignoro ista domini verba etiam sic accipi posse:vt eiusdem domini sententie repetitio videatur. Pacem relinquo vobis:pacem meam do vobis:vt quod dixerat pacem: hoc repetiuit dicens:do vobis. Et volet quisqz accipiat: me tamen delectat. Credo et vos fratres mei dilectissimi sic tenere istam pacem vbi aduersarium concorditer vincimus:vt desideremus pacem vbi aduersarium non habebimus. Qō vero dominus adiunxit atqz ait. [Non quomodo mundus dat ego do vobis.] Quid est aliud nisi non quomodo homines dant qui diligunt mundum ita do vobis. Qui propterea dant sibi pacem vt sine molestia litium atqz bellorū non deo sed amico suo mundo perfruantur: et quādo iustis dāt pacem:vt non eos persequantur: pax non potest esse vera: vbi non est vera concordia:quia disiuncta sunt corda. Quomodo enim consors dicitur qui sortē iungit:ita ille concors dicendus est qui corda iungit. Nos ergo charissimi quibus christus pacem relinquit et pacem suam nobis dat nō sicut mundus sed sicut ille per quem factus est mundus: vt concordes simus:iungamus inuicem corda:et cor vnū sursum habeamus:ne corrumpatur in terra.

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

Tractatus.lxxviij.

¶ Non turbetur cor vestrum: neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado & venio ad vos Si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad patrem: quia pater maior me est.

A Accepimus fratres verba domini dicentis ad discipulos suos. [Non turbetur cor vestrū: neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq; qz vado ad patrem: quia pater maior me est.] Vnde ergo turbari et formidare poterat cor illorum qō ibat ab eis ēuis venturus ad eos: ne forsitan gregem lupus hoc interuallo inuaderet pastoris absentia. Sed a quib⁹ homo abscedebat: de⁹ non recedebat: et idem ipse christus homo et deus. Ergo et ibat per id quod homo erat: & manebat per id quod de⁹ erat Ibat per id quod vno loco erat: manebat per id quod vbiq; erat. Cur itaq; turbaretur et formidaret cor: quando ita deserebat oculos vt non desereret cor? Quis deus etiam qui nullo continetur loco discedat ab eorum cordibus qui eum relinquūt moribus non pedibus: et veniat ad eos qui cōuertuntur ad eum non facie sed fide: et accedunt ad eum mente non carne. Vt autem intelligerent scōm id quod homo erat eum dixisse: vado et venio ad vos: adiecit atq; ait. [Si diligeretis me gauderetis vtiq; quia ad patrem vado: quia pater maior me est.] Per quod ergo filius non est equalis patri: per hoc iturus erat ad patrem: a quo venturus est viuos et mortuos iudicare. Per illud autem in quo equalis est genienti vnigenitus nunq; recedit a patre: sed cum illo est vbiq; totus pari diuinitate quā nullus continet locus. Cū enim
Phil. ij. in forma dei esset sicut apostolus loquitur. Non rapinam arbitratus est esse equalis deo. Quomodo enim rapina posset esse natura: que non erat vsurpata sed nata. Semetipsum autem exinaniuit: formam serui accipiens: non ergo amittens illam: sed accipiens istā: eo modo se exinaniens quo hic minor apparebat q̄ apud patrem manebat. Forma quippe serui accessit: non forma dei recessit. Hec est assumpta: non illa
Johā. x. consumpta. Propter hanc dicit. Pater maior me est: propter illam vero. Ego et pater vnum sumus. ¶ Hoc attendat
B arrianus: et hac attentione sit sanus: ne contentione sit vanus: aut quod est peius insanus. Hec est enim forma serui: in qua dei filius minor est nō patre solo sed etiam spiritusancto: neq; id tantum sed etiam seipso: quia idem ipse in forma dei maior est seipso. Neq; enim homo christus non dicitur filius dei: quod etiaz sola caro eius in sepulchro meruit appellari. Nam quid aliud confitemur cum dicimus credere nos vnigenitum dei filium: qui sub pontio pilato crucifixus est et sepult⁹? Et quid eius nisi caro sepulta est sine anima? Ac per hoc cum credimus in dei filium qui sepultus est: profecto filium dei dicimus & carnem que sola sepulta est. Ipse ergo christus filius dei equalis patri in forma dei: quia semetipsum exinaniuit non formam dei amittens sed formam serui accipiens / maior est et seipso: quia maior est forma dei que amissa non est q̄ serui que accepta est. Quid itaq; mirū vel quid indignum: si scōm hanc formam serui loquens ait dei filius. Pater maior me est: et scōm dei formam loquens ait idem ipse dei filius. Ego et pater vnum sumus? Vnum sunt enim scōm id quod deus erat verbum: & maior est pater scōm id quod verbum caro factum est. Dicam etiam: quod arriani et eunominiani negare non possunt. Scōm hanc formam serui puer christus etiam parentibus suis minor erat:
Luce. ij. quādo paruus maioribus sicut scriptum est subditus erat. Quid igitur heretice cum christus deus sit et homo loquitur vt homo etiam calumniaris deo? Ille in se naturam cōmendat humanam: tu in illo audes deformare diuinā? Infidelis / ingrate: ideo ne tu minuis eum qui fecit te: quia dicit ille quid factus sit propter te? Equalis enim patri filius per quem factus est homo: vt minor esset patre factus est homo: quod nisi fieret quid esset homo? Dicat plane dominus & magister noster. Si diligeretis me: gauderetis vtiq; quia
C vado ad patrem: quia pater maior me est. ¶ Cum discipulis audiamus verba doctoris: non cum alienis sequamur astutiam deceptoris. Agnoscamus geminam substantiam christi: diuinam scilicet qua equalis est patri: humanā qua maior est pater. Utrunq; autem simul nō duo sed vnus est christus: ne sit quaternitas non trinitas deus. Sicut enim vnus est homo anima rationalis et caro / sic vnus christus deus & homo. Ac per hoc christus est deus: anima rationalis et caro. Christum in his omnibus: christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus iesus: sed in forma dei. Quis est sub pontio pilato crucifixus? Christus iesus: sed in forma serui. Idem de singulis iij. sen. dis. xxij. ħ. ḡri-
quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno? tur in me-
Christus iesus: sed in anima sola. Quis resurrecturus tri- dio.
duo iacuit in sepulchro? Christus iesus: sed in carne sola. Dicitur ergo et in his singulis christus. Verum hec omnia non duo vel tres / sed vnus est christus. Ideo ergo dixit. Si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad patrem: quia nature humane gratulandum est: eo q̄ sic assumpta est a verbo vnigenito vt immortalis constitueretur in celo: atq; ita fieret terra sublimis / vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris. Hoc enim modo se iturum dixit ad patrem. Nam profecto ad illum ibat qui cū illo erat. Sed hoc erat ire ad eum et recedere a nobis: mutare atq; immortale facere quod mortale suscepit ex nobis: et leuare in celum p quod fuit in terra pro nobis. Quis non deinc gaudeat: qui sic diligit christum: vt et suam naturam iam immortalem gratuletur in christo: atq; id sesperet futurum esse per dominū christum: qui cum patre et spiritusancto viuit et regnat de⁹ per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus.lxxix.

¶ Et nunc dixi vobis priusq; fiat: vt cum factū fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscū venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicq;. Sed vt cognoscat mūdus quia diligo patrem: et sicut mādatum dedit mihi pater sic facio: surgite eamus hinc.

A Dominus et saluator noster iesus christus: dixerat discipulis suis. Si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Nō ex forma serui eum dixisse non ex forma dei in qua equalis est patri / nouit fides que religiosis est mentibus fixa: non calumniosis & dementibus ficta. Deinde subiunxit. [Et nunc dixi vobis priusq; fiat: vt cum factum fuerit credatis.] Quid est hoc: cum magis homo credere debeat anteq; fiat id quod credēdum est? Hoc est enim laus fidei iij. sen. dis.
si quod creditur non videtur. Nam quid magnū est si id cre- xxiiij. ca. j.
ditur quod videtur. Scōm illam eiusdem domini sententiā
quādo discipulum arguit dicens. Quia vidisti me credidi- Joh. xx.
sti: beati qui non vident et credunt? Et nescio: vtrum credere dicendus est quisq; quod videt. Nam ipsa fides in epistola que scribitur ad hebreos: ita est definita. Est autem fides Hebre. xj.
sperandarum substantia et conuinctio rerum quē non videntur. Quapropter si fides est rerum que creduntur: eademq; fides earum rerum est que non videtur: quid sibi vult quod dominus ait. Et nunc dixi vobis priusq; fiat vt cum factuz fuerit credatis? Nonne potius dicendum fuit. Et nūc dixi vobis priusq; fiat vt credatis: quod cum factum fuerit videatis? Nam et ille cui dictum est. Quia vidisti credidisti: non hoc credidit quod vidit: sed aliud vidit / aliud credidit. Vidit enim hominē: credidit deum. Cernebat quippe atq; tangebat carnem viuentem quā videbat morientem: & credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non videbat: per hoc quod sensibus corporeis apparebat. Sed et si dicuntur credi que videntur: sicut dicit vnusquisq; oculis suis se credidisse: non tamen ipsa est que in nobis edificatur fides: sed ex rebus que videntur agitur in nobis: vt ea credantur que non videntur. Quocirca dilectissimi vnde nunc mihi sermo est quod dominus ait. Et nunc dixi vobis priusq; fiat vt cum factum fuerit credatis. Illud vtiq; dicit / cum factum fuerit: q̄ eum visuri erant post mortem vt-

uentem et ad patrem ascendentem. Quo viso illud fuerant crediturī /q̄ ipse esset christus filius dei viui: qui potuit hoc facere cum prędixisset: et prędicere anteq̄ faceret. Creditur autem hoc non fide/ noua sed aucta / aut certe cum mortuus esset defecta: cum resurrexisset refecta. Neq̄ enim cum dei filium non et ante credebant: sed cum in illo factum esset quod ante prędixit: fides illa que tunc quando illis loquebatur fuit parua: et cum moreretur pene iam nulla: et reuixit et
B creuit. Deinde quod dicit. [Jam non multa loquar vobiscū. Venit enim princeps mundi huius.] Quis nisi diabolus? [Et in me non habet quicq̄:] nullus omnino scilicet peccatū Sic enim ostendit non creaturarum sed peccatorum principem diabolum: quos nunc nomine mundi hui⁹ appellat. Et quotiens cunq̄ mundi nomē in mala significatione ponitur:
Jaco.iiij. non ostendit nisi mundi istius amatores. De quib⁹ alibi scriptum est. Quicunq̄ voluerit amicus esse seculi huius: inimicus dei constituetur. Absit ergo vt sic intelligatur diabolus princeps mundi: tanq̄ gerat vniuersi mundi: id est celi ⁊ terre atq̄ omnium que in eis sunt principatum: de quali mundo dictum est cum de christo verbo sermo esset: et mundus per eum factus est. Vniuersus itaq̄ mundus a summis celis vsq̄ ad infimam terram creatori est subditus non desertori: redemptori non interēptori: liberatori non captiuatori: doctori non deceptori. Quemadmodum autem sit intelligendus
Ephe.vj. princeps mundi diabolus: euidentius aperuit paulus apostolus. Qui cum dixisset / non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: id est aduersus homines: subiecit atq̄ ait: sed aduersus principes et potestates et rectores mundi tenebrarum harum. Sequenti enim verbo exposuit quid dixisset mundi: cum subiecit / tenebrarum harum: ne quisq̄ mundi nomine intelligeret vniuersam creaturam: cuius nullo modo sunt rectores angeli desertores. Tenebraz inquit harum: id est mundi istius amatorum. Ex quibus tamen electi sunt non per suum meritum: sed per dei gratiam: quibus
Ephe.v. dicit. Fuistis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Omnes enim fuerūt sub rectoribus tenebrarum harū id est hominū impiorum tanq̄ tenebre sub tenebris: sed gra-
Col.j. tias deo qui eruit nos / sicut dicit idez apostolus: de potestate tenebrarum: et transtulit in regnum filij charitatis sue. In quo princeps huius mundi / hoc est tenebrarum harum: non habebat quicq̄: quia neq̄ cuz peccato deus venerat / nec ei⁹ carnem de peccati propagine virgo pepererat. Et tanq̄ ei diceretur: cur ergo moreris si non habes peccatuz cui debeatur mortis supplicium: continuo subiecit. [Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Surgite eamus hinc.] Discumbens enim discumbentibus loquebatur. Eamus autem dixit: quo nisi ad illum locum vnde fuerat tradendus ad mortem: qui nullum
pō.lxviij. habebat meritum mortis: sed habebat vt moreretur mandatum patris. Tanq̄ ille de quo prędictuz erat: que non rapui tunc exoluebam: mortem sine debito soluturus: ⁊ nos a morte debitā redēpturus. Rapuerat autem adam peccatū: quādo manum in arborem presumptione deceptus extendit: vt incommunicabile nomen inconcesse diuinitatis inuaderet. quā filio dei natura contulerat non rapina.

Tractatus.lxxx.

La.xv. **Ego sum vitis vera et pater meus agricola ē omnē palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: et omnem qui fert fructuz purgabit eum vt fructū plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.**

A
j.Tim.ij. Iste locus euangelicus fratres vbi se dicit dominus vitem et discipulos suos palmites: sm hoc dicit quod est caput ecclesie: nos quoq̄ membra ei⁹: mediator dei et hominum homo christus iesus. Unius quippe nature sunt vitis ⁊ palmites. Propter qō cū esset deus cuius nature non sumus: factus est homo: vt in illo esset vitis humana natura: cui⁹ et nos homines palmites esse possimus? Quid ergo est. [Ego sum vitis vera.] Nunquid vt adderet vera / hoc ad eam vitem retulit: vnde ista similitudo translata est? Sic enim dicitur vitis per simlitudi- Esaie.liij.
nem non per proprietatem: quemadmodum dicitur ouis: Joh.j.
agnus: leo: petra: lapis angularis et cetera huiusmodi q̄ ma- Apoca.v.
gis ipsa sunt vera: ex quibus ducuntur iste similitudines nō Ephe.ij.
proprietates. Sed cū dicit / ego sum vitis vera: ab illa se vti- j.Cor.j.
q̄ discernit cui dicitur. Quomodo conuersa es in amaritudi- Esaie.v.
nem vitis aliene? Nam quo pacto est vitis vera que expecta ta est vt faceret vuam fecit autez spinas? Ego sum inquit vitis vera: [et pater meus agricola est. Omnem palmitē in me non ferentem fructum tollet eum: et omnem qui fert fructuz purgabit eum: vt fructuz plus afferat.] Nunquid vnum sunt agricola et vitis. Secundum hoc ergo vitis christus: sm qō ait: pater maior me est. Secundum autem id quod ait: ego ⁊ Joh.xiiij.
pater vnum sumus et ipse agricola est: nec talis quales sunt Johā.ix.
qui extrinsecus operando exhibent ministeriuz: sed talis vt det etiam intrinsecus incrementum. Nam neq̄ qui plantat j.Cor.iij.
est aliquid: neq̄ qui rigat: sed qui incremētū dat deus. Sed Joh.x.
vtiq̄ deus est christus: quia deus erat verbum. Unde ipse ⁊ Johan.j.
pater vnum sunt: et si verbum caro factum est quod non erat manet quod erat. Deniq̄ cum de patre tanq̄ de agricola dixisset / quod infructuosos palmites tollat / fructuosos autem purget vt plus afferāt fructum: continuo etiam seipsum mūdatorem palmitum ostendens: [iam vos (inquit) mūdi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.] Ecce et ipse mundator est palmitum / quod est agricole non vitis officiū: qui etiam palmites operarios suos fecit. Nam et si non dāt incrementum impediunt tamen aliquod adiumentuz. Sed Joh.xv.
nō de suo: quia sine me inquit nihil potestis facere. Audi etiam ipsos confitentes. Quid autem est appollo? Quid autem vbi.ē.
paulus? Ministri per quos credidistis / et vnicuiq̄ sicut dominus dedit. Ego plātaui: apollo rigauit. Et hoc ergo sicut vnicuiq̄ dominus dedit. Non itaq̄ de suo. Jam vero quod sequitur: sed deus incrementum dedit / non per illos sed per seipsum facit. Excedit hoc humanam humilitatem: excedit angelicam sublimitatez / nec omnino pertinet nisi ad agricolam trinitatē. Jam vos mundi estis: mundi scilicet atq̄ mun- B
dandi. Neq̄ enim nisi mūdi essent: fructum ferre potuissent. Et tamen omnem qui fert fructum purgat agricola: vt fructum plus afferat. Fert fructū quia mundus est: atq̄ vt plus afferat purgatur adhuc. Quis enim est in hac vita sic mundus: vt non sit magis magisq̄ mundādus? Ubi si dixerim⁹ j.Joh.j.
quia peccatum non habemus / nosipsos seducimus / et veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra: fidelis est et iustus qui dimittet nobis peccata et mūdet nos ab omni iniquitate. Mundet itaq̄ mundos hoc est fructuosos: vt tanto sint fructuosiores: q̄to fuerint mundiores. Jam vos mundi estis: propter verbum qō locutus sum vobis. Quare non ait: mundi estis propter baptismum quo lo- De pse.di.
ti estis: sed ait: propter verbum quod locutus sum vobis: ni- iij. illud
si quia et in aqua verbum mundat. Detrahe verbum: et quid circa finē.
est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elemētum et fit sacra- j.q.j. Re-
mentum: etiam ipsum tanq̄ visibile verbum. Nam ⁊ hoc vti trahe.
q̄ dixerat: quando pedes discipulis lauit. Qui lotus est non Et.iiij.sē.
indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Unde ista dis.iij.c.j.
tanta virtus aque vt corpus tangat et cor abluat: nisi facien- Joh.xiij.
te verbo? Non quia dicitur: sed quia creditur. Nam et in ipso verbo: aliud est sonus transiens: aliud virtus manēs. Hoc est verbum fidei quod prędicamus ait apostolus: quia si cōfessus fueris in ore tuo quia dominus est iesus: et credideris in corde tuo quia deus illū suscitauit a mortuis: saluus eris. Corde enim creditur ad iusticiam: ore autez confessio fit ad Rom.x.
salutem. Unde in actibus apostolorum legimus. Fide mun- Actuū.xv.
dans corda eorum. Et in epistola sua beat⁹ petrus: sic ⁊ vos j.Pet.iij.
inquit baptisma saluos facit non carnis depositio sordium: sed conscientie bone interrogatio / hoc est verbum fidei quod prędicamus: quo sine dubio vt mundare possit consecratur et baptismus. Christus quippe nobiscum vitis: cum patre agricola: dilexit ecclesiam: ⁊ seipsum tradidit pro ea. Lege Ephe.v.
apostolum et vide quid adiungat: vt eā sanctificaret inquit mundans eam lauacro aque in verbo. Mundatio igitur nequaq̄ fluxo et labili tribueretur elemento: nisi adderetur in verbo. Hoc verbum fidei tantum valet in ecclesia dei: vt

Expositio diui Augustini In euangeliū scdm Johānē.

per ipsum credentem/offerentem/benedicentem/tingentē/ etiam tantillum mundet infantem: cui nondum valentem corde credere ad iusticiam: et ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbū: de quo dominus ait. Jam vos mundi estis: propter verbum quod locutus sum vobis.

Tractatus. lxxxj.

MAnete i me et ego in vobis sicut palmes nō potest ferre fructum a semetipso nisi mānerit in vite sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis vos palmites q̄ manet in me et ego in eo. Hic fert fructum multum quia sine me nihil potestis facere: si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et arescet: ⁊ colligent eum et in ignē mittent et ardet. si manseritis in me et verba mea in vobis manserint quodcunq; volueritis petetis et fiet vobis.

A VItem se dixit esse iesus et discipulos suos palmites: ⁊ agricolam patrem. Unde iam prudem sicut potuimus disputatum est. In hac autem lectione cum adhuc de seipso qui est vitis ⁊ de suis palmitibus/hoc est discipulis loqueretur: [manete (inquit) in me et ego in vobis.] Nō eo modo illi in ipso/sicut ipse i illis. Utrūq; autem prodest nō ipsi sed illis. Ita quippe in vite sunt palmites: vt viti non conferant: sed inde accipiant vnde viuant. Ita vero vitis est in palmitib⁹: vt vitale alimentum subministret eis non sumat ab eis. Ac per hoc et manentem in se habere christum et manere in christo: discipulis prodest vtrūq; non christo. Nam preciso palmite/potest de viua radice ali⁹ pullulare. Qui autem precisus est: sine radice non potest viuere. Denīq; adiungit et dicit. [Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi mānerit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis.] Magna gratie commendatio fratres mei: corda instruit humilium: ora obstruit superborum. Ecce si cui audent respondeant: qui ignorantes dei iusticiam et suā volentes constituere/iusticie dei non sunt subiecti. Ecce cui respondeant sibi placentes: et ad bona opera facienda deū sibi necessarium non putantes. Nonne huic resistunt veritati/homines mente corrupti: reprobi circa fidem/qui respondent et loquuntur iniquitatez dicentes? A deo habemus q̄ homines sumus: a nobisipsis autez quod iusti sumus. Quid dicitis quid vosipsos decipitis non assertores sed precipitatores liberi arbitrij: ex alto elationis: per inania presumptionis in profunda submersi? Nempe vox vestra est: q̄ homo ex semetipso facit iusticiam/hoc est altum elationis vestre: sed veritas contradicit et dicit. Palmes non potest ferre fructuz a semetipso: nisi manserit in vite. Ite nunc per abrupta et non habentes vbi figamini: ventosa loquacitate iactamini. Hec sunt inania presumptionis vestre. Sed q̄d vos sequatur videte: et si est in vobis vllus sensus horrete. Qui enim a semetipso se fructum existimat ferre: in vite non est. Qui in vite non est: in christo non est. Qui in christo non est: B christianus non est. Hec sunt profunda submersionis vestre: etiam atq; etiam considerate: quid adhuc veritas adiungat ⁊ dicat. [Ego sum (inquit) vitis: vos palmites. Qui manet in me et ego in eo: hic fert fructum multum/quia sine me nihil potestis facere.] Ne quisq; putaret saltem paruum aliquem fructum posse a semetipso palmitem ferre: cum dixisset/hic fert fructum multum: non ait quia sine me parum potestis facere: sed nihil potestis facere. Siue ergo parum siue multuz: siue illo fieri non potest: sine quo nihil fieri potest: q̄ et si parum attulerit palmes: eum purgat agricola vt plus afferat. Tamen nisi in vite manserit et vixerit de radice: cūlibet fructum a semetipso non potest ferre. Quis autē christus vitis non esset nisi homo esset: tamen istam gratiam palmitibus non preberet nisi etiam deus esset. Verum quia tra sine ista gratia non potest viui vt et mos in potestate sit liberi arbitrij: [si quis in me (inquit) non manserit/mittetur foras sicut palmes et arescet/et colligent eum et in ignem mittent et ardet.] Ligna itaq; vitis tanto sunt contēptibiliora si in vite non manserint: cō to gloriosiora si manserint. Denīq; sicut de his etiam per ezechielem propbetam dominus dicit/precisa nullis agricolarum vsibus prosunt: nullis fabrilibus operib⁹ deputātur. Unum de duobus palmiti cōgruit: aut vitis/aut ignis. Si in vite non est: in igne erit: vt ergo in igne non sit: in vite sit. [Si manseritis in me (inquit) et verba mea in vobis manserint quodcunq; volueritis petetis ⁊ fiet vobis.] Manendo quippe in christo quid velle possunt: nisi quod conuenit christo? Quid velle possunt manēdo in saluatore: nisi quod non alienum est a salute? Aliud quippe volumus quia sumus in christo: et aliud volumus quia sum⁹ adhuc in hoc seculo. De māsione namq; huius seculi nobis aliquando subrepit/vt hoc petamus quod nobis non expediret nescimus. Sed absit vt fiat nobis si manem⁹ in christo: qui non facit quando petimus/nisi quod expedit nobis. Manētes ergo in eo cum verba eius in nobis manent quodcūq; voluerimus petimus et fiet nobis: quia si petimus et non fiet/non hoc petimus quod habet mansio in eo: nec quod habent verba eius que manent in nobis: sed quod habet infirmitas et cupiditas carnis q̄ non est in eo: et in qua non manent verba ei⁹. Nam vtiq; ad verba eius pertinet oratio illa quā docuit: vbi dicimus. Pater noster qui es in celis. Ab hui⁹ orationis verbis et sensibus non recedamus petitionibus nostris: et quicquid petierimus fiet nobis. Tunc enīz dicenda sunt verba eius in nobis manere/quando facimus que precepit et diligimus que promisit. Quando autem verba eius manent in memoria nec inueniūtur in vita: non computatur palmes in vite: quia vitam non attrahit a radice. Ad hāc differentiam valet quod scriptum est. Et memoria retinentib⁹ mandata eius/vt faciant ea. Multi enim memoria retinent et contemnunt vel etiā derident et oppugnant ea. In his verba christi non manent: quia tangunt et quodammodo non coherent. Et ideo illis non erunt in beneficium: sed in testimonium: ⁊ quia sic insunt eis vt non maneant in eis: ad hoc tenētur ab eis vt iudicentur ex eis.

Ezech. xv

Mat. vj.

Pſ. cij. f5 aliā trāslationem.

Tractatus. lxxxij.

CIn hoc clarificatus est pater meus vt fructuz plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea si precepta mea seruaueritis manebitis i dilectione mea. Sicut et ego patris mei precepta seruaui et maneo in ei⁹ dilectione.

A MAgis magisq; saluatoz gratiam qua saluamur discipulis loquēdo cōmendans: [in hoc (inquit) clarificatus est pater meus vt fructum plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli.] Siue glorificatus siue clarificatus dicatur: ex vno greco verbo vtrunq; translatū ē: q̄ est δοξαζω. Dora enī que grece dicit: latine gloria est. Quod ideo cōmemorandū existimaui: quia dicit apostolus. Si abraam ex operibus iustificatus est: habet gloriā sed non ad deum. Hec est ad deum gloria qua glorificatur non homo sed de⁹/si non ex operibus sed ex fide iustificatur: vt ex deo illi sit quod etiam bene operatur: quoniā palmes sicut iam superius dixi: nō potest ferre fructum a semetipso. Si enīz in hoc clarificatus est deus pater vt fructū plurimum afferamus ⁊ efficiamur christi discipuli: non hoc glorie nostre tribuamus tanq; ex nobisipsis habeamus: ei⁹ est enim hec gratia: et ideo in hoc non nostra sed eius est gloria. Unde et alibi cum dixisset: sic luceat lumen vestrum coram hominibus vt videant opera vestra bona: ne a semetipsis putarent esse bona opera sua: mox addidit: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. In hoc enim glorificatur pater vt fructum plurimum afferamus et efficiamur christi discipuli. A quo efficimur/nisi ab illo cuius misericordia preuenit nos? Ipsius enim figmentum sumus: creati in christo iesu in operib⁹ bonis. [Sicut dilexit me pater (inquit) ⁊ ego dilexi vos: manete i dilectione mea.] Ecce vnde sunt nobis opera bona. Nam vnde nobis essent: nisi quia fides per dilectionem operatur? Unde autem diligeremus nisi prius diligeremur? Apertissime hoc in epistola sua idem iste euangelista dixit. Nos diligamus deum. quoniam ipse prior dilexit nos. Quod autem ait/sicut dilexit me pater et ego dilexi vos: non equalitatem nature ostendit nostre et sue: sicut est patris et ipsius: sed gratiam qua mediator dei et hominum

Roñ. x. ij. Tim. iij

Roñ. iiij.

Mat. v.

Ephe. ij.

Gal. v.

j. Joh. iiij.

j.Tim.iiij est homo christus iesus. Mediator quippe monstratur cum dicit: sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos. Nā pater vtiq; diligit et nos sed in ipso: quia in hoc glorificatur pater vt fructum afferamus in vite / hoc est in filio: et efficiamur eius discipuli. Manete inquit in dilectione mea. Quomodo manebimus? Audi quid sequitur. [Si precepta mea (inquit) seruaueritis: manebitis in dilectione mea.] Dilectio facit pceptā seruare: an precepta seruata faciunt dilectionem? Sed quis ambigat: q⁹ dilectio precedit? Vnde enim precepta seruet non habet / qui non diligit. Quod ergo ait: si pceptā mea seruaueritis manebitis in dilectione mea / ostendit nō vnde dilectio generetur sed vnde mōstretur. Tanq̄ diceret. Nolite vos putare manere in dilectione mea: si nō seruaueritis precepta mea. Si enī seruaueritis manebitis / hoc est. Hinc apparebit quod in dilectione mea manebitis: si precepta mea seruaueritis. Nemo se fallat dicēdo quod eum diligat: si ei⁹ precepta non seruat. Nam utantū eum diligimus: inq̄ntum eius precepta seruamus. Inq̄ntum autem minus seruamus: minus diligim⁹. Cuius quod ait: manete in dilectione mea: non apparet quā dixerit dilectionem: vtrum qua eum diligimus an qua ipse diligit nos. Sed ex verbo superiore dinoscitur. Dixerat q̄ppe: et ego dilexi vos / cui verbo continuo subiunxit: manete in dilectione mea. Illa ergo qua dilexit nos. Quid est ergo manete in dilectione mea / nisi manete in gratia mea? Et quid est si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea: nisi ex hoc scietis q⁹ in dilectione mea qua vos diligo manebitis si precepta mea seruabitis? Non ergo vt nos diligat prius eius precepta seruamus: sed nisi nos diligat precepta eius seruare non possumus. Hec est gratia que humilib⁹ patet: superbos latet. Sed quid illud est quod adiungit: [sicut et ego patris mei precepta seruaui et maneo in eius dilectione?] Vtiq; etā hic hanc dilectionem patris intelligi voluit: qua eum diligit pater. Ita quippe dixerat: sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos / atq; his verbis illa subiunxit: manete in dilectione mea: illa p̄oculdubio qua dilexi vos. Ergo quod ait etiam de patre: maneo in ei⁹ dilectione: illa scilicet accipienda est: qua dilexit eum pater. Sed nū quid et hic gratia intelligenda est qua pater diligit filium: sicut etiaz gratia est qua nos diligit filius cum simus nos filij gratia non natura: vnigenitus autez natura non gratia? An hoc etiam in ipso filio ad hominem referēdum est? Ita sane. Nam dicendo: sicut dilexit me pater / et ego dilexi vos: gratiam mediatoris ostendit. Mediator autem dei et hominū / non inq̄ntum deus sed inq̄ntuz homo est christus iesus. Et p
Luce.ij. fecto ſm id quod homo est de illo legitur: et iesus proficiebat sapientia et etate et gratia apud deum et homines. Secundum hoc igitur recte possumus dicere q⁹ cum ad naturā dei non pertineat natura humana ad personam tamen vnigeniti filij dei per gratiam pertinet humana natura: et tantam gratiam vt nulla sit maior: nulla prorsus equalis. Neq; enim illā susceptionem hominis vlla merita preceſſerunt: sed ab illa susceptione merita eius cuncta ceperunt. Manet ergo filius in dilectione qua eum dilexit pater: et ideo seruat precepta ei⁹. Quid est enim et ille homo: nisi q⁹ deus susceptor est eius? Deus enim erat verbum vnigenitus gignenti coeternus: sed vt mediator daretur nobis: per ineffabilem gratiam verbuz caro factum est et habitauit in nobis.

Tractatus.lxxxiij.

¶Hec locut⁹ sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit et gaudium vestrum impleatur hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.

A Audistis charissimi: dominū dicentem discipulis suis. [Hec locutus sum vobis / vt gaudiuz meum in vobis sit: et gaudiū vestruz impleat.] Quod est gaudium christi in nobis / nisi quo dignatur gaudere de nobis? Et quod est gaudium nostruz quod dicit impleNoz. xiij. Joh. xiij. Ephe. j. nduz: nisi eius habere consortium? Propter quod petro dixerat. Si non lauero te: non habebis partez mecum. Gaudium ergo ei⁹ in nobis: gratia est quā prestitit nobis: et ipse est gaudiū nostrum. Sed de hac ille etiam ex eternitate gaudebat: quando nos elegit ante constitutionem mundi. Nec recte possumus dicere q⁹ gaudium eius plenum non erat.

Non enī deus imperfecte aliquando gaudebat: sed illud ei⁹ gaudium in nobis non erat: quia nec nos in quibus esse posset iam eramus: nec quando esse cepimus cum illo esse cepimus. In ipso autem semper erat: qui nos suos futuros certissima sue prescientie veritate gaudebat. Proinde gaudium iam ipse perfectum de nobis habebat / quando nos prescien do et predestinando gaudebat. Neq; enim vllus in illo eius gaudio motus esse poterat / ne forte non fieret: quod se factu rum esse prescibat. Sed neq; cum id facere cepit quod se facturū esse prescivit / gaudium eius quo beat⁹ est creuit: aliquin beatior factus est: quia nos fecit. Absit hoc fratres: dei beatitudo quia nec minor fuerat sine nobis: nec fit maior ex nobis. Gaudiū igitur eius de salute nostra: quod in illo semper fuit cum prescivit et predestinauit nos: cepit esse in nobis quando vocauit nos / et hoc gaudium merito nostrum dicimus: quo et nos beati futuri sumus. Sed hoc gaudium nostrum crescit et proficit: et ad suam perfectionem perseverādo pertendit. Ergo inchoatur in fide renascentium / implebitur in premio resurgentium. Ecce vnde dictum existimo. Hec locutus sum vobis / vt gaudiū meum in vobis sit: et gaudium vestrum impleatur. In vobis sit meum: impleatur vestrum. Semper enīz erat meum plenum / et anteq̄ vocaremini: cum vocandi a me prescireminī. Sed fit et in vobis cum hoc efficiamini quod prescivit de vobis: impleatur autem vestrum / quia beati eritis quod nōdum estis / sicut creati estis qui nondum fuistis. [Hoc est inquit preceptum meum: vt B diligatis inuicem sicut dilexi vos.] Siue dicatur preceptum siue mandatum: ex vno verbo greco vtrūq; interpretatur qō est ἐντολή. Jam vero istam sententiam et ante dixerat: de qua me vobis vt potui disputasse meminisse debet⁹. Ibi enī ſ. tracta. sic ait. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem lxv. sicut dilexi vos / vt et vos diligatis inuicem. Huius itaq; mādati repetitio commendatio est: nisi q⁹ ibi mandatum inquit nouum do vobis / hic autem / hoc est inquit mandatum meum. Ibi tanq̄ non fuerit ante tale mandatū: hic tanq̄ nō sit aliud eius mādatum. Sed ibi dictum est nouum: ne in vetustate nostra perseueremus: hic dictum est meum / ne contēnendum putaremus. Qz autem hic ita dixit / hoc est mandatum meum / velut nō sit aliud / quid putamus fratres mei. Nunquid nam solum eius de ista dilectione mandatum est: qua diligimus inuicem? Nōne est et aliud maius: vt diligamus deum? Aut vero de sola nobis dilectione mandauit: vt alia non requiramus? Tria tamen cōmendat apostolus dicens. Manēt autez fides / spes / charitas / tria hec: maior autē ſ. Cor. xiij. horū charitas. Et si i charitate ꝺ est in dilectione ꝺcludunt duo illa pceptā: maior tamē dicta est eē sola. De fide igit nobis q̄ multa mandata sunt: q̄ multa de spe? Quis pōt cūcta colligere? Quis enumerādo sufficere? Sz intueamur qō ait idē apostolus / plenitudo legis charitas. Vbi ergo charitas Roñ. xiij est: quid est quod possit deesse? Vbi autē non est / quid est qō iij. sen. dis. possit prodesse? Demō credit nec diligit: nemo diligit qui nō xxxvj. ca. j credit. Frustra quidem sed tamen potest sperare veniam qui Jacobi. j. non diligit: nemo autem potest desperare qui diligit. Itaq; vbi dilectio est / ibi necessario fides et spes: et vbi dilectio p̄ximi: ibi necessario dilectio dei. Qui enim non diligit deum quomodo diligit proximum tanq̄ seipsum: quandoquidem Pō. x. non diligit et seipsum? Est quippe impius et iniquus. Qui autem diligit iniquitatem: non plane diligit sed odit animā suam. Hoc ergo preceptum domini teneamus vt nos inuicē diligamus / et quicquid aliud precepit faciamus: quoniam quicquid est aliud hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio ab illa dilectione: qua se inuicem diligunt homines: sicut homines. Nam vt discerneretur / adiūctum esse: sicut dilexi vos. Vt quid enim diligit nos christus: nisi vt regnare possimus cum christo? Ad hoc ergo et nos iuicem diligam⁹ vt dilectionem nostrā discernamus a ceteris: qui non ad hoc se inuicem diligunt quia nec diligunt. Qui autem se propter habendum deum diligunt: ipsi se diligunt. Ergo vt se diligant: deum diligant. Non est hec dilectio in omnibus hominibus. Pauci se propter ea diligūt / vt sit deus omnia in omnibus.

Tractatus.lxxxiiij.

¶Maiorem hac dilectionez nemo habet vt ani

xpositio diui Augustini In euangeliū scdm Johānē.

mam suam ponat quis pro amicis suis.

A Benitudinē dilectionis qua nos inuicez diligere debemus fratres charissimi: definiuit dns dicēs. [Maiorē hac dilectionem nemo habet: qz vt aiam suā ponat qs pro amicis suis.] Quia ergo superi⁹ dixerat: hoc est mādatū meum vt diligatis inuicē sicut dilexi vos: quibus verbis addidit qō nunc audistis: maiorē hac dilectionē nemo habet: qz vt animā suam ponat quis p amicis suis: fit ex hoc cōsequens qō idem iste euangelista iohannes in epistola sua dicit: vt quēadmoduz christus pro nobis animā suam posuit: sic et nos debemus pro fratrib⁹ animas ponere: diligētes vtiqz inuicem sicut ipse dilexit nos: qui pro nobis animā suam posuit. Mirum hoc est qō legitur in pro- uerbijs salomonis. Si sederis cenare ad mensam potentis: considerās intellige que apponunt tibi: sic mitte manū tuā: sciens qz talia oportet te preparare. Mā que mensa est potentis: nisi vnde sumitur corpus z sanguis eius qui animā suam posuit pro nobis? Et quid est ad eā sedere: nisi humiliter accedere? Et quid est cōsiderare z intelligere que apponuntur tibi: nisi dignet tantā gratiam cogitare? Et quid ē sic mittere manū vt scias quia talia te oportet preparare: nisi qō iam dixi / quia sicut pro nobis animā suam posuit: sic z nos debem⁹ animas pro fratrib⁹ ponere? Sic enim ait apostolus petrus. Christus pro nobis passus est relinquēs nobis exemplū: vt sequamur vestigia ei⁹. Hoc ē talia ꝑparare. Hoc beati martyres ardēti dilectione fecerunt quoz si non inaniter memorias celebramus atqz in conuiuio quo z ipsi saturati sunt ad mēsam domini accedimus: oportet vt quēadmodum ipsi et nos talia preparemus. Ideo quippe ad ipsam mēsam nō sic eos cōmemoramus: quēadmodum alios q̄ in pace recesserūt vt etiam pro eis oremus: sed magis vt orēt ipsi pro nobis vt eorum vestigijs adhereamus: qz impleuerūt ipsi charitatez qua dns dixit non posse esse maiorē. Talia enim suis fratrib⁹ B exhibuerunt: qualia de domini mēsa pariter acceperūt. Neqz hoc ita dictū est: quasi ꝓpterea domino christo pares esse possim⁹: si pro illo vsqz ad sanguinē martyriū duxerim⁹. Ille potestatē habuit ponendi animā suam / et iterū sumendi eā: nos autem nec quantū volumus viuimus: z morimur etiā si nolumus. Ille moriēs mox in se occidit mortē: nos eius morte liberamur a morte. Illius caro non vidit corruptionē: nostra post corruptionē in fine seculi: per illū induetur incorruptione. Ille nobis nō indigut vt nos saluos faceret: nos sine illo nihil possumus facere. Ille se nobis palmitib⁹ prebuit vtem: nos habere preter illum nō possumus vitā. Postremo z si fratres pro fratrib⁹ moriantur: tamē in fraternorū peccatorum remissionē nullius sanguis martyris fundit: quod fecit ille pro nobis. Neqz in hoc q̄d imitaremur / sed quid gratularemur cōtulit nobis. Quatenꝰ ergo martyres pro fratribus sanguinē suum fuderūt: hactenus talia exhibuerūt: qualia de mēsa dominica ꝓceperunt. In ceteris eorū que dixi q̄z uis nec omnia que dicere potui: martyr christi longe impar est christo. Quod si quisqz se non dico potentie christi sed innocentie cōparabit: nō dicam z alienas se putando sanare sed C suum saltem nullū habere peccatum: etiam sic auidior est q̄z ratio salutis exposcit: multū est ad illum nō capiendum. Q̄ō et bene quidem ista prouerbiorū sententia cōmonetur: que cōtinuo subiūgit atqz dicit. Quod si auidiorez: noli cōcupiscere cibos eius. Satius est enim vt nihil inde sumas: q̄z vt tibi plus q̄z oportet assumas. Hec enim inquit vitā habent fallacem: hoc est hypocrisin. Dicendo enī se sine peccato esse: iustum nō potest exhibere sed fingere. Ideo dictū est. Hec enī habēt vitam fallacem. Unus est solus: qui et carnē hominis habere: et peccatū potuit non habere. Merito qō sequtur nobis precipitur: et tali verbo atqz prouerbio humana infirmitas conuenitur eiqz dicitur. Noli extēdere te cuz sis pauper contra diuitem. Dives enim qui nec hereditario nec proprio vnqz debito obnoxi⁹: et ipse iustus est: et alios iustificat christus. Noli contra eum te extēdere: intātum pauper vt remissionis peccatoz appareas quotidian⁹ in oratione mēdicus. Tuo autē consilio inquit abstinete: vnde nisi a presumptōe fallaci? Ille quippe qui a non tātum est homo sed etiā deus: ideo nusqz reus. Si enim direxeris oculum tuum ad illum nusqz parebit. Oculum tuum: oculuz videlicet humanū: quo cernis humana / si direxeris ad illum nusqz parebit: quia videri non potest / quēadmoduz videre tu putes. Parauit enī sibi pennas sicut aquile et vadit in domum prepositi sui. vnde ad nos vtiqz venit / nec tales qualis venit inuenit. Diligamus ergo inuicem sicut et christus dilexit nos: z tradidit semetipsum pro nobis. Maiorē q̄ppe hac dilectionē nemo hz: vt aiam suā ponat quis pro amicis suis. Eūqz sic imitemur pia obedientia: vt ei nos cōparare nulla ꝑsumam⁹ audacia.

Tractatus. lxxxv.

Vos amici mei estis: si feceritis que precipio vobis iā non dico vos seruos quia seruus nescit quid faciat dominus eius.

Cum dominus iesus cōmendasset charitatem quā exhibuit nobis moriendo pro nobis atqz dixisset: maiorem hac dilectionem nemo habet vt animaz suam ponat quis pro amicis suis: [vos inqt amici mei estis / si feceritis que ego precipio vobis.] Magna dignatio cum seruus bon⁹ esse non possit / nisi precepta domini sui fecerit. Hinc amicos suos voluit intelligi: vnde serui boni possunt probari. Sed vt dixi ista dignatio ē: vt dominus quos nouit seruos suos / dignetur dicere amicos suos. Nam vt sciatis ad seruoz officium pertinere ꝓcepta domini sui facere: alio loco seruos vtiqz obiurgat dicēs. Quid autez vocatis me domine domine: z non facitis que dico? Cum ergo dicitis inquit domine: iussa faciendo quid dicatis ostēdite. Mōne seruo obedīēti ipse victurus est? Euge serue bone: qz in paucis fuisti fidelis / supra multa te constituā: intra in gaudium domini tui. Potest igitur esse seruus et amicus: q̄ seruus est bonus. Sed quod sequitur attēdamus. [Jam nō dicam vos seruos: quia seru⁹ nescit quid faciat domin⁹ eius.] Quomodo ergo intellecturi sumus z seruum et amicum esse seruum bonū: cum dicat iam non dicam vos seruos / qz seru⁹ nescit quid faciat domin⁹ eius? Ita nomen cōstituit amici: vt auferat serui / non vt in vno vtrūqz maneat: sed vt alterum altero decidente succedat. Quid est hoc? Ita ne cū ꝓcepta domini fecerimus serui non erim⁹? Ita ne tunc serui non erimus quando boni serui fuerimus. Et quis contradicere potest veritati que ait: iam non dicā vos seruos? Et cur hoc dixerit docet. Quia seruus inquit nescit: quid faciat dominus eius. Nunquid nam seruo bono et ꝓbato dominus eius non etiam secreta sua cōmittit? Quid est ergo qō ait: seru⁹ nescit quid faciat domin⁹ eius? Verū esto: nescit quid faciat. Nunquid nescit etiā quid precipiat? Nam et si hoc nescit: quomodo seruit? Aut quomodo seru⁹ est: qui nō seruit? Et tamē dominus loquit. Vos amici mei estis: si feceritis q̄ ego ꝓcipio vobis. Jam non dicam vos seruos. Orem mirabilem: cum seruire non possumus nisi precepta domini fecerimus: quomodo precepta faciēdo serui non erimus? Si seruus nō ero preceptaꝫ faciēdo: z misi precepta fecero seruire nō poteto: ergo seruiēdo seru⁹ non ero? Intelligam⁹ fratres intelligam⁹ B et hoc in nobis domin⁹ faciat vt intelligamus: faciat etiā vt intellecta faciam⁹. Hoc caūt si scimus / profecto scimus q̄ facit domin⁹: qz nosipsos tales nō facit nisi domin⁹: et per hoc ad eius amicitiā pertinemus. Sicut enī duo sunt timores q̄ faciūt duo genera timentiū: sic due sūt seruitutes: que faciūt duo genera seruientiū. Est timoz quē ꝓfecta charitas foras mittit: z est alius timoz castus ꝑmanēs in seculū seculi. Illuz timorē qui nō est in charitate: attēdebat aplus cum dicebat. Non enī accepistis spiritū seruitutis: iterū in timore. Illum autez timorē castum attēdebat: cū dicebat. Noli altū sapere sed time. In illo timore quē foras charitas mittit: est etiā seruitus simul foras cū ipso timore mittēda. Utrūqz enī iunxit apostolus: hoc est seruitutē et timorē dicēdo. Non enī accepistis spiritū seruitutis iterū in timore. Ad hāc seruitutē seruitum ptinētem intuebat et dns dicens. Jā non dicā vos seruos: qz seruus nescit q̄d faciat dns eius. Non vtiqz ille seru⁹ pertinēs ad timorē castum: cui dicit: euge serue bone ītra in gaudiū domini tui. Sed ille seru⁹ ptinēs ad timorez foras a charitate mittēdū: de q̄ alibi dicit. Seru⁹ nō manet in domo in eternū filius autē manet in eternū. Q̄n itaqz dedit nobis potestatē filios dei fieri vt nō serui sz filij sim⁹ / at miro quodā z ineffabili sed tamē vero modo serui nō seruī esse possumus: serui scilicet timore casto: ad quem pertinet seruus ītrans in gaudium domini sui: non serui autem timorez foras mitten-

Prouerb. xiij.

j. Joh. iij.

j. Pet. iij.

Joh. x.

Act. ij.

Luce. vj.

Mat. xxv.

j. Joh. iiij. Pſ. xviij

Rom. viij Rom. xj.

Joh. xv.

Mat. xxv.

Joh. viij Johan. j.

do:ad quem pertinet seruus non manens in domo in eternū.
Ut autem tales serui non serui simus: dominū facere scim⁹.
Hoc autez seruus ille nescit: qui nescit quid faciat dominus
j.Cor.j. eius. Et cum aliquid boni facit sic extollitur quasi hoc ipse
faciat non dominus eius: et in se nō in domino gloriatur cū
se ipse deceperit: quia sic gloriatur quasi nō acceperit. Nos
autez charissimi vt amici domini esse possimus: quid noster
dominus faciat sciamus. Non solum enim homines: verum
etiaz iustos ipse facit nos et non ipsi nos. Et vt hoc sciamus
quis nisi ipse facit? Non enim spiritū huius mundi accepi-
mus sed spirituz qui ex deo est: vt sciamus que a deo donata
j.Cor.ij. sunt nobis. Ab ipso quicquid boni est /donatur vt sciatur. Er
go quia et hoc bonum est ab ipso vtiq; donat vt sciatur a quo
bonuz omne donetur: vt omnino de omnibus bonis qui glo-
riatur in domino glorietur. Quod vero sequitur. [vos autez
dixi amicos: q; omnia quecūq; audiui a patre meo nota feci
vobis [ita est profundum: vt nullo modo sit isto sermone co-
artandum: sed in alium differendum.

Tractatus.lxxxvj.

¶ Vos autem dixi amicos quia omnia quecūq; audiui a patre meo nota feci vobis. Nō vos me elegistis sed ego elegi vos: et posui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat: vt quodcunq; petieritis patrez in nomine meo det vobis.

A Merito queritur quomodo accipiendum sit: qō ait dominus. [Vos autem dixi amicos: quia oīa que cunq; audiui a patre meo: nota feci vobis.] Quis autez audeat affirmare vel credere vllum hominū scire omnia quecunq; a patre audiuit vnigenitus filius: quā do nec hoc quidez quisq; capit quomodo a patre audiat vllū verbum: cum ipse sit patris vnicum verbū? Quid est qō ali-
Joh.xvj. qn̄to post in hoc ipso tamen sermone: quē post cenam ante pas
Infra tra. sionem ad discipulos habuit: multa īquit habeo vobis dice-
xcvj. re sed non potestis illa portare modo? Quo igitur pacto ītel-
lecturi sum⁹ omnia, eum nota fecisse discipulis: quecunq; au-
diuit a patre: cum propterea quedam multa non dicat: quia
scit eos modo portare non posse? Sed numirum qō facturus
Pō.xxj. est fecisse se dicit: qui ea que futura sunt fecit. Sicut enim di-
cit per prophetam: foderūt manus meas: et pedes: nec ait fos-
suri sunt velut preterita dicens: et eatamen futura predicēs.
Ita et hoc loco ait: omnia se nota fecisse discipulis que se no
uit nota esse facturuz in illa plenitudine scientie de qua dicit
j.Cor.xiij. apostolus. Cum autem venerit quod perfectum est: quod ex
parte est euacuabitur. Ibi quippe dicit nūc scio ex parte: tūc
autem cognoscam sicut et cognitus sum et nunc per speculuz
Titū.iij. in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nam et ipse aposto
lus saluos nos dicit esse factos per lauacrū regenerationis:
Roō.viij qui tamen alio loco: spe inquit salui facti sumus. Spes autez
que videtur non est spes. Quod enim videt quis: quid sperat /
Si autem quod non videmus speramus: per patientiam ex-
j.Petri.j. pectamus. Unde etiam eius coapostolus petrus: in quē mo
do inquit non videntes creditis: quem cum videritis exulta
bitis gaudio inenarrabili et honorato percipientes mercedē
Gal.v. fidei salutem animarum vestrarū. Si ergo nunc tempus est
fidei: salus autem animarū merces est fidei. Quis dubitet in
fide que per dilectionē operatur: peragendum diem vltimū
atq; in fine diei recipiēdam esse mercedem: non solū redem-
ptionem corporis nostri de qua dicit apostolus paulus: ve-
rumetiam salutē animarum nostrarū: de qua dicit apostolus
petrus? Et triusq; enim rei felicitas: istotempore atq; in ista
ij.Cor.iiij mortalitate in spe potius habetur: q; in re tenetur. Verum ꝫ
interest: q; exterior noster homo: id est corpus adhuc corrū-
pitur interior autem: id est anima iam renouat de die in diē.
Itaq; sicut immortalitatem carnis et salutem animarū futu
ram expectam⁹ cuius iam pignore accepto salui facti esse di-
camur: ita omnium noticiam quecunq; vnigenitus audiuit
a patre futuram sperare debem⁹: cuius hoc iam se fecisse di-
xerit christus. [Non vos me elegistis] inqt: [sed ego vos ele
B gi.] Hec est illa ineffabilis gratia. Quid enim eramus quan
do christuz nondum elegeramus: et ideo non diligebamus?
Nam qui eum non eligit: quomodo diligit? Nūquid iam in
nobis erat quod in psalmo canitur: elegi abiectus esse in do- pō.lxxxj.
mo domini: magis cē habitare in tabernaculis peccatorum?
Non vtiq;. Quid ergo eramus: nisi inquit et pditi? Neq; enī
iam crediderā⁹ in eum: vt eligeret nos. Nam si iam credē-
tes elegit: electos elegit. Cur ergo diceret: non vos me elegi
stis: nisi q; misericordia ei⁹ preuenit nos. Hic certe vacat va Pō.lviij.
na illorum ratiocinatio /qui prescientiam dei defendunt con
tra gratiam dei: et ideo dicunt nos electos ante mundi cōsti- Ephe.j.
tutionem / quia prescivit nos deus futuros bonos: nō seipm
nos facturū bonos. Non hoc dicit qui dicit. Non vos me ele
gistis: quoniā si propterea nos elegisset quia bonos futuros
esse nos prescierat: simul etiam prescisset q; eum nos fuisse-
mus prius electuri. Non enim aliter esse possemus boni: ni-
si forte dicendus est bonus qui non eligit bonuz. Quid ergo
eligit in non bonis? Non enim electi sunt quia boni fuerunt:
qui boni non essent nisi electi essent. Alioquin gratia iam nō
est gratia: si precessisse contēdimus merita. Hec quippe elec- Roō.xj.
tio gratia est: de qua dicit apostolus. Sic ergo et in hoctem
pore reliquie per electionem gratie dei salue facte sunt. Un-
de subiungit. Si autē gratia: iam non ex operibus: alioquin
gratia iā non est gratia. Audi ingrate: ingrate audi. Nō vos
me elegistis: sed ego elegi vos. Nō est vt dicas ideo electus
sum: quia iam credebam. Si enim credebas in eum: iam ele-
gerās eum. Sed audi. Non vos me elegistis. Non est vt di-
cas: anteq; crederem iam bona operabar: ideo electus sum.
Quid enim est boni operis ante fidem: cum dicat apostolus:
omne quod non est ex fide peccatum est? Quid ergo dicturi Roō.xiiij
sumus audiendo non vos me elegistis: nisi quia mali eram⁹
et electi sumus: vt boni per gratiam nos eligentis essemus?
Non est enim gratia: si precesserunt merita. Est autem gra-
tia. Hec igitur non inuenit: sed efficit merita. Et videte cha
rissimi: quēadmodum non eligat bonos: sed quod elegit fa-
ciat bonos. Ego īquit elegi vos. [et posui vos: vt eatis et fru- ℣.tracta.
ctum afferatis: et fructus vester maneat.] Nonne iste est fru lxxxj.
ctus de quo iam dixerat: sine me nihil potestis facere? Ele-
git ergo et posuit vt eamus et fructum afferamus. Nullum
itaq; fructum vnde nos elegit habebamus. Ut eatis inquit
et fructum afferatis. Jmus vt afferamus et ipse est via qua
imus: in qua nos posuit vt eamus. Proinde in omnibus mi-
sericordia eius preuenit nos. Et fructus inquit vester ma-
neat: [vt quodcūq; petieritis patrem in nomine meo det vo-
bis.] Maneat ergo dilectio: ipsa est enim fruct⁹ noster. Que
dilectio nunc est in desiderio nōdum in saturitate: et ipso de-
siderio quodcunq; petierimus in nomine vnigeniti filij dat
nobis pater. Quod autē accipere saluandis non expedit no-
bis: non existimemus nos petere in nomine saluatoris: sed
hoc petimus in nomine saluatoris: quod pertinet ad ratio-
nem salutis.

Tractatus.lxxxvij.

¶ Hec mādo vobis vt diligatis inuicem: si mūdus vos odit: scitote quia me priorē vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis mundus qō suuz erat diligeret. Quia vero de mūdo non estis: sed ego elegi vos de mūdo: propterea odit vos mūdus.

A In lectione euāgelica que hanc antecedit: dixerat B
dominus. Non vos me elegistis sed ego elegi vos
et posui vos vt eatis et fructuz afferatis et fructus
vester maneat: vt quodcūq; petieritis patrē in nō-
mine meo det vobis. De quibus verbis iam nos qō domin⁹
dedit: disseruisse meministis. Hic autē dicit sequēti. scilicet
lectione quā modo cum recitaretur audistis. [Hec mādo vo
bis: vt diligatis inuicē.] Ac per hoc intelligere debemus hūc
esse fructū nostrum de quo ait: ego vos elegi vt eatis et fructū
afferatis: et fructus vester maneat. Et quod adiunxit: vt qō-
cunq; petieritis patrē in nomine meo det vobis. Tunc itaq;
dabit nobis si diligamus inuicē: cum hoc ipsuz ipse dederit
nobis qui nos elegit non habentes fructum: q; non eum nos
elegeramus: et posuit nos vt fructū afferamus /hoc est inuicē
diligamus. Quem fructū sine illo afferre non possum⁹: sicut ℣.trac.
palmites facere sine vite nihil possunt. Charitas ergo ē fru- lxxxj.
ctus noster: quā definit apostolus: de corde puro et conscien j.Timo.j.

tia bona et fide nō ficta. Hac diligimus inuicem: hac diligimus deum. Neq; enim vera dilectione diligeremus inuicē: nisi diligentes deū. Diligit enim vnusquisq; proximū tanq; seipsum: si diligit deū. Nam si non diligit deum /non diligit
Mat.xxij. seipsum. In his enim duobus preceptis charitatis: tota lex pendet ⁊ prophete. Hic est fructꝰ noster. De fructu itaq; nobis mandās: hec mando inquit vobis vt diligatis inuicem. Vnde⁊ apostolus paulus: cum cōtra opera carnis cōmendare fructum spiritus vellet: a capite hoc posuit. Fructus inq̄t
Gal.v. spiritꝰ charitas est. Ac deinde cetera tanq; ex isto capite exorta et religata contexuit: que sunt gaudiū /pax /longanimitas /benignitas /bonitas /fides /mansuetudo /cōtinentia /castitas. Quis autem bene gaudet: qui bonum nō diligit vnde gaudet? Quis pacem verā nisi cum illo potest habere quem veraciter diligit. Quis est longanimis in bono opere perseueranter manendo: nisi ferueat diligendo? Quis est benignus nisi diligat cui opitulat? Quis bonus: nisi diligendo efficia
Gal.v. tur? Quis saluberiter fidelis: nisi ea fide que per dilectionem operatur? Quis vtiliter māsuetus: cui non dilectio moderetur? Quis ab eo cōtinet vnde turpetur: nisi diligat vnde honestatur? Merito itaq; magister bonus dilectionem sic sepe cōmendat tanq; sola precipienda sit: sine qua nō possunt prodesse cetera bona: ⁊ que non potest haberi sine ceteris bonis quibus homo efficitur bonus. Pro hac autē dilectione: patienter debemus etiam mūdi odia sustinere. Necesse est enī
B vt nos oderit: quos cernit nolle quod diligit. Sed plurimuꝫ nos de seipso dominus cōsolatur: qui cum dixisset: hec mando vobis vt diligatis inuicem: adiecit atq; ait. [Si mundus vos odit: scitote quoniā me priorē vobis odio habuit.] Cur ergo se membrū supra verticem extollit? Recusas esse in corpore: si non vis odiū mundi sustinere cum capite. [Si de mūdo] inquit [essetis: mundus quod suum erat diligeret.] Imuerse vtiq; hoc dicit ecclesie quā plerūq; etiam ipsaꝫ mundi
ij.Cor.v. nomine appellat: sicut est illud. Deꝰ erat in christo: mundum
Joh.iij. reconcilians sibi. Itemq; illud. Non venit filius hominis vt iudicet mundū: sed vt saluetur mūdus per ipsum. Et in epi-
j.Joh.iij. stola sua iohannes ait. Aduocatum habemus ad patrē iesum christum iustum: ⁊ ipse propiciatio est peccatorum nostrorum: non tantum nostrorum sed etiam totius mundi. Totus ergo mundus ecclesia est: ⁊ totus mundus odit ecclesiā. Mūdus igitur odit mundum: inimicus reconciliatū: dānatus saluatum: inquinatus mūdatum. Sed iste mūdus quem deus in christo reconciliat sibi et qui per christum saluatur /⁊ cui per christum peccatū omne donatur: de mūdo electus est inimico: dānato: contaminato. Ex eadē quippe massa que tota in
Rom.ix. eadam perijt: fiunt vasa misericordie: in quibus est mundus pertinens ad reconciliationem: quā mundus odit ex eadem massa pertinens ad vasa ire: que perfecta sunt ad perditionē. Denicq; cū dixisset: si de mundo essetis: mundus quod suum erat diligeret: continuo subiecit. [Quia vero de mundo non estis sed ego elegi vos de mūdo: ppterea odit vos mūdus.] Ergo et ipsi inde erāt: vnde vt non essent: electi sunt inde nō meritis suis quorum nulla bona precesserant opera: non natura que tota fuerat per liberum arbitrium in ipsa radice viciata. Sed gratuita hoc est vera gratia. Qui enim de mūdo
Rom.xj. mundū elegit: fecit quod eligeret non inuenit: quia reliquie per electionem gratie salue facte sunt. Si autē gratia inquit: iam non ex operibus. Alioquin gratia: iam nō est gratia. Si autez queratur quomodo se diligat mūdus perditionis: qui odit mūdum redēptionis: diligit se vtiq; falsa dilectione nō
Pō.x. vera. Proinde falso se diligit: et vere odit. Qui enim diligit iniquitatem odit animam suam. Sed diligere se dicitur. qm̄ iniquitatē qua iniquus est diligit: et rursus odisse se dicitur. quoniā quod ei nocet hoc diligit. Odit ergo in se naturā: diligit vitium. Odit quod factus est per dei bonitatem: diligit quod in eo factum est per liberam voluntatē. Vnde nos quo q; illum diligere et prohibemur si recte intelligimus et iubemur /prohibemur. scilicet vbi nobis dicitur /nolite diligere
Joh.ij. mundum: iubemur autem vbi nobis dicitur: diligite inimi-
Luce.vj. cos vestros. Ipsi sunt mundus qui nos odit. Ergo et prohibemur diligere in illo quod ipse diligit in seipso: et iubemur diligere in illo quod ipse odit in seipso: dei scilicet opificiū ⁊ diuersas bonitatis sue consolationes. Vitiuꝫ quippe in illo diligere prohibemur: iubemur q; diligere naturaꝫ: cum ipse in se diligat vitium /oderitq; naturam: vt nos eum et diligamus et oderim? recte /cum se ipse diligat oderitq; peruersum.

Tractatus. lxxxviij.

Memētote sermonis mei: quem ego dixi vobis non est seruus maior domino suo si me persecuti sunt: ⁊ vos persequētur. Si sermonez meū seruauerunt: ⁊ vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis ꝓpter nomē meum qm̄ nesciunt eum qui misit me.

A Exhortans dominꝰ seruos suos ad mūdi odia perferenda patienter: nullum eis maius et melius q̄ de seipso proponit exemplum: quoniam sicut dicit
j.Pet.ij. apostolus petrus. Christꝰ pro nobis passus est relinquēs nobis exemplum vt sequamur vestigia eius. Quod vtiq; si facimus ipso adiuuāte facimus qui dixit: sine me nihil potestis facere. Denicq; iam dixerat: si odit vos mundus
Joh.xv. scitote quia me priorem vobis odio habuit /et nunc in eo qđ audistis cū legeretur euangelium: [mementote] inquit [sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est seruꝰ maior domino suo. Si me persecuti sunt: et vos persequentur. Si sermonem meū seruauerunt: et vestrum seruabunt.] Dicendo autē non est seruus maior domino suo. Nonne euidenter ostendit quēadmodum intelligere debeamꝰ qđ superius dixerat: iā non dico vos seruos. Ecce enim eos seruos dicit. Nunquid ē. tracta.
est aliud: non est seruꝰ maior domino suo: si me persecuti sunt lxxxv.A
et vos persequētur? Manifestum est igitur illum seruū /qui Joh. viij.
non manet in domo in eternum: illum pertinētem ad timorē Johā.viij.
quem foras charitas mittit /esse intelligēdum vbi dictū est /
iam non dico vos seruos. Hic autem vbi dicitur: non est ser-
Joh.xv. uus maior domino suo: si me persecuti sunt et vos persequentur /illum significari seruum pertinētem ad timorē castum q̄
Pō.xviij permanet in seculum seculi. Hic enim seruus est auditurus. Euge serue bone: intra in gaudiū domini tui. [Sed hec] in-
Mat.xxv. quit [omnia facient vobis propter nomē meum: quia nesciūt eum qui misit me.] Que omnia facient nisi que dixit? Odio habebunt scilicet et persequentur sermonemq; contemnent: quoniā si sermonem non seruarent eorum nec tamen odissent eos neq; persequerentur: vel etiam si odissent nec tamē persequerentur: non omnia facerent. Hec autem omnia facient vobis propter nomen meū: quid est aliud dicere q̄ me in vobis odio habebunt: me in vobis persequentur: et sermonem vestrum quia meus est ideo non seruabunt? Hec enim omnia facient vobis propter nomen meum: non vestrum sed meū? Tanto igitur miseriores qui propter hoc nomē ista faciunt. q̄to beatiores qui propter hoc nomē ista patiuntur: sicut ipse alio loco dicit. Beati qui persecutionem patiūtur propter
Mat.v. iusticiam. Hoc est enim propter me vel propter nomen meū: quia sicut apostolus docet. Factus est sapientia a deo et iu-
j.Cor.j. sticia et sanctificatio et redemptio: vt quēadmodum scriptū est: qui gloriaꝫ in domino glorietur. Faciunt quippe ista mali malis sed non propter iusticiam: et ideo miseri vtriq; ⁊ qui faciunt et qui patiuntur. Faciunt et mali bonis: vbi et si non
B faciunt isti propter iusticiā /tamen illi propter iusticiam patiuntur. Sed dicit aliquis. Si mali quando persequūtur bonos propter nomē christi /propter iusticiā boni patiunt: profecto propter iusticiam hoc eis mali faciunt. Quod si ita est: ergo et quando boni malos propter iusticiam persequūtur: propter iusticiam etiam mali patiūtur. Si enim possunt mali persecutionem facere bonis propter nomen christi: cur nō possunt mali persecutionem pati a bonis propter nomē christi? Et quid est propter nomen christi: nisi propter iusticiā? Nam si non propter quod boni faciunt propter hoc mali patiuntur quia faciunt boni propter iusticiam: patiuntur mali propter iusticiā. Hec mali ergo propter hoc possunt facere propter qđ boni patiunt: quia faciunt mali propter iniusticiam: patiuntur boni propter iusticiā. Quomodo ergo erit verum /hec omnia faciēt vobis propter nomē meum: cū illi nō propter nomē christi faciāt: id est non ꝓpter iusticiam sed ꝓpter iniq̄tatem suā. Hec questio ita soluit. Si eo modo intelligamus dictuꝫ /hec omnia faciēt vobis propter nomē meū vt totum referatur ad iustos: tanq̄ dictum sit /hec omnia patiemini ab eis propter nomen meū: vt hoc sit facient vobis:

quod est: patiemini ab eis. Si autē ꝓpter nomen meū sic accipitur: tanꝯ diceret: ꝓpter nomen meū quod in vobis oderunt: ita pōt accipi et ꝓpter iusticiam quā in vobis oderunt. Ac per hoc et boni cū persecutionem faciunt malis: possit recte dici et ꝓpter iusticiam facere quā diligendo psequuntur malos / ꝛ ꝓpter iniquitatē quā oderunt in ipsis malis. Ꝛa ergo ꝛ ipsi mali possunt dici pati ꝛ ꝓpter iniquitatem que in illis punitur: et ꝓpter iusticiā que in eorum pena exercetur.

C Item queri potest si etiaꝫ mali faciunt psecutionem malis / sicut impij reges ꝛ iudices cū essent persecutores piorū vtiqꝫ et homicidas ꝛ adulteros et quoslꝫ maleficos quos cōtra leges publicas fecisse cognoscerent puniebāt: quomodo ītel
ꝫ.lxxxvij. ligenduꝫ est qđ ait dominus: si de mūdo essetis: mundus qđ suum erat diligeret? Neqꝫ enī quos punit diligit mundus a quo videmus supradictas scelerum genera plerūqꝫ puniri: ni si quia mundus est in eis a quibus talia scelera vel punītur vel patiūtur: ꝛ mundus est in eis a quib⁹ talia scelera diligūtur. Mundus itaqꝫ ille qui intelligitur in malis atqꝫ impijs: et odit qđ suum est / ex ea parte hominū qua sceleratis nocet / et diligit quod suū est ex ea parte hominū qua eisdem ipsis sceleratis fauet. Ergo hec omnia facient vobis ꝓpter nomē meum vel ita dictū est ꝓpter quod vos patimini: vel ita ꝓpter quod et ipsi faciūt: quia et hoc in vobis dū persequūtur
Et infra. lxxxix.ca. xc.a oderunt. Et addidit: [quia nesciūt eum qui misit me.] Hoc fm eam scientiaꝫ dictū intelligēdum est: de qua et alibi scriptum est. Scire autē tē sensus est cōsummatus. Hac quippe
Sap. vj. scientia qua sciunt patrē a quo missus est christus nullo modo eos persequuntur quos colligit christus: quia ꝛ ipsi cum eis colliguntur a christo.

Tractatus.lxxxix.

¶ Si non venissem et locutus fuissem eis peccatum nō haberent. Nunc autē excusationē nō habent de pctō suo. Qui me odit ꝛ pr̄em meū odit.

A SUperius dixerat dominꝰ ad discipulos suos. Si me persecuti sunt et vos persequētur. Si sermonē meum seruauerunt: et vestrū seruabunt. Sed hec oīa facient vobis ꝓpter nomē meum: qꝛ nesciūt eum qui misit me. De quibus autem hoc dixerit si queramꝰ: inuenimus eū ad hec verba venisse ab eo qđ dixerat. Si mūdus vos odit: scitote qꝛ me pr̄iorē vobis odio habuit. Nunc vero qđ addidit. [Si non venissem ꝛ locutus eis fuissem peccatum non haberent:] iudeos ostendit expressius. De his ergo ꝛ illa dicebat. Nam hoc indicat verboꝝ ipsa contexio. De his ergo dicit. Si non venissem et locutꝰ eis fuissem peccatū non haberēt / de quibus dicebat. Si me persecuti sunt et vos persequent. Si sermonē meum seruauerunt: et vestrū seruabunt. Sed hec omnia facient vobis ꝓpter nomen meū: quia nesciunt eum qui misit me. His enī verbis: et ista subiungit. Si non venissem et locutꝰ eis fuissem / peccatuꝫ nō haberēt. Judei ergo persecuti sunt christū: quod euidentissime indicat euangelium. Judeis locutus est christus: nō alijs gentibus. In eis ergo voluit intelligi mundū qui odit christum ꝛ discipulos eius: immo vero non eos solos / sed hos quoqꝫ ad eundem mundū pertinere monstrauit. Quid est ergo / si non venissem ꝛ locutus eis fuissem / peccatū non haberēt? Nunquid sine peccato erant iudei / anteqꝫ christus ad eos in carne venisset? Quis hoc vel stultissimus dixerit? Sed magnū quoddam peccatū non omne peccatū / quasi sub generali nomine vult intelligi. Hoc est enim peccatū quo tenentur cuncta peccata / quod vnusquisqꝫ si non habeat dimittūtur ei cūcta peccata. Hoc est autē / quia non crediderunt in christuꝫ / qui ꝓpterea venit vt credatur in eū. Hoc peccatum si non
ij.Cor.ij. veniſſet / nō vtiqꝫ haberent. Aduentus quippe eius quantuꝫ credētibus salutaris / tantū nō credentibus exitialis factus est: tanꝯ et ipse caput et princeps apostolorū quod de se ipsi dixerunt extiterit / quibusdaꝫ quidē odor vite in vitam: quibusdam odor mortis in mortem. Sed quod adūrit atqꝫ ait.
B [Nunc autē excusationem nō habent de peccato suo] potest mouere querentes / vtrū hi ad quos nō venit christus nec locutus est eis: habeant excusationem de peccato suo. Si enīꝫ non habēt / cur hic dictum est ꝓpterea istos non habere / qꝛ veniter locutus est eis? Si autem habent: vtrum ad hoc habeant vt a penis alienētur: an vt mitius puniātur? Ad hec inquisita ꝓmeo captu / domino donāte respondeo / habere illos excusationē non de omni peccato suo: sed de hoc peccato quo in christum nō crediderunt ad quos nō venit et quibus non est locutꝰ. Sed nō in eo sunt numero hi ad quos in discipulis venit: et quibus per discipulos est locutus / qđ et nunc facit. Nam per ecclesiam suam venit ad gentes: et per ecclesiam loquitur gentibus. Ad hoc enim pertinet quod ait: qui Mat.x. vos recipit me recipit: et q̄ vos spernit me spernit. An vultis ij.Cor.xiij (inquit apostolus paulus) experimentuꝫ accipere eiꝰ qui in me loquitur christus? Restat inquirere: vtrū hi qui ꝓtius q̄s christus veniret in ecclesiā ad gentes / et ꝓtiusq̄ euangeliuꝫ eius audirent: vite huius fine ꝓuēti sunt seu ꝓuenūtur: possunt habere hanc excusationem? Possunt plane: sed non
Rom.ij. ideo possunt effugere dānationem. Quicunqꝫ enīꝫ sine lege peccauerunt: sine lege peribunt. ꝛ quicunqꝫ in lege peccauerunt / per legem iudicabūtur. Que quidē apostoli verba qm id quod ait: peribūt / terribilius sonat q̄s quod ait: iudicabūtur: non solum nihil adiuuare hanc excusationem videntur ostendere: verūetiam plus grauare. Qui enī se quia non audierunt excusabunt: sine lege peribunt. Sed vtrum hi qui cū audierunt contēpserunt vel etiam restiterūt / nec tantum cōtradicendo sed ꝛ eos a quibus audierunt odijs persequēdo: in eis deputandi sunt de quibus aliquid leuius videk sonuisse: quod dictū est: per legem iudicabuntur: merito queritur.
C Sed si aliud est perire sine lege: aliud iudicari per legem: et illud est grauius / hoc autē leuius: proculdubio non sunt isti in hac pena leuiore ponēdi: qui neqꝫ in lege peccauerūt: sed omnino legē christi accipere noluerunt: ꝛ eam quantū ad ipsos attinet omnino nullam esse voluerunt. Illi autem peccāt
Rom. vij. in lege qui sunt in lege: id est qui eam suscipiunt: eāqꝫ sanctā et mandatum sanctū et iustum et bonum fatētur sed infirmitate non implent quod ab ea rectissime p̄cipi dubitare non possunt. Hi sunt qui aliquo modo forsitan possunt ab eorum qui sine lege sunt perditione discerni: si tamen qđ apostolus ait: per legem iudicabūtur sic accipiendū est: tanꝯ direrit / non peribunt: quod mirū est. Neqꝫ enim de infidelibus et fidelibus erat sermo vt hoc diceret: sed de gentibus ꝛ iudeis: qui certe vtriqꝫ nisi in eo saluatore saluētur qui venit querere quod perierat: ad perditionē sine dubio pertinebunt: q̄uis dici possit: alios graui⁹: alios leuius perituros: id est alios grauiores: alios leuiores penas in sua perditione passuros. Ille enī perire deo dicitur quisquis ab illa beatitudine quā dat sanctis suis per suppliciū separatur. Tanta autē est supplicioꝝ: q̄sta diuersitas peccatoꝝ: que quomodo se habeat / alti⁹ iudicat sapientia diuina q̄s coniectura scrutari aut effatur humana. Isti certe ad quos venit et quibus locutus est christus: non habent de magno infidelitatis peccato illaꝫ excusationē: qua possint dicere: non vidimus nō audiuim⁹. Siue non acceptaretur ista excusatio ab illo cuius inscrutabilia sunt iudicia: siue acceptaretur: et si nō vt ab omni dānatione liberarētur: certe vt aliquāto leuius dānarentur. [Qui me odit. Inquit [et patrem meū odit.] Dic nobis fortasse dicatur. Quis potest odisse quē nescit. Et vtiqꝫ anteqꝫ diceret: si non venissem et locutus eis fuissem: peccatū non haberēt:
ꝫ.lxxxviij. dixerat discipulis suis. Hec facient vobis: quia nesciunt eū c. qui misit me. Quomodo ergo nescierunt et oderunt? Si enīꝫ non quod est ipse sed nescio quid aliud de illo opinantur non vtiqꝫ ipsum sed illud inueniūtur odisse quod fingunt / aut errando potius suspicātur. Et tamē nisi possent homines odisse quod nesciūt: non veritas vtrūqꝫ dixisset quod eius patrē et nesciunt et oderūt. Sed quomodo id fieri possit si aduuāte domino per nos demonstrari potest: qꝛ hec disputatio est iam claudenda nunc non potest.

Tractatus.xc.

¶ Qui me odit et patrem meum odit.

A AUdistis dominū dicentē. [Qui me odit ꝛ patrem meum odit:] qui superius dixit. hec facient vobis: quia nesciunt eū qui misit me. Non itaqꝫ dissimulanda nascitur questio: quō possunt odisse quē nesciunt. Si enī non qđ ipse est / sed nescio quid aliud eum suspicantur aut credūt et hoc oderunt: vtiqꝫ nō ipsum oderūt sed quod sua mēdaci suspitione vel vana credulitate cōcipiunt. Si autē quod est hoc de illo sentiunt: quō eum nescire dicun-

tur? Et de hominib⁹ quid fieri potest: vt eos sepe quos nun q̄ vidimus diligamus. Ac per hoc nec illud econtrario ipossibile est: vt eos quos nunq̄ vidimus oderim⁹. Fama quippe de aliquo sermocināte seu bene seu male fit nō immerito: vt amem⁹ vel oderimus ignotū. Sed si fama sit vera: quomodo est de quo vera didicimus dicēdus ignotus? An quia eius faciem non vidimus? Quā cum et ipse non videat: nulli tamē potest notior esse q̄ sibi. Non igit̄ in eius facie corpali nobis intimatur cuiusq̄ noticia. Sed tūc nobis ad cognitionem patet: quādo eius mores et vita non latent. Alioquin nec seipsum nosse quisq̄ potest: qui videre faciez suam nō potest. Sed vtiq̄ tanto certi⁹ q̄ notus est alijs ipse se nouit: q̄to certius interiore conspectu potest videre q̄ sapit / videre quod cupit / videre quod viuit. Que cū aperiuntur et nobis: tūc vere fit cognit⁹ nobis. Hec itaq̄ quoniā plerūq̄ ad nos de absentibus vel etiaz mortuis siue fama siue litteris pferuntur. Hinc fit vt sepe quos nunq̄ facie corporis vidimus / non tamen quos oino nescimus vel oderimus hoīes vel amemus. Sed plerumq̄ in eis nostra credulitas fallitur: qz nonnūq̄ et hystoria et multomagis fama mentitur. Pertinet ad nos ne perniciosa opinione fallamur / vt quia nō possumus hominū indagari cōscientiam: de ipsis reb⁹ habeamus verā certāq̄ sententiā: hoc est vt si ille vel ille homo vtrū sit ipudicus pudicusue nescim⁹ / oderimus tamen impudicitiā / et pudicitiā diligamus. Et si illū vel illuz iniustum esse iustūue nescim⁹ / amemus tamē iusticiā / et iniusticiā detestemur: nō quas nobis ipsis errādo confingim⁹ sed quas fideliter hāc appetendam illāq̄ vitandam in dei veritate cōspicimus: vt cū de ipsis rebus q̄ appetendū est appetimus / quod deuitandū est deuitamus: ignoscatur nobis q̄ de occultis hominū aliquā do: immo assidue nō vera sentimus. Hoc enī ad humanā tētationez pertinere arbitror / sine qua duci ista nō potest vita:

j. Cor. x. ita vt apostol⁹ diceret: Tentatio vos nō apprehēdat nisi humana. Quid enīz tam humanū q̄ non posse inspicere cor humanum: et ideo non eius latebras perscrutari. Sed plerūq̄

B aliud quā id quod ibi agitur suspicari? Q̄q̄ et in his rerum tenebris humanarū / hoc est cogitationū alienarū et si suspitiones intelligere nō possumus qz homines sum⁹: iudicia ta-

j. Cor. iiij. men: id est definitas firmasq̄ sentētias cōtinere debem⁹: nec ante tēpus quicq̄ iudicare donec veniat dñs et illuminet abscondita tenebrarū et manifestet cogitationes cordis et tunc laus erit vnicuiq̄ a deo. Quādo ergo non errak in reb⁹ vt recta sit improbatio vitior / virtutūq̄ probatio: pfecto si erratur in hominibus venialis est humana tētatio. Per has aūt humanorum cordiū tenebras res multum miranda et multū polenda contingit: vt eū nonnunq̄ quem iniustū putamus et tamen iustus est / et iusticiā in eo nescientes quem diligim⁹ deuitemus / auersemur: a nostro prohibeamus accessu / cōmunem cū illo vitaz victūq̄ habere nolimus. eūq̄ etiam si discipline imponēde necessitas cogat: siue ne alijs noceat: siue vt fiat ipse correctior asperitate salubri psequamur / et hoīez bonum tanq̄ malus affligamus quē nescientes amamus. Hoc fit siquis (verbi gratia) cū sit pudicus / a nobis creditur ipudicus. Sine dubio enī si pudicum diligo: hoc est ipse q̄ diligo. Ergo etiaz ipsum diligo et nescio. Et si impudicū odi nō ipsum odi quia nō est quod odi. Et tamē dilecto meo cū quo semp in charitate pudicitie habitat anima mea / facio ignarus iniuriā: non errans in discretione virtutum atq̄ vitior: sed in cordiū tenebris humanorum. Proinde sicut fieri potest vt homo bonus hominē bonum oderit nesciēs vel pot⁹ diligat nesciens: ipsum enī diligit cum bonū diligit: quia id q̄ est ille hoc iste diligit / oderit autem nesciēs nō ipsum: sed quod putat esse ipsuz. Ita fieri potest vt etiā homo iniustus oderit hominem iustū: et dum estimat se sui similē iniustū diligere nesciens diligat iustū. Et tamē dum eū credit iniustū diligit non ipsum sed q̄ putat esse ipsum. Quē admodū autē hominem: sic et deū. Denīq̄ si interrogarētur iudei vtrū diligerēt deū: quid se aliud q̄ diligere respondērēt: nec ex animo mentientes / sed errando potius opinātes. Quomodo enī diligerēt patrē veritatis: qui haberēt odio veritatez? Nolūt enim sua facta dānari / et hoc habet veritas vt talia facta dānentur. Tātum igitur oderūt veritatē: quantū oderunt suas penas quas talibus irrogat veritas. Nesciunt autez illā esse veritatez: que tales quales ipsi sunt dānat. Oderūt ergo quā nesciunt et cū illam oderunt profecto et eū de quo nata ē nisi odisse non possunt. Ac per hoc quia veritatē qua iudicāte dānantur. de patre deo natā nesciunt: vtiq̄ etiā ipsum et nesciūt et oderūt. O miseros homines: qui cū esse volunt mali: nolūt esse veritatem qua dānantur mali. Nolūt enim eā esse q̄ est. cum ipsi debeant nullo modo esse quod sunt: vt ipsa manente mutentur: ne ipsa iudicante dānentur.

Tractatus. xcj.

¶ Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt et oderunt et me et patrem meum: sed vt ad impleatur sermo qui in lege eorū scriptus est: qz odio habuerunt me gratis.

A Dixerat dom⁹. Qui me odit et patrē meum odit. Vtiq̄ enīz qui odit veritatē: necesse est oderit ea quo veritas nata est. Vnde etiaz quantū datū est locuti sumus. Deinde addidit vnde nobis nūc loquendum est. [Si opera non fecissem in eis que nemo ali⁹ fecit: peccatum nō haberent:] peccatū illud scilicet magnū de ē. lxxxix. a quo superius ait. Si nō venissem et locut⁹ eis fuissem: peccata nō haberēt. Hoc est peccatū: quod in eū loquentē et operantem nō crediderūt: neq̄ enim nullū habebant peccatum: anteq̄ loqueretur eis et operarer in eis. Sed hoc peccatū q̄ in eum nō crediderūt ideo sic cōmemoratur / qz ipso peccato tenentur et cetera. Hoc enim si nō haberēt et in eū crederent: dimitterētur et cetera. Sed q̄d est hoc q̄ ait dixisset. Si opera nō fecissem in eis: mox addidit [q̄ nemo alius fecit?] Nulla quippe i operibus christi videnk esse maiora q̄ suscitatio mortuoū / quod scimus etiam antiquos fecisse pphetas. Fecit hoc etiam helias: fecit heliseus et cum in hac carne viueret: et cū in suo monumēto sepultus iaceret. Nam quidā portantes mortuū cum irruentib⁹ hostibus eo refugissent: eūq̄ ibi posuissent / cōtinuo resurrexit. Fecit tamē aliqua christ⁹ que nemo alius fecit: quod quinq̄ milia hominū de quinq̄: et quattuor milia de septē panib⁹ pauit: q̄ sup aquas ambulauit / et petro vt hoc faceret prestitit: q̄ aquā mutauit in vinū: quod aperuit oculos ceci nati: et alia multa que cōmemorare longum est. Sed respōdetur nobis et alios fecisse que ipse nō fecit: et que nemo alius fecit. Quis enī nisi moyses egyptios plagis tot tantisq̄ percussit: diuiso mari populū duxit. Mānna de celo esurientib⁹ impetrauit: aquā de petra sitientibus fudit? Quis nisi iesu naue populo trāsituro iordanis fluēta diuisit: et currentem solē emissa ad deū oratione frenauit et fixit? Quis preter samson, pter suam sitim maxilla mortui asini exundāte satiat⁹ est? Quis preter heliā curru igneo in alta subuectus est? Quis preter heliseū (quod paulo ante cōmemorauī) sepulto suo cadauere: cadauer alterius reddidit vite. Quis preter danielē inter ora inclusoū secum leonum esurientiū vixit innocuus? Quis preter tres viros ananiam azariam / misaelē in flāmis ardētibus et nō vrentibus deambulauit illesus? Pretereo cetera: qm̄ hec satis esse arbitror: quibus demōstretur et alios sanctos quedā opera mirāda fecisse q̄nemo aliⁱs fecit. Sed qui tā multa vitia et malas valitudines vexationesq̄ mortalū tanta potestate sanaret: null⁹ omnino legit antiquorū / vt veniz taceamus quos iubendo sicut occurrebāt saluos singulos fecit: marcus euāgelista quodam loco ait: Vespere autē facto cū occidisset sol / afferebāt ad eū omnes male habētes et demonia habētes: et erat omnis ciuitas ad ianuā congregata: et curauit multos qui vexabantur varijs languoribus: et demonia multa eijciebat. Id autem cū memorasset matthеus: etiam testimoniū prophetі cum addidit dicēs: vt adimplerek quod dictuz est p esaiam prophetā dicentē. Ipse infirmitates nostras accepit: et egritudines portauit. Item alio loco dicit marcus. Et quocūq̄ introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos: et deprecabank eum vt vel fimbriā vestimēti eius tangerēt: et quotquot tangebāt eum salui fiebāt. Hec B nemo alius fecit in eis. Sic enī intelligendū est q̄ ait in eis: non inter eos vel corā eis: sed prorsus in eis qui sanauit eos. Hec q̄ppe intelligi voluit que nō solum facerent admirationem. verūetiā manifestā conferrent salutē: pro quibus beneficijs vtiq̄ amorē non odium retribuere debuerunt. Omnia Luce. ij.

quidem ceterorū miracula superat quod de natus ex ꝟgine: matrisq; integritatem solus potuit nec cōceptus violare nec natus. Sed hoc ne coram eis factū est: nec in eis. Ad cognoscēdam quippe huius miraculi veritatē: non cōmuni cū eis aspectu: sed discreto ab eis discipulatu apostoli peruenerūt. Jam vero illud qō die tercia in carne in q̄ occisus fuerat de sepulchro se reddidit viuū: et nunc deinde moriturus cum illa ascendit in celum: superat etiam cuncta q̄ fecit. Sed neq; hoc factū est in iudeis: neq; coram eis. Et nondū hoc fecerat: quādo dicebat. Si opera nō fecissem in eis q̄ nemo alius fecit

ps. xxiiij Mirū ergo sunt illa: que in eorū valitudinibus tāta miracula salutis ostēdit: q̄ta i illis antea nemo donauit. Hec enī viderunt: et hoc eis exprobrans adiungit et ait. [Nunc aūt viderunt ⁊ oderunt ⁊ me et patrē meum. Sed vt impleat ser-

mo q̄ in lege eorū scriptus est: qz odio habuerūt me gratis.] Eorum legē dicit: nō ab ipsis inuentā sed ipsis datā. Sicut

Matth. v. dicimus panem nostrū quotidianū: quem tū a deo petimus addendo da nobis. Gratis aūt odit: qui nullū ex odio commodum querit vel incōmodū fugit. Sic oderunt dūm impij sic diligunt iusti. Hoc est gratis vt alia p̄ter illū non expectent bona: q̄n ipse erit in omnibus oīa. Quisquis vero alit⁹ attenderit xp̄m dicentē: si opera nō fecissem in eis que nemo alius fecit: ꝟ hec et si pater aut spūssanctus fecit: nemo alius fecit: quia totius trinitatis vna substantia est: inueniet ipm fecisse si quando quisq̄ dei homo tale aliquid fecit. Potest quippe in seipso cuncta per ipsum: nemo aūt potest aliquid sine ipso. Christus nanq; cū patre et spūsancto nonsunt tres

ps. lxxj. dij sed vnus deus de quo scriptū est. Benedictus dūs deus israel: qui facit mirabilia solus. Nemo ergo alius fecit quecunq; opera in eis fecit: quoniam quisquis alit⁹ hō aliq̄d eor fecit: ipso faciente fecit. Hec aūt ipse nō illis faciētib⁹ fecit.

Tractatus.xcij.

¶ Cum autem venerit paraclyt⁹ quē ego mittā vobis a patre spiritū veritatis q̄ a patre ꝓcedit: ille testimoniū perhibebit de me: et vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis.

B Dominus iesus in sermone quē locutus est discipulis suis post cenam ꝓximus passioni: tanq̄ iturus et relicturus eos p̄sentia corporali cum omnibus aūt suis vsq; in consummationē seculi futurus p̄sentia spirituali: exhortatus est eos ad perferendas persecutiones impiorū quos mūdi noie nūcupauit. Ex quo tamen mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit: vt scirent dei gr̄a esse quod sunt: suis aūt viribus fuisse quod fuerūt. Deinde persecutores ⁊ suos et ipsorū iudeos euidenter expressit/ vt oīno appareret etiā ipsos mundi dānabilis appellatione cōclusos: qui persequuntur sanctos. Cūq; de illis diceret quod ignorarent eū a quo missus est: et tū odissent ⁊ patrem ⁊ filiū hoc est et eū qui missus est: et eū a quo missus est: de quibus oībus in alijs sermonib⁹ iam disseruimus: ad hoc peruenit vbi ait: vt adimpleatur sermo qui in lege eor scriptus est: qz odio habuerūt me gratis. Deinde tanq̄ cōsequēter adiūxit vnde modo disputare fuscepimus. [Cum aūt venerit paraclytus quē ego mittā vobis a patre spiritū veritatis q̄ a pr̄e ꝓcedit: ille testimoniū perhibebit de me: et vos testimoniū perhibebitis: quia ab initio mecū estis.] Quid hoc pertinet ad illud qō dixerat: nunc aūt et viderūt et oderūt et me ⁊ patrem meū: sed vt impleat sermo qui scriptus est in lege eorū: quia odio habuerūt me gratis. An quia paraclytus q̄n venit spūs veritatis: eos qui viderūt ⁊ oderūt testimonio manifestatione conuincit? Immo vero et iam aliquos ex illis qui viderūt ⁊ adhuc oderāt: ad fidem que per dilectionē operatur

Act. ij. fuit manifestatione ꝓuertit. Hoc vt ita intelligam⁹: ita factū esse recolimus. Venit enim die pentecostes spiritussanctus in centū viginti hoies cōgregatos in quibus ⁊ apl̄i oēs erāt qui illo adimpleti cū linguis oīm gentiū loquerētur: plures

Act. ij. ex his qui aderant tanto miraculo stupefacti quandoquidē viderunt loquēte petro tam magnū atq; diuinū testimoniū perhiberi de xp̄o: vt ille q̄ occisus ab eis inter mortuos deputabatur resurrexisse et viuere probaretur cōpuncti corde conuersi sunt: et tanti sanguinis tam impie atq; immaniter fusi indulgentiam perceperunt: ipso redempti sanguine quē fuderūt. Christi enim sanguis sic in remissionē peccatorum oīm fusus ē: vt ipsum etiā peccatū posset delere quo fusus ē. Hoc ergo intuens dūs dicebat: odio habuerunt me gratis. Cū aūt venerit paraclyt⁹: ille testimoniū perhibebit de me. Tanq̄ diceret. Odio me habuerūt: et occiderunt videntes. Sed tale de me paraclytus testimoniū perhibebit: vt eos faciat in me credere non videntes. [Et vos (inquit) testimoniū B perhibebitis: quia ab initio mecū estis.] Perhibebit spūs sanctus: perhibebitis et vos. Quia enī ab initio mecū estis: potestis predicare quod nostis: quod vt modo non faciatis: illius spūs plenitudo nondū adest vobis. Ille ergo testimonium perhibebit de me: ⁊ vos testimoniū phibebitis. Dabit enī vobis fiduciā testimoniū perhibēdi charitas dei diffu- Roma. v. sa in cordibus vr̄is: per spūm sanctuz qui dabitur vobis. Que vtiq; petro adhuc defuit: q̄n mulieris ancille interrogatiōe perterritus: non potuit verū testimoniū perhibere: sed cōtra suam pollicitationē timore magno compulsus est ter negare Timor aūt iste nō est in charitate: sed pfecta charitas foras j. Joh. iiij. mittit timorē. Deniq; ante passionē dūi seruilis timor ei⁹ interrogatus ē a femina seruitutis: post resurrectionē domini liberalis eius amor ab ipso p̄cipe libertatis: et ideo ibi turbabatur: hic tranquillabatur. Ibi quem dilexerat negabat: hic quem negauerat diligebat. Sed adhuc etiam tunc amor ipse infirmus fuerat ⁊ angustus: donec eū roborare ret ⁊ dilataret spūssanctus. Qui posteaq̄ illi est abundantia gratie largioris infusus: sic ad perhibendū de xp̄o testimoniū quōdā eius frigidū pectus accendit: atq; illa p̄ius trepida q̄ veritatem suppresserant ora reserauit: vt cū oēs in quos venerat spūssanctus linguis oīm gentium loquerentur iudeorū circumstantibus turbis: solus ad testimonium de xp̄o phiben- Act. ij. dum p̄ ceteris prompti⁹ emicaret: eiusq; interfectores de illius resurrectione confunderet. Si quem delectat tam suauiter sanctū tale spectaculū intueri: actus apostolorū legat: ibi beatum petrū quem negantē doluerat: stupeat predicātē Jbi linguā illam videat ad fiduciaz a diffidētia: ⁊ ad libertatem a seruitute translatā: tot linguas inimicoz conuertere ad xp̄i cōfessionē: quarū non valendo vnā ferre: versa fuerat in negationē. Quid plura? Tantus in illo fulgor gratie: tāta spūssancti plenitudo apparebat: tanta de ore predicātis preciosissime veritatis pondera procedebant: vt ingentis multitudinis aduersarios interfectores xp̄i iudeos faceret pro illo paratos mori a quib⁹ cū illo formidabat occidi. Hoc fecit spūssanctus tūc missus ante promissus. Jsta dūs magna atq; miranda sua beneficia p̄euidebat q̄n dicebat. Et viderunt ⁊ oderunt ⁊ me et patrem meū: vt adimpleatur ſmo qui in lege eorū scriptus est: quia odio habuerūt me gratis. Cū autem venerit paraclytus quem ego mittā vobis a patre spiritum veritatis qui a patre ꝓcedit: ille testimoniū perhibebit de me: et vos testimoniū perhibebitis. Ille quippe testimonium perhibens ⁊ testes fortissimos faciens: abstulit xp̄i amicis timorem: et inimicorum odiū conuertit in amorem.

Tractatus.xciij.

¶ Hec locutus sum vobis vt nō scādalisemini Capitulū xvj. Absq; sinagogis facient vos: sed venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiū se p̄stare deo. Et hec facient vobis q̄ nō nouerūt patrem neq; me. Sed hec locutus sum vobis: vt cū venerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi vobis.

A M his que precedunt hoc euangelij capitulū dūs A discipulos suos ad inimicorū odia perferenda cō firmās suo ꝓparauit exēplo: vt eū imitādo fierēt fortiores: addēs ⁊ promittēs eis q̄ venturus esset spūssanctus qui de illo testimoniū perhiberet: et adijciens q̄ et ipi fierēt testes ei⁹: hoc vtiq; in eis operante spūsancto. Sic eī ait. Ille testimoniū phibebit de me: ⁊ vos testimoniū phibebitis. Utiq; q̄ ille phibebit etiā vos phibebitis. Ille in cordib⁹ vestris: vos i vocib⁹ vestris. Ille inspirādo: vos sonando: vt possit impleri. Jn oēm terrā exiuit sonus eorum ps. xviij. Parū quippe fuerat eos adhortari exēplo suo nisi impleret spūsctō. Deniq; apl̄s petr⁹ cū iam ꝟba ei⁹ audisset vbi dixerat. Non est fuus maior dño suo: si me pscuti sunt ⁊ vos per Joh. xiij. sequentur: et hoc in illo iam videret impleri: in q̄ patientiam

E

Expositio diui ꝛAugustini in euāgeliū scōm Johan.

domini sui si exēplo sufficeret debuit imitari: succubuit ꝛ ne gauit: non vtiq; terrēs quod illū ferre cernebat. Cū vero acce pit donū spūssancti quem negauerat predicauit: ꝛ quē confi teri timuerat nō timuit profiteri. Prius enī exēplo quidem fuerat edoctus: vt qō fieri puenerat nosset: sed nondū fuerat virtute fultus vt qō nouerat faceret: instructꝰ erat vt staret: sed nō erat firmatus ne caderet. Quod postea q̄ per spiritū sanctū factū est annunciauit vsq; ad mortē: quem negauerat timens mortē. Ideo dns in hoc consequēti capitulo de quo nūc nobis loquendū est. [Hec inquit locutus sum vobis: vt
pō.cxviij. non scādalizemini.] Canitur quippe in psalmo. Pax multa diligētibus legem tuā dne: et non est illis scandalū. Merito itaq; promisso spūsancto quo in eis operāte fierēt testes eiꝰ
Roma.v. subiunxit: hec locutus sum vobis vt nō scandalizemini. Cū enim charitas dei diffunditur in cordibus nostris p spiritū sanctū qui datus ē nobis: fit pax multa diligētibus legē dei: et nō sit eis scādalū. Deinde q̄ passuri essent: iā exprimēs ait
† Al. absq; synagogis † [Extra synagogas facient vos.] Quid aūt mali erat apo stolis expelli de synagogis iudaicis? quasi non inde fuerant se separaturi: etiā si eos nullus expelleret? Sed nimirū hoc voluit denūciare: quia iudei xp̄m non fuerant recepturi: a q̄ isti non fuerant recepturi. Et ideo futurū erat vt foras mitte rentur cū illo ab eis qui esse nollēt in illo: bi q̄ esse nō possent
Roma.xj. sine illo. Nam p̄fecto q; non erat vllus alius populus dei q̄ illud semē abrae: si agnoscerēt et reciperent xp̄m tanq; rami naturales in oliua permanerēt: nec alie fierent ecclesie xp̄i: alie synagoge iudeorū: eedem quippe essent: si in eodem eē voluissent. Quod quia nolu'erūt: quid restabat: nisi vt rema nentes extra xp̄m: extra synagogas facerēt eos qui nō relin querēt xp̄m? Accepto quippe spiritu sancto testes eiꝰ effecti
Johā.xvi. non vtiq; vt tales essent de quibus dicit: multi principes iu deorū crediderūt in eū: sed ꝓpter metū iudeorū ne repellerent de synagogis: nō audebant cōfiteri eū. Dilexerūt enī gl̄iam hoim magis q̄ dei. Crediderūt ergo in eū: sed nō sic quomō
Johan.v. eos volebat credere q̄ dicebat. Quomodo potestis credere gloriam ab inuicem expectantes: et gloriā que a solo deo est non quērētes? Discipulis ergo sic in eū credētibꝰ vt impleti
Roma.x. spūsancto: hoc est dono gratie dei non sint de numero eorū q̄ ignorātes dei iusticiā: ꝛ suā volentes cōstituere: iusticie dei non sunt subiecti: nec de illorū de quibus dictū est: dilexerūt gloriam hoim magis q̄ dei: illa cōgruit prēdhetia q̄ de ipīs
Psal. lxxxviij. inuenturi mpleta. Dne in lumine vultus tui ambulabunt: ꝛ in nomine tuo exultabūt tota die et in tua iusticia exaltabūt q̄m gloria virtutis eorū tu es. Merito eis dicitur: extra syna gogas facient vos: illi scilicet qui zelū dei habent: sed non fm
Roma.x. scientiā. Propter quod ignorantes dei iusticiā ꝛ suam volē tes cōstituere eos expellunt q̄ nō in sua sed in dei iusticia ex altabūtur: nec expulsi ab oībus erubescunt: q̄m gloria virtu
B tis eorū ipse est. Deniq; cū hoc eis dixisset adiecit. [Sed ve nit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo: et hec facient vobis: quia non cognouerunt pa trem neq; me.] Hoc est non cognouerunt deū nec eius filiū cui se in vobis occidendis prestare arbitrantur obsequium. Que verba dns ita subiunxit: tanq; ex h̄ consolaretur suos q̄ de synagogis iudaicis expellerētur. Prenunciās enim que mala essent p eius testimonio ppessuri: extra synagogas in quit facient vos: nec ait: et venit hora vt oīs qui interficit vos arbitretur obsequiū se prestare deo. Quid ergo ait? Sz venit hora: quemadmodū diceret: si aliq̄d bon post ista mala pre dicaret. Quid sibi ergo vult extra synagogas facient vos. Sz venit hora. Tanq; hoc dicturus fuisset. Separabūt quidem illi vos: sed ego vos colligā. Aut separabūt quidem illi vos: sed venit hora leticie vestre. Quid ergo ibi facit hoc verbū q̄ ait: sed venit hora: quasi consolationē eis ꝓmitteret post tribulationē: cū magis dicere debuisse videatur indicatiuo modo: et venit hora? Sed non ait et venit: cū tribulationē su per tribulationem: non consolationē post tribulationem ven turam illis esse prediceret. An forte sic eos illa de synagogis separatio fuerat turbatura: vt mori mallēt q̄ in hac vita sine iudeorum congregationibus immorari? Absit vt sic turba rentur q̄ dei nō hoim gloriā requirebāt. Quid est ergo extra synagogas facient vos sed venit hora: cum potius dicere de buisse videatur et venit hora: vt omnis qui interficit vos ar bitretur obsequiū se prestare deo. Neq; enim saltem dictū ē:
sed venit hora vt interficiant vos: quasi vt eis moꝛs pro consolatione illius separationis acciderꝛ. Sed venit hora inqꝛ vt omīs qui interficit vos arbitretꝛ obsequiū se prestare deo. Prorsus nō mihi videtur aliud significare voluisse: nisi vt intelligerent atq; gauderēt tam multos se xp̄o acquisituros cum de iudeoꝛ congregationibus pellerentur vt eos quidē non sufficerent pellere sed non sinerent viuere: ne omnes ad nomen xp̄i sua predicatiōe cōuerterēt et ab obseruatione iu daismi tanq; diuine veritatis auerterent. Nocenī de iudeis C
dictū debemus accipere: de quib⁹ dixerat: extra synagogas facient vos. Nā testes: id est martyres xp̄i etiā si occisi sunt a gentilibus: non tñ illi arbitrati sunt deo sua suis falsis obsequiū se prestare cū hec facerent. Judeorū aut̄ omnis q̄ occidit predicatoꝛes xp̄i deo se putauit prestare obsequium credens q̄ deseꝛerēt deū israel qui cunq; cōuerterent ad deū xp̄m: vt enim et ip̄m xp̄m occideꝛēt: ista ratione cōmoti sunt
Nam eoꝛū de hac re etiā verba cōscripta sunt. Vt videtis quia Johan.xij
totus mundus post eū abijt? Si dimiserimus eū viuere: ve nient romani ꝛ tollant nobis ꝛ locū et gentē. Et hoc cayphas dixit. Expedit vt vnus homo moꝛiatur p̄ populo ꝛ nō tota gens pereat. Et in hoc ergo sermone suo discipulos suos ere
xit exemplo: quibus dixerat. Si me pscuti sunt: ꝛ vos perse Johā.xiij
quentur: vt quēadmodū illū occidendo deo se prestitisse ob sequium putauerūt: sic etiā illos. Iste itaq; sensus est in his verbis extra synagogas facient vos. Sed nolite solitudinē ꝛ timidare. Separati quippe a cōgregatione eoꝛū tā multos in noīe meo cōgregabitis: vt illi metuentes ne templū quod erat apud eos et oīa legis veteris sacramēta deseꝛātur inter ficient vos: sic fundentes sanguinē vestrū vt deo se prestare arbitrētur obsequiū. Ecce est illud q̄ de his dicit apostol⁹
Zelum dei habēt sed non fm scientiā: obsequium se putant Roma.x.
prestare deo interficiendo famulos dei. O erroꝛ horrendus Ita ne vt placeas deo: percutis placentē deo? Et templum dei viuū te feriente ꝓsternitur: ne dei templū lapideū deseꝛatur? O execrabilis cecitas. Sed ex parte in israel facta est Roma.xj.
vt plenitudo gētū intraret: ex parte inq̄ facta est nō ex toto. Non enim oēs sed aliqui ex ramis facti sunt: vt insereretur oleaster. Nam spūsancto implēte discipulos xp̄i cū linguis oīm gētium loquerētur: cū per eos diuina mꝛacula frequē tarentur ꝛ diuina eloquia spargerentur: etiā occisus ita dile ctus est xp̄s: vt eius discipuli expulsi a congregationib⁹ iu deoꝛum: ex ipsis quoq; iudeis ingentem multitudinem con gregarent: ꝛ nulla solitudine timerent. Hinc ergo accēsi ceteri reprobi ꝛ ceci zelū dei habentes sed non fm scientiam ꝛ obsequiū se prestare deo credētes: occidebant eos. Sed ꝓ illis occisus colligebat eos: q̄ de his futuris anteq̄m occidere tur instruxerat eos: ne ignaros atq; imparatos animos mala inopinata et improuisa q̄uis cito transitura turbarent/ sed precognita et patienter accepta/ ad bona sempiterna perdu cerent. Hanc enim fuisse causam vt hec prenūciaret: etiā ipse demōstrauit adiungens. [Sed hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora eoꝛ reminiscamini q; ego dixi vobis.]
Hora eoꝛum/ hora tenebrosa/ hora nocturna. Sed i diem ā- Pō.xlj.
dauit dominus misericordiam suam: et in nocte declarauit: quando noꝛ iudeoꝛum separatum a se diem christianoꝛum nulla confusione fuscauit: et quando carnem occidere potuit fidem tenebrare non potuit.

Tractatus. xciiij.

Hec aūt vobis ab inicio nō dixi quia vobiscū eram et nūc vado ad eum qui misit me ꝛ nemo ex vobis interrogat me quo vadis: sed quia hec lo cutus sum vobis tristicia impleuit coꝛ vestrū sed ego veritatē dico vobis: Expedit vobis vt ꝛ ego vadam: Si enim nō abiero paraclitus nō veniet ad vos Si aūt abiero mittā eum ad vos: et cum venerit: ille arguet mundū de peccato: ꝛ de iusti cia et de iudicio. De pctō quidē quia nō credide runt in me. De iusticia vero qꝛ ad patrem vado: et iam nō videbitis me. De iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

A Cum dñs iesus prędixisset discipulis suis persecutiones quas passuri fuerant post ei⁹ abscessum subiunxit atq; ait. [Hec aũt ab initio non dixi vobis quia vobiscum eram. Nunc autem vado ad eum qui misit me.] Vbi primum videdũ est: vtrũ eis futuras nõ
Matth.x. Mar.xiij. prędixerit ante passiones. Sed alij tres euangeliste satis eũ prędixisse ista demõstrant antecq; ventũ esset ad cenam: qua peracta fm iohannem /ista locutus est vbi ait. Hec autẽ vobis ab initio non dixi: quia vobiscum erã. An forte hinc ista soluitur questio: qz et illi eũ narrant passioni proximũ fuisse cũ hec diceret? Nõ ergo ab initio qñ cum illis erat: quia iam discessurus iamq; ad patrem perrecturus hec dixit. Et ideo etiam fm illos euangelistas verũ est quod hic dictũ est: hec aũt vobis ab initio non dixi. Sed quid agimus de fide euãgelij fm matthеũ qui hec eis a dño non solum cũ iam pascha esset cũ discipulis cenaturus imminẽte passione: verum z ab initio denunciata esse cõmemorat: vbi pmũ nominatim duo decim exprimuntur apostoli et ad opera diuina mittuntur? Quid sibi ergo vult quod hic ait: hec autẽ vobis ab initio nõ dixi quia vobiscũ eram: nisi quia ea que hic dicit de spũsctõ q̃ sit vẽturus ad eos z testimoniũ perhibiturus quãdo mala illa passuri sunt. Hec ab initio eis nõ dixit: qz cum ipsis erat. Cõsolator ergo ille vel aduocatus: vtrũq; enim interpretat quod est grece paraclytus: xpo abscedente fuerat necessarius z ideo de illo non dixerat ab initio qñ cum illis erat: qz eius presentia cõsolabãtur. Abscessurus aũt oportebat vt diceret illum esse venturũ: per quẽ futurum erat vt charitate diffusa
Roma.v. in cordibus suis verbũ dei cum fiducia predicarent: z illo intrinsecus apud eos testimoniũ phibẽte de christo: ipi quoq; testimoniũ perhiberent: neq; scandalizarentur cũ inimici iudei absq; synagogis facerẽt eos z interficerẽt arbitrates obsequium se prestare deo: qm̃ charitas omnia tolerat q̃ diffundenda erat in cordibus eorũ per spiritũ sancti donũ. Hinc g̃
ã.tracta. xciij.a. iste totus ducitur sensus: qz facturus eos erat martyres suos id est testes suos per spm̃ sanctum: vt illo in eis operãte persecutionũ quecũq; aspera tolerarẽt: nec frigesceret a charitate predicandi: illo diuino igne succensi. Hec ergo inquit locut⁹ sum vobis: vt cũ venerit hora eorũ reminiscamini quia ego dixi vobis. Hec scilicet locutus sum vobis: non tantuz quia passuri estis ista: sed quia cũ venerit paraclytus ille testimonium perhibebit de me: ne ista timendo taceatis. Vnde fiet vt etiã vos testimoniũ phibeatis. Hec autẽ vobis ab initio non dixi: quia vobiscum eram. Et ego vos consolabar: mea corporali presentia exhibita humanis sensibus vestris quã
B paruuli capere poteratis. [Nũc autẽ vado ad eũ q̃ me misit et nemo (inquit) ex vobis interrogat me quo vadis.] Significat sic se iturũ vt null⁹ interrogaret: quod palam fieri visu
Johã.xiij corporis cernerent. Nam superius interrogauerant eũ quo esset iturus: z responderat eis se iturũ quo ipsi tũc venire nõ possent. Nunc vero ita se ꝓmittit ituꝝ: vt nullus eorum quo
Act.j. vadit interroget. Nubes enĩ suscepit eũ quando ascendit ab eis: et euntem in celũ non verbis quesierũt sed oculis deduxerunt. [Sed qz hec locutus sum vobis (inquit) tristicia implebit cor vestrũ.] Videbat vtiq; quid illa sua verba in eorũ cordibus agerent: spũalem quippe nondũ interius habẽtes consolationẽ: quam p spm̃ sanctum fuerãt habituri id qđ exterius in xpo videbant amittere metuebãt: z qz se amissuros esse illũ vera denunciantẽ dubitare non poterant: contristabatur humanus affectus: qz carnalis desolabatur aspectus. Mouerat autẽ ille q̃d eis potius expediret: qz visus interior ipse ẽ vtiq; melior: quo eos cõsolaturus fuerat spũsctũs: nõ cernentiũ corporibus ingesturus corpus hũanũ: sed feiꝑm credentium pectoribꝰ infusurus. Deniq; adiungit. [Sz ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadã. Si enim nõ abiero paraclytus nõ veniet ad vos: si aũt abiero mittã eũ ad vos.] Tanq; diceret. Expedit vobis vt, hec forma fui aut forma vobis: caro q̃dẽ factũ verbũ habito in vobis. Sz nolo me carnalit adhuc diligatis: et isto lacte cõtẽti semp infãtes eẽ cupiatis: expedit vob vt ego vadã: si enĩ nõ abiero: paraclyt us nõ veniet ad vos. Si alimẽta teneraq̃b⁹ vos alui nõ subtraxero: solidũ cibũ nõ esurietis. Si carni carnaliter beC ritis: capaces spũs non eritis. Nam quid est si nõ abiero paraclytus nõ veniet ad vos: si autem abiero mittã eũ ad vos. Nunquid hic positus eum nõ poterat mittere? Quis hoc dixerit? Neq; enim vbi ille erat iste inde recesserat: z sic venerat a patre vt non maneret in patre. Postremo quomodo eũ etiam hic cõstitutus non poterat mittere quez scimus super Mar.iij. eum baptisatũ venisse atq; mansisse: immo vero a quo scim⁹ eum nunq; separabilẽ fuisse? Quid est ergo si non abiero paraclytus non veniet ad vos: nisi non potestis capere spiritũ: q̃diu fm carnez persistitis nosse xpm? Vnde ille inquit: qui iam ceperat spm̃. Et si nouerimus inquit fm carnez christũ ij.Cor.v. sed nunc iam non nouimus /Etiam ipam quippe carnez xpi non fm carnez nouit: qui verbũ carnem factum spiritualiter nouit. Hoc nimirũ significare voluit: magister bon⁹ dicẽdo si enim nõ abiero paraclytus nõ veniet ad vos: si aũt abiero mittam eũ ad vos. Christo autẽ discedente corporaliter: nõ solum spũssanctus: sed et pater et filius illis affuit spũaliter. Nam si ab eis sic abscessit xps vt ꝑ illo nõ cũ illo in eis esset spũssanctus: vbi est eius promissio dicẽtis. ecce ego vobiscũ Matth. sum vsq; ad cõsummationem seculi: z veniemus ad eũ ego z xxviij. pater et mansionem apud eũ faciemus: cũ et spiritũ sanctum Joh. xiiij. ita se promiserit esse missurũ vt cũ eis esset in eternum. Ac p hoc cũ ex carnalibus vel animalib⁹ essent spirituales futuri profecto z patrẽ et filium et spm̃ sanctum capacius fuerãt habituri. In nullo ergo credẽdus ẽ eẽ pater sine filio z spũsctõ: aut sine pre et filio spũssanctus: aut pater et spũssanctus sine filio: sed vbi eorũ quilibet vnus: ibi trinitas deus vn2. Oportebat autem ita insinuari trinitatẽ: vt q̃uis nulla esset diuersitas substantiarũ: singillatim tñ commendaretur distinctio psonarum: vbi eis qui recte intelligunt: nunq; videri potest separationatarũ. Quod autem sequitur. [Et cum venerit ille arguet mundum de peccato: et de iusticia: et de iudicio. De peccato quidem quia non crediderunt in me. De iusticia vero quia ad patrem vado z iam non videbitis me. De iudicio autem quia princeps huius mundi iudicatus est] Tanq; solum sit peccatum non credere in christum: et tanq; ipsa sit iusticia non videre christum: z tanq; ipsum sit iudiciũ: quod princeps huius mũdi: hoc est diabolus iudicatus est: valde patet prosum est nec isto sermone coartãduz: ne fiat obscurius ꝓuitate: sed alio potius q̃tum dñs adiuuerit explicãdum.

Tractatus.xcv.

De eadem lectione.

A Promittens dñs missurũ se spiritum sanctum: [cũ venerit (inquit) ille arguet mundum de peccato / et de iusticia / et de iudicio.] Quid ẽ hoc? Munqd ã.tracta. nam dominus christus non arguit mundũ de pec lxxxix. cato cum ait. Si non venissem z locutus eis fuissem peccatũ non haberent. Nunc aũt excusationẽ non habent de peccato suo? Sed ne quis forte dicat hoc ad iudeos ꝓprie pertinere non ad mũdum. Nonne alio loco inquit. Si de mũdo essetis Johã.xv. mundus quod suum erat diligeret? Munqd non arguit de iusticia vbi ait: pater iuste mundus te nõ cognouit? Joh. xvij. Munqd non arguit de iudicio vbi se ait similtis esse dicturum: ite in Mat.xxv. ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius? Et multa alia reperiuntur in sancto euangelio: vbi de his christus arguit mundum. Quid est ergo: quod tanq; proprie tribuit spiritui sancto? An forte quia christus in iudeos gẽte tantum locutus est mundum non videtur arguisse: vt ille intelligatur argui qui audit arguentem? Spiritus autem sanctus in discipulis eius toto orbe diffusis: non vnam gentem intelligitur arguisse sed mundum. Nam hoc illis ait ascensurus in celum. Non est vestrum nosse tempora vel momẽta Act.j. que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis in vos: et eritis mihi testes i hierusalem et in tota iudea: et in samaria / et vsq; ad fines terre. Hoc est arguere mundum. Si quis audeat dicere quod per discipulos christi arguet mundum spiritus sanctus: z non arguat ipe xps? Cum clamet apls. An vultis accipere experi ij.Cor.xiij mẽtũ eius q̃ in me loquitur xps? Quos itaq; arguit spũs sanc- Roma.v. tus: arguit vtiq; et christus. Sed q̃tum mihi videtur quia j.Joh.iiij. per spiritum sanctus diffundenda erat charitas in cordibus eorum que foras mittit timorem / quo impediri possint ne arguere mundum qui persecutionibus fremebat auderẽt: propterea dixit: ille arguet mundũ: tanq; diceret: ille diffundet in cordibus vestris charitatẽ. Sic enim timore depulso: arguendi habebitis libertatem. Sepe autem diximus in sepa-

Expositio diui Augustini in euāgeliū scōm Johan.

rabilia opera esse trinitatis: sed singillatim cōmēdandas fuisse personas: vt nō solum sine separatione verūetiam sine confusione et vnitas intelligatur et trinitas. Exponit deīde quid dixerit de peccato / et de iusticia et de iudicio. [De peccato quidem (inquit) quia non crediderunt in me.] Hoc enī peccatum quasi solū sit p̄ceteris posuit: quia hoc manente cetera detinentur: et hoc discedente cetera remittunt. [De iusticia vero (inquit) q̄ ad patrē vado: et iam non videbitis me.] Hic primo videndū est: si recte quisq̄ arguitur de pctō quomodo recte arguitur et de iusticia. Nunq̄d si arguendus est peccator: propterea quia peccator est: arguenduz putauit quisq̄z iustū: propterea quia iustus est? Absit. Nam et si aliquando iustus arguitur: ideo recte arguitur: quia scriptū est Eccs.vij. Non est iustus in terra: qui faciat bonum et non peccet. Quo circa etiam cū iustus arguitur de peccato arguitur nō de iusticia: qm̄ et in illo quod legimus diuinitus dictū: noli effici iustus multū: non est notata iusticia sapientis: sed superbia p̄esumētis. Qui ergo fit multum iustus: ipse inimio fit iniustus Multū enim se facit iustū: qui dicit se non habere peccatum aut q̄ se putat non gratia dei sed sua volūtate sufficiēte effici iustum: nec recte viuēdo iustus est: sed potius inflatus putādo se esse quod non est. Quo pacto igitur mūdus arguēdus est de iusticia: nisi de iusticia credentium? Arguitur itaq̄ de peccato quia in xp̄m nō credit: et arguitur de iusticia eorum qui credūt. Ipsa quippe fideliū comparatio: infidelium est vituperatio. Hoc et ipsa expositio satis indicat. Volens enī aperire quid dixerit: de iusticia vero inquit quia ad patrem vado et iam non videbitis me. Non ait: et iam non videbūt me de quibus dixerat: quia non credūt in me: sed peccatum quid vocaret exponens: de illis locutus est dicens: quia non credunt in me. Exponens autē quam dixerit iusticiā de qua vt dixit mūdus arguitur: ad ipsos quibus loquebatur se cōuertit atq̄ ait. Quia ad patrē vado et iam non videbitis me. Quapropter mundus de peccato quidē suo: de iusticia vero arguitur altera: sicut arguuntur de lumine tenebre. Omnia Epheſ.v. enim que arguuntur ait apostolus: a lumine manifestantur. Ctum enim malū sit eorū qui non credūt: non solum per se ipsum: verūetiam ex bono potest eoruz apparere qui credūt Et qm̄ ista vox infidelium esse consuevit: quomodo credim? quod non vidimus. Jdeo credētiū iusticiā sic oportuit diffiJohā.xx. niri: q̄ ad patrem vado et iam non videbitis me. Beati enī qui non vidēt et credunt. Nam et qui viderūt christū non in eo laudata est fides eorū quia credebant quod videbāt: id ē filium hominis: sed quia credebant quod non videbant: id ē filiū dei. Cum vero et ipsa forma serui subtracta eorum esset Roma.j. aspectib?: tum vero ex omni parte impletū est: iustus ex fide viuit. Est enī fides: sicut in epistola q̄ ad hebreos ē diffinit: Heb.xj. sperandarū substantia et conuictio rerū que non vident. Sz quid est iam nō videbitis me? Non enim ait: ad patrē vado: et non videbitis me. Vt temporis interuallum q̄ non videbatur significasse intelligeretur: siue breue siue longū: tamē vtiq̄ terminatū. Sed dicendo iam non videbitis me: velut nunq̄z de cetero visuros eos xp̄m veritas pronūciauit? Hec ne iusticia est nunq̄z xp̄m videre et in eū tamen credere: cum propterea laudetur fides ex qua iustus viuit: qm̄ credit quē j.Cor.xv. modo non videt xp̄m: se aliquando esse visurum? Postremo fm̄ hāc iusticiam nunquid dicturi sumus paulū apostolum non fuisse iustū: confitentem se xp̄m vidisse post ascensionem eius in celū: de quo vtiq̄ iam tempore dixerat: iam non videbitis me. Nunquid fm̄ hanc iusticiam iustus non erat gloAct.vij. riosissimus stephanus: qui cum lapidaretur ait: ecce video celum apertum: et filium hominis stātem ad dexteram dei? Quid ergo est ad patrem vado: et iam non videbitis me: nisi quomodo sum cum vobiscum sum? Tunc enim adhuc erat mortalis in similitudine carnis peccati: qui esurire poterat atq̄ sitire / fatigari atq̄ dormire. Hunc ergo christum: id est talem xp̄m cum trāsisset de hoc mundo ad patrem non erant iam visuri: et ipsa est iusticia fidei de qua dicit apostol?. Et ij.Cor.v. si nouerāmus xp̄m fm̄ carnem: sed nunc iam non nouimus. Erit itaq̄ inquit vestra iusticia qua mundus arguetur: quia vado ad patrem et iam nō videbitis me: quomodo in eū quē non videbitis credetis in me: et quādo me videbitis q̄ tūc ero: non videbitis me quod sum vobiscum modo: non videbitis me humilem sed excelsum: non videbitis mortalem: sz sempiternum: non videbitis iudicandum sed iudicaturum: et de hac fide vestra: id est iusticia vestra: arguet spūssanctus incredulum mundum. Arguet etiā: [de iudicio: q̄ princeps huius mūdi iudicatus est.] Quis est iste nisi de quo ait alio loco: ecce venit princeps mundi et in me nihil inuenit: id est Joh. xiiij. nihil iuris sui: nihil quod ad eū pertineat: nullū scilicet omnino peccatū? Per hoc enim est diabolus princeps mundi: non enim celi et terre et oīm que in eis sunt est diabolus princeps qua significatione intelligitur mundus vbi dictum est et mundus per eū factus est. Sed mundi est diabolus princeps: de quo mundo ibi continuo subiungit atq̄ ait: et mundus eū non cognouit: hoc est homines infideles: quib? toto orbe terrarum mūdus est plenus. Inter quos gemit fidelis mūdus: quem de mundo elegit per quem factus est mūdus de quo ipse dicit. Non venit filius hominis vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus p ipsum. Mundus eo iudicāte damnatur: mundus eo subueniente saluatur: quoniam sicut arbor foliis et pomis: sicut area paleis et frumentis: ita infidelibus et fidelibus plenus est mundus. Princeps est ergo mundi huius: hoc est princeps tenebrarū harum: hoc ē infi- Epheſ. vj delium de quibus eruitur mundus quibus dicitur / fuistis aliquādo tenebre: nūc aūt lux in dño. Princeps mūdi hui? de quo alibi dicit. Nunc princeps mundi huius missus ē fo- Ephſ.v. ras: vtiq̄ iudicat? est: quoniā iudicio ignis eterni irreuocabiliter destinatus est. Et de hoc itaq̄ iudicio quo princeps iudicatus est mundi: arguitur a spiritu sancto mundus: quoniam cū suo p̄cipe iudicatur: quem superbus atq̄ impius imitatur. Si enim deus sicut dicit apostolus petrus: peccā- ij. Pe.ij. tibus angelis nō pepercit: sed carceribus caliginis inferi retrudēs tradidit in iudicio puniendos seruari: quomodo nō a spū sancto de hoc iudicio mundus arguitur: quando in spiritu sancto hec loquitur apostolus? Credant itaq̄ homines in xp̄m ne arguantur de peccato infidelitatis sue: quo peccata oīa detinētur. Transeant in numerū fidelium: ne arguantur de iusticia eorum: quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudiciū / ne cum mundi p̄cipe damnentur quem iudicatū imitantur. Et enim ne sibi existimet parci superbia dura mortaliū: de superborum supplicio terrenda est angelorum.

Tractatus. xcvj.

Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo. Cū autem venerit ille spūs veritatis docebit vos omnem veritatem.

In isto sci euangelij capitulo vbi dñs ait discipulis suis. [Adhuc multa habeo vobis dicere sz non potestis portare modo.] Prius querendum illud occurrit quomodo superius dixerit omnia q̄ audiui a pte meo notafeci vobis: et hic dicat: adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo. Verū illud quomodo dixerit: quod nondum fecerat tanq̄ fecerit / sicut ea que futura sunt deus fecisse propheta testatur dicens: qui fecit que futura sunt: iam cum ipsa verba tractarem?: vt potuimus exposuim?. Nunc ergo que ista sint que apostoli tūc portare non poterant: vultis forsitan scire. Sz quis nostrum audeat eorum se dicere iam capacem: que illi capere non valebant? Ac per hoc nec a me expectanda sunt vt dicātur que forte non caperem si mihi ab alio dicerentur: nec vos ea portare posſetis: etiam si ego tātus essem vt a me ista que vobis altiora sunt audiretis. Et fieri quidem potest vt sint ī vobis aliqui ad ea capienda iam idonei: que alij capere nondum valent: et si non omnia de quibus magister ille deus dicebat adhuc multa habeo vobis dicere: tamen eorum forte nō- Johā.xiij nulla. Sed que nam sint ista que ipse non dixit: temerarium est velle p̄sumere et dicere. Nam et mox p̄ christo nondū erant idonei tunc apostoli quibus dicebat: non potestis me sequi modo. Unde primus eorum petrus: qui hoc iā se posse p̄sumpserat: aliud expertus ē q̄m putabat. Et tamē postea et viri et mulieres / pueri et puelle / iuuenes et virgines / senes cum iunioribus / innumerabiles martyrio coronati sunt et posse inuente sunt oues: quod tunc quando ista dominus loquebatur: nondum poterant portare pastores. Nunq̄d ergo debuit illis ouibus dici in illo tentationis articulo: quod certare vsq̄ ad mortem p veritate oportebat: et p̄ christi

nomine vel doctrina sanguinem fundere? Runquid inq̃ debuit eis dici: quis vestrum audeat idoneum martyrio se putare: cui Petrus idoneus nondum fuerat quando eum os ad os ipse dominus instruebat? Sic itaq; dixerit aliquis nõ debere dici populis christianis audire cupientibus: q̃ sint de quibus dominus tũc dicebat: adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo: si apostoli nondũ poterãt: multo minus vos potestis: quia forte sic multi possunt audire: quod tunc nondum poterat petrus: sic multi possunt martyrio coronari: quod tunc nondum poterat petrus: præsertim iam misso spiritu sancto qui tunc nondum erat missus: de quo continuo subiungit atq; ait. [Cum autem venerit ille
B spũs veritatis docebit vos omnem veritatẽ.] Sic vtiq; demonstrans illos ideo que habebat dicere portare non posse: quia nondum ad eos venerat spiritus sanctus. Ecce concedamus vt ita sit: multos ea modo portare posse iam misso spiritu sancto: que tunc eo nondum misso non poterant portare discipuli. Rũquid ideo scimus que sint que dicere noluit: que tũ sciremus si ab eo dicta legeremus vel audirem⁹? Aliud est enim scire vtruz a nobis vel a vobis portari possint: aliud autem scire que sint siue portari possint siue non possint. Que cum ipse tacuerit: quis nostrum dicat ista vel illa sunt? Aut si dicere audeat: vnde ꝓbat? Quis enim est tam vanus aut temerarius: qui cuz dixerit etiam vera quibus voluerit que voluerit: sine vllo testimonio diuino affirmet ea esse que tũc dominus dicere noluit? Quis hoc nostrum faciat ꝛ non maximam culpam temeritatis incurrat: in quo nec prophetica nec apostolica excellit auctoritas? Nam profecto si eorum aliquid legissemus in libris canonica auctoritate firmatis / qui post ascensionem domini scripti sunt: parum fuerat hoc legisse: nisi illic id etiam legeretur hoc ex eis esse que tũc dominus noluit discipulis dicere / quia non poterant illa portare: tanq̃ si verbi gratia / ego dicerem illud quod legim⁹ in
Johan.j. huius euangelij capite. In principio erat verbum: et verbũ erat apud deum: et deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum: ꝛ alia que sequuntur: quoniã postea scripta sunt: nec ea dominum iesum dixisse narratum est: cum hic esset in carne: sed hec vnus ex apostolis eius ipo ac spiritu eius sibi reuelante conscripsit: ex his esse que noluit tunc dominus dicere: quia ea discipuli portare non poterant: quis me audiat tam temere ista dicentem? Si autẽ vbi hoc legimus: ibi hoc etiam legeremus quis non tanto apostolo crederet. Sed id quoq; mihi videtur absurdissime dici / ea tunc non potuisse portare discipulos: que de inuisibilibus et altissimis rebus inuenimus in apostolicis litteris que postmodũ scripte sunt nec ea dominũ quando cum illis visibiliter erat dixisse narratur: cur enim ea tunc forte non poterant que nunc in eorum libris: quis non legat: quis non ferat: etiam si nõ intelligat?
Nonnulla quidem homines infideles in scripturis sanctis ꝛ non intelligunt cũ legunt vel audiunt: et lecta vel audita ferre non possunt: sicut pagani quod per eum qui crucifixus est factus est mũdus: sicut iudei q̃ filius dei sit: q̃ eo modo quo ipsi celebrant sabbatum soluit. Sicut sabelliani: quia trinitas est pater et filius et spiritus sanctus: sicut arriani: q̃ equalis est patri filius: et patri ac filio spiritus sanctus: sicut fotiniani: quia non homo tantum similis nobis: sed etiam deus deo patri equalis est. Sicut manichei q̃ christus Jesus per quem liberati sumus nasci in carne et de carne dignatus est. Ceteri omnes peruersarum ac diuersarum sectarum homines / vtiq; ferre nõ possunt: quicquid in scripturis sanctis et in fide catholica reperitur / quod contra eorum ꝓferatur errores / sicut nos ferre non possumus sacrilegas eorum vanitates ꝛ insanias mendaces? Quid est enim ferre non posse nisi equo animo non habere? Sed omnia que post ascensionem domini canonica veritate atq; auctoritate conscripta sunt: quis fidelis vel etiam cathecuminus anteq̃ spiritum sanctuz baptisatus accipiat: nõ equo animo legit atq; audit: etiam si nõdum sicut oporteat intelligit? Quomodo ergo aliquid eorum que post ascensionem domini scripta sunt non possent ferre discipuli: etiam nondum sibi misso spiritu sancto / cum omnia nunc ferant cathecumini nondum accepto
C spiritu sancto. Quia et si non eis fidelium sacramenta ꝓdantur non ideo fit q̃ ea ferre non possunt: sed vt ab eis tanto ardentius concupiscantur: quanto eis honorabilius occultantur. Quapropter charissimi non a nobis expectetis audire / que tunc noluit dominus discipulis dicere / quia nondũ poterãt illa portare: sed potius in charitate ꝓficite: que diffunditur in cordibus vestris per spiritum sanctuz qui datus est nobis: vt spiritu feruentes et spiritualia diligentes: spiritua lem lucem / spiritualemq; vocem quã carnales homines ferre non possunt: non aliquo signo corporalibus oculis apparente / nec aliquo sono corporalibus auribus instrepente sed interiore: conspectu et auditu nosse possitis. Non enim diligitur: quod penitus ignoratur: sed cũ diligitur quod ex quã tula cunq; parte cognoscitur: ipsa efficitur dilectione vt melius ꝛ plenius cognoscatur. Si ergo in charitate ꝓficiatis quã diffundit in cordibus spiritus sanctus: docebit vos omnem veritatem: vel sicut alij codices habent: deducet vos in
Roma.v. omni veritate. Unde dictum ẽ. Deduc me domine i viatua ꝑs.lxxxv. et ambulabo in veritate tua. Sic fiat vt non a doctoribus exterioribus illa discatis que noluit dominus tunc dicere: sed sitis omnes docibiles dei: vt ea ipsa que per lectiones atq; sermones extrinsecus adhibitos didicistis ꝛ credidistis de natura dei non corporea: nec loco aliquo incluſa: nec per finita spacia locorum / quasi mole distenta: sed vbiq; tota et perfecta et infinita: sine nitoribus colorũ: sine figuris liniamẽtorum: sine notis litterarum: sine serie sillabarum: ipa mẽte conspicere valeatis. Ecce dixi aliquid quod forte inde sit / et tamen accepistis: et non solum ferre non potuistis: verum etiam libenter audistis. Sed si ille magister interior: qui cũ adhuc discipulis exterius loqueretur ait. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo: vellet nobis id quod de incorporea dei natura dixi: intrinsecus ita dicere: sicut sanctis angelis dicit qui semper vident faciem patris: nondum ea portare possemus. Proinde quod ait. [Docebit vos omnem veritatem:] vel deducet vos in omni veritate: non arbitror in hac vita in cuiusquã mente posse cõpleri
D Quis enim viuens in hoc corpore quod corrumpitur et aggrauat animam: possit omnem cognoscere veritatem / cum
j.Cor.xiij. dicat apostolus: ex parte scimus. Sed quia per spiritum sanctum sit: vnde nunc pignus accepimus: vt ad ipsam quoq; plenitudinem veniamus: de qua idez dicit apostolus. Tũc autem facie ad faciem: et nunc scio ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum: non quod in hac tantum vita sed totum quod vsq; ad illam perfectionem futurum est / nobis dominus promisit per charitatem spiritus dicens. Docebit vos omnem veritatem: vel deducet vos in omni veritate. Que cum ita sint: dilectissimi moneo vos in charitate christi vt seductores caueatis impuros: et obscene turpitudinis sectas. De quibus ait apostolus. Que autem occulte
Epheſ.v. fiunt ab ipsis: turpe est et dicere: ne cum horrendas immunditias docere ceperint: quas hũane aures qualescunq; sint portare nõ possunt: dicant ipa esseque dñs ait: adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo: ꝛ per spiritum sanctum asserãt fieri: vt possint illa immunda ꝛ nefanda portari. Alia sunt mala que portare non potest qualiscũq; pudor humanus: et alia sunt bona que portare nõ potest parvus sensus humanus. Ista fiunt in corporibus impudicis / illa remota sunt a corporibus vniuersis: hoc in pura carne committitur: illud pura mente vix cernitur. Renouamini ergo spiritu mentis vestre: et intelligite que sit voluntas dei quod bonum et beneplacitum / et perfectum: vt in charitate radicati et fundati possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit longitudo / latitudo / altitudo et profundum / cognoscere etiam supereminentem scientie charitatem xpi. vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ista enim modo vos docebit spiritus sanctus omnem veritatem: cum magis magisq; diffundet in cordibus vestris charitatem.

Tractatus.xcvij.

De eadem lectione.

Expositio diui Augustini in euãgeliũ scõm Johan.

A Spiritussanctus quem promisit dominus se discipulis suis esse missurum: qui eos doceret omnem veritatem: quam tunc quãdo cum eis loquebatur portare non poterãt. De quo spiritu sancto sicut dicit apostolus. ij. Cor. v. Nunc pignus accepimus / quo verbo intelligeremus eius plenitudinem nobis in vita alia reseruari. Ipse ergo spiritussanctus & nũc docet fideles quanta quisq; potest capere: & spiritualia eorum pectora desiderio maiore succendit: si quisq; in ea charitate proficiat: qua & diligat cognita & cognoscenda desideret: ita vt ea quoq; ipsa que nunc quomodocunq; cognoscit: nondum se scire sciat: sicut scienda sunt in ea vita: quam nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Quo sciendi modo si nunc ea vellet interior magister dicere: id est nostre menti aperire atq; mõstrare: humana infirmitas portare non posset. Unde me vestra dilectio meminit iam locutum: cum sancti euãgelij verba tractaremus: vbi dominus ait. [Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modo.] Non vt in his domini verbis nescio que secreta animis abdita suspicemur: que cum dici a docente non possint: portari a discente non possint: sed ea ipsa que doctrina religionis in quorumlibet hominum notitia legimus et scribimus / audimus et dicimus: si vellet eo modo nobis christ⁹ dicere sicut dicit angelis sanctis in seipso vnigenito verbo / patri coeterno: quinam portare homines possent: etiam si iam essent spirituales quales adhuc apostoli non fuerunt quando ista eis dominus dixit / qualesq; postea veniente sancto spiritu facti sunt. Nam vtiq; quicquid de creatura sciri potest minus est ipso creatore: qui summus et verus et immutabilis est deus. Et quis eũ tacet: vbi non a legentibus / disputantibus / querentibus / respondentibus / laudantibus / cantantibus / quoquomodo sermocinantibus / postremo ab ipsis etiam blasphemantibus nominatur? Et cum eũ nemo taceat: quis est qui eum sicut intelligendus est capiat: cum de oribus et auribus hominum nõ recedat. Quis est cuius acies ad eum mẽtis accedat? Quis est qui eum trinitatem esse scisset nisi ipse sic innotescere voluisset? Et quis hominum iam istam sileat trinitatem? Et tamen quis hominum sicut angeli sapiat trinitatẽ? Et ipsa ergo que de dei eternitate / veritate / sanctitate / in promptu / et palam sine cessatione dicuntur: ab alijs bene / ab alijs male intelliguntur / immo ab alijs intelliguntur: ab alijs non intelliguntur. Qui enim male intelligit / non intelligit. Ab eis ipsis autem a quibus bene intelliguntur. Ab alijs minus: ab alijs amplius mentis viuacitate cernuntur: et a nullo hominum sicut ab angelis capiuntur. In ipsa ergo mente / hoc est in interiore homine quodammodo crescitur: nõ solum vt ad cibum a lacte transeatur. Verumetiam vt amplius atq; amplius cibus ipe sumatur. Non autem crescitur speciosa mole sed intelligentia luminosa / quia et ipse cibus intelligibilis lux est: vt ergo crescatis eumq; capiatis: & quanto magis crescitis: tanto magis magisq; capiatis: non ab eo doctore qui vestris auribus sonat / hoc est foris secus operando plantat & rigat: sed ab eo qui dat incrementum / petere & sperare debetis. B ¶ Proinde sicut preterito sermone commonui / cauete maxime qui paruuli estis: & adhuc alimentis lacteis indigetis: ne hominibus sub hac occasione deceptis ac deceptoribus (quia dominus ait. Adhuc multa habeo vobis dicere / sed nõ potestis portare modo) aurem curiosam prebeatis ad incognita scienda: cum mentes inualidas habeatis ad vera & falsa diiudicanda: maxime propter obscenissimas turpitudines: quas docuit vanitas / animas instabiles atq; carnales: ad hoc deo sinente vt eius vbiq; sint tremenda iudicia / et in comparatione impure nequicie dulcescat purissima disciplina: atq; illi det bonorem: timorem autem vel pudorem sibi: qui in illa mala vel illo regente nõ cecidit: vel illo inde leuante surrexit. Cauete timendo et orando ne irruatis ĩ illud enigma salomonis: vbi mulier insipiens et audax inops panis effecta: conuocat pretereuntes dicens. Panes occultos libẽter attingite: et aque furtiue dulcedinem. Hec enim mulier vanitas est impiorum: cum sint insipientissimi: aliquid se scire opinãtium: sicut de ista muliere dictum est / inops panis efficitur. Que cum sit inops panis: promittit panes: id ẽ cum sit ignara veritatis: promittit scientiam veritatis: occultos tamen panes promittit: quos tamen dicit libenter attingi: et aque furtiue dulcedinem: vt ea scilicet libentius & dulcius audiantur & agantur que palam in ecclesia dici credig; prohibentur. Ipsa quippe occultatione condunt quodã modo nefarij doctores sua venena curiosis: vt ideo se existimẽt aliquid discere magnum: quia merentur habere secretum: et suauius hauriant insipientiam quam putant scientiam / cuius prohibitam quodammodo furantur audutiam. Hinc et nefarios ritus suis hominib⁹ sacrilega curiositate deceptis vel decipiendis: magicarum artium doctrina commendat. Hinc ille illicite diuinationes inspectis pecudum viscerib⁹ occisorum aut vocibus et volatibus auium aut signis multiformibus demoniorum: insurrãt auribus hominum perituris: per colloquia perditorum. Propter hec illicita atq; punienda secreta: mulier illa non solum insipiens: verum audax etiam nuncupatur. Sed hec non solum a seipsa: verum & a nomine nostre religionis aliena sunt: quandoquidem mulier hec insipiens et audax sub christiano vocabulo tot scelestas hereses condidit / tot nephandas fabulas finxit: vt iam tales quales in theatris: siue cantantur siue saltantur: siue inimica scurrilitate ridẽtur: et non quasdam tales quales aduersus deum fingere potuisse: sic illam doleamus insipientiam: vt miremur audatiam. Omnes autem insipientissimi C heretici qui se christianos vocari volunt: audatias figmentorum suorum quas maxime exhorret sensus humanus: hac occasione euangelice sententie colorare conantur. Ubi dominus ait. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo: quasi hec ipsa sint que tunc discipuli portare non poterant: et ea docuerit spiritussanctus: que palam docere atq; predicare quantalibet feratur audatia spiritus erubescit immundus. Hos apostolus in spiritu sancto preuidens ait. Erit enim tempus quo sanam doctrinam non sustinebunt / sed ꝓm desideria sua magistros sibi coaceruabunt prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum auertentes: ad fabulas autem puertentur. Illa enim secreti furtiq; commemoratio que dicit / panes occultos libenter attingite et aque furtiue dulcedinem: pruritum facit audientibus in auribus spiritualiter fornicantibus: sicut pruritu quodam libidinis etiam in carne corrumpitur integritas castitatis. Audite itaq; apostolum talia preuidentem: et ea vitanda salubriter admonentem. Prophanas inquit verborum nouitates deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem & sermo eorum sicut cancer serpit. Et non ait verborum nouitates: sed addidit prophanas. Sunt enim et doctrine religionis congruentes verborũ nouitates: sicut ipsum nomẽ christianorum quãdo dici ceperat sicut scriptum est. In anthiochia enim primum post ascensionem domini appellati sunt discipuli christiani: sicut legitur in actibus apostolorum / et xenodochia & monasteria postea sunt appellata nouis nominibus. Res tamen ipse et ante nomina sua erant: et religiõis veritate firmantur: que etiam contra improbos defendũtur Aduersus impietatem quoq; arrianorum hereticorum / nouum nomen patris homousyon condiderunt / sed nõ rem nouam tali nomine signauerunt. Hoc enim vocat homousyen quod est ego et pater vnum sumus: vnius videlicet eiusdẽq; substantie. Nam si omnis nouitas prophana esset: nec a domino diceretur: mandatum nouum do vobis. Nec testamẽtum appellaretur nouum: nec cantaretur vniuersa tibi canticum nouum. Sed prophane sunt verborum nouitates / vbi dicit mulier insipiens et audax. Panes occultos libẽter attingite: et aque furtiue dulcedinem. Ab hac pollicitatione falsi scientie: prohibet etiam illo loco apostolus vbi dicit. O thimothee depositum custodi: deuitans prophanas vocum nouitates: & contradictiones falsi nominis scientie: quã quidam promittentes circa fidem exciderunt. Nihil enim sic amant isti q̃ scientiam promittere: et fidem rerum verarum quas credere paruuli precipiuntur velut imperitiam deridere. Dicit aliquis. Nihilne spirituales viri habẽt in doctrina: quod carnalibus taceant: et spiritualibus eloquantur? Si respondero non habent: cõtinuo mihi dicetur: ex epistola ad corinthios apostoli pauli. Nõ potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus: quasi paruulis in christo lac vobis potum dedi non escam: nondum enim poteratis:

j. Cor. ij. — ij. Thi. iiij — j. Thi. vj. — ij. Thi. ij. — Actuũ. xj. — Johã. x. — Joh. xiij. — Heb. ix. — puer. ix. — j. Thi. vj. — j. Cor. iij. — puer. ix.

sed nec adhuc quidem potestis: adhuc enim estis carnales.
j.Cor.iij. Et illud. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et illud. Spiritalibus spiritalia comparantes: animalis autem homo non percipit que sunt spiritus dei: stultitia enim est illi. Hoc totū quale sit: ne rursus propter hec verba apostoli prophanis vocū nouitatibus secreta querantur: et ea que debet castorum spiritus corpusq; vitare / dicatur carnalis sustinere non posse: sermone alio si dominus donauerit disputandum est: vt iam istum aliquando claudamus.

Tractatus.xcviij.

De eadem lectione.

A Ex verbis domini nostri vbi dicit. [Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.] Exortam difficilem questionem me recolo distulisse vt inde ociosius tractaretur: quia illum modus competens cōpellebat finire sermonem. Nunc ergo quoniam tempus est promissa reddendi / pertractetur vt dominus ipse donauerit: qui corde nostro vt proponeretur ingessit. Hec est autem questio. Vtrum spirituales homines habeant aliquid in doctrina: quod carnalibus taceant et spiritualibus dicant. Quia si dixerimus non habent: respondebitur nobis. Quid est ergo quod dicebat apostolus scribens
j.Cor.iij. ad Corinthios. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus: quasi paruulis in christo lac vobis potum dedi non escam? Nondū enim poteratis: sed nec adhuc quidem potestis: adhuc enim estis carnales. Si autem dixerimus habēt: timendum et cauendum est ne sub hac occasione in occultis nefaria doceantur: et spiritualium nomine velut ea que carnales capere non possunt: non solum excusatione dealbanda: verumetiam predicatione laudanda videantur. Primum ergo scire debet charitas vestra q; ipse christ⁹ crucifixus: quo velut lacte paruulos aluisse se dicit apostolus. Ipsa vera caro eius in qua facta est vera mors eius / et vulnera vera confixi sanguinisq; excussi: non eo modo a carnalibus quo ab spiritualibus cogitatur: et illis est lac / istis cibus est: quia et si non audiūt amplius: intelligūt amplius. Non enim equaliter mēte percipitur: etiam quod in fide pa-
j.Cor.j. riter ab vtrisq; recipitur. Ita fit vt predicatus ab apostolis christus crucifixus et iudeis esset scandalum et gentib⁹ stultitia: et ipsis vocatis iudeis et grecis dei virtus et dei sapiētia. Sed carnalibus paruulus id tantum credendo tenentibus: spiritualibus autem capacioribus id etiam intelligendo cernentibus. Illis ergo tanq; lacteus potus / istis tanq; solidus cibus: nō quia hoc illi aliter in populis: isti aliter in cubiculis cognouerunt. Sed quod eodem modo vtriq; cum palam diceretur audiebant: pro suo modo quiq; capiebant.

B Cum enim christus propterea sit crucifixus: vt in remissiōe peccatorum sanguinem funderet: qua eius vnigeniti passio
j.Cor.iij. ne diuina gratia commendatur: vt nemo in homine glorietur: quomodo intelligebant christum crucifixum qui adhuc dicebant. Ego sum pauli? Nunquid quomodo ipe Paulus
Galath.vj qui dicebat. Mihi autē absit gloriari nisi i cruce domini nostri iesu christi? De ipso itaq; christo crucifixo et ipse cibum pro sua capacitate sumebat: et illos lacte pro eorum infirmitate nutriebat. Deniq; illa que scripsit ad Corinthios aliter vtiq; ab ipsis paruulis: aliter a capacioribus posse intelligi
j.Cor.xiiij scies ait. Si quis est inter vos ppheta aut spiritualis agnoscat que scribo vobis: quia domini est mandatum. Si quis autem ignorat ignorabitur. Solidam profecto voluit esse scientiam spiritualium: vbi non sola fides accommodaretur sed certa cognitio teneretur. Ac per hoc illi eaipsa credebāt: que spirituales insuper agnoscebant. Ignorabitur autē ait qui ignorat: quia nōdum ei reuelatū est: vt quod credit sciat. Quod cum fit in hominis mente / ipse dicitur agnosci a deo: quia deus illum agnoscentem facit: sicut alibi ait. Nunc au-
ij.Petri.j. tem cognoscentes deum immo cogniti a deo. Neq; enī tūc cognouerat eos de⁹: precognitos et electos ante mūdi cōstitutionem: sed tunc eos seipsum cognoscere fecerat. Hoc igitur primitus cognito q; eaipsa que simul audiūt spirituales atq; carnales pro suo modulo quiq; capiunt: illi vt paruuli / isti vt maiores: illi vt lactis alimentum: isti vt cibi solidamē tum. Nulla videtur eē necessitas: vt aliqua secreta doctrine taceantur et abscondantur fidelibus paruulis / seorsum dicenda maioribus: hoc est intelligentioribus: et hoc ideo faciendum putetur: quia dixit apostolus. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus. Hoc ipsum enī j.Cor.ij.
quod non iudicauit se scire in eis nisi iesum christum et hunc crucifixum: ipsis non potuit loqui quasi spiritualibus / sed quasi carnalibus: quia id sicut spirituales capere non valebant. Quicunq; autez spirituales inter eos erant: id est quod illi tanq; carnales audiebant: spirituali ipsi intellectu capiebant: vt sic intelligatur quod ait: nō potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus: ac si diceret. Non potuistis quasi spirituales: sed quasi carnales capere quod loquebar. Animalis enim homo: id est qui sm hominē sapit (ani- j.Cor.ij.
malis dictus ab anima: carnalis a carne / quia ex anima et carne constat totus homo) Non percipit que sunt spirit⁹ dei id est: quid gratie credētibus crux conferat christi: et putat hoc illa cruce actum esse tantummodo vt nobis vsq; ad mortem pro veritate certantibus / imitandum proponeretur exemplum. Nam si scirent huiusmodi homines qui nolunt eē nisi homines quemadmodum christus crucifixus factus sit nobis sapientia a deo: et iustitia et sanctificatio: et redemptio:
vt quēadmodum scriptum est: qui gloriatur in domino glo- j.Cor.j.
rietur: procul dubio non gloriarentur in homine nec carnaliter dicerent. Ego quidem sum pauli / ego autem apollo / ego vero cephe: sed spiritualiter / ego sum christi. Et erū illud ad- C
huc questionem facit: quod i epistola ad hebreos legit. Cū Heb.v.
iam deberetis ipsi esse doctores: iterum doctrina indigetis que sint elementa sermonum dei: et facti estis opus habētes lacte / non solido cibo. Omnis enim qui lactat inexpertus est verborū iustitie: infans est enim. Perfectorum est autem solidus cibus eorum qui per habitum exercitatos habent sensus ad separādum bonum a malo. Hic enim videmus tanq; definitum esse quem perfectorum dicit solidum cibum: et hoc
esse illud quod ad corinthios scriptum est. Sapientiā loqui- j.Cor.ij.
mur inter perfectos. Quos autē perfectos voluerit hoc loco intelligi: subiecit atq; ait. Qui per habitum exercitatos habeni sensus: ad separandum bonum a malo. Hoc ergo qui in ualida et inexercitata mente non possunt: profecto nisi fidei quodam lacte teneantur: et vt inuisibilia que non vident: et intelligibilia que nondum intelligunt credant: facile ad vanas et sacrilegas fabulas promissione scientie ducuntur: vt et bonum et malum non nisi corporalibus imaginibus cogitent: et ipsum deum non nisi aliquod esse corpus existiment: et malum non nisi substantiam putare nō possunt cum sit potius ab immutabili substantia mutabilium substantiarum quidam defectus: quas fecit ex nihilo ipsa immutabilis et summa substantia qui est deus. Quod profecto quisquis non solum credit: verumetiam exercitatis interioribus animi sensibus intelligit / percipit / nouit / non est iam metuēdū ne seducatur ab eis qui malum putando esse substantiā quā non fecit deus: mutabilem substantiam faciunt ipsum deum sicut manichei: vel si que alie pestes ita decipiunt: sed mēte adhuc paruulos quos dicit apostolus carnales: lacte nutriēdos. Omnis de hac re sermo quo agitur vt non solum credatur verumetiam intelligatur: sciatur qs quod dicitur: percipere talia nō valētibus onerosus est: faciliusq; illos premit q̄ pascit. Ex quo fit: vt spirituales ista carnalibus non omni modo taceant propter catholicam fidem que omnibus predicanda est: nec tamen sic differant / vt volentes ea perducere ad intelligentiam non capacem: facilius fastidiri faciant in veritate sermonem: q̄ in sermone percipi veritatem.

Propterea dicit scribens ad colossenses. Et si corpore ab- Colo.ij.
sens sum: spiritu vobiscum sum: gaudens et videns ordinationem vestram: et id quod deest fidei vestre in christo. Et ad
thessalonicenses. Nocte ac die inquit abundantius orantes j.Thes.iij
vt videamus faciem vestram: et suppleamus que desunt fidei vestre. Intelligēdi sunt vtiq; ita primum cathezizati vt lacte alerentur non solido cibo: cuius lactis ad hebreos cōmemorat vbertas / eis quos volebat cibi soliditate iā pascere. Propter quod ait. Ideoq; remittentes inicij christi Heb.vj.
verbum: in consummationē respiciamus. Non iterum iacētes fundamentum penitentie ab operib⁹ mortuis: et fidei in deum: lauacri doctrine / impositionis manuum: resurrectio-

nis etiam mortuorum et iudicij eterni. Hec est lactis vbertas siue quo non viuunt qui iam quidem ratione vtuntur vt possint credere: sed bonum a malo non credendo tantum: verumetiam intelligendo quod pertinet ad solidum cibum separare non possunt. Quod autem in lactis commemoratiōe posuit et doctrinam: ipsa est que per symbolū traditur et orationem dominicam. Sed huic lacti absit vt sit cōtrarius cibus rerum spiritualium firma intelligentia capiendus. Qui colossensibus ⁊ thessalonicensibus defuit ⁊ supplendus fuit. Quando enim suppletur quod defuit: non improbatur quod fuit. Nam et ipsis que sumimus alimentis: vsq; adeo nō est lacti contrarius solidus cibus: vt ipse lactescat: quo possit eē aptus infantibus ad quos per matris vel nutricis peruenit carnem: sicut fecit etiam mater ipsa sapientia: que cum sit in excelsis angelorum solid⁹ cibus: dignata est quodammodo lactescere paruulos: cum verbum caro factuz est ⁊ habitauit in nobis. Sed ipse homo christ⁹ qui vera carne / vera cruce / vera morte vera resurrectione / sincerum lac dicitur paruulorum: cum bene a spiritualibus capitur: inuenitur dominꝰ angelorum. Proinde nec sic paruuli sunt lactādi: vt semper non intelligant deum christuz: nec sic ablactandi / vt deserāt hominem christū. Quod alio modo idipsum ita dici potest. Nec sic lactandi sunt / vt creatorem nunq; intelligāt christū: nec sic ablactandi / vt mediatorem vnq; deserant christum. In hoc quippe non conuenit huic rei similitudo materni lactis et solidi cibi: sed potius fundamenti: quia et puer quando ablactatur vt ab alimentis infantie iam recedat: inter solidos cibos non repetit vbera que suggebat: christus autem crucifixus / et lac sugentibus: et cibus est proficientibus. Fundamenti vero est ideo est aptior similitudo: quia vt perficiatur quod struitur / additur edificium: non subtrahitur fundamentum. Que cū ita sint: o quicunq; estis / qui sine dubio multi estis paruuli in christo / proficite ad solidum cibū: mentis non ventris. proficite ad separādum bonum a malo: et magis magisq; inherete mediatori: per quem liberamini a malo: quod non est a vobis loco separandum: sed in vobis potius est sanandum. Quisquis autem vobis dixerit: nolite credere verum hominem christum: aut non a vero deo corpus cuiuslibet hominis vel cuiuslibet animantis creatum / aut non a vero deo vetus testamentum datum: et si quid huiusmodi: hec enim vobis prius ideo non dicebantur: quando lacte nutriebamini: quo vera capienda coz nondum habebatis idoneum: non vobis iste cibum preparat sed venenum. Propter quod beatus apostolus eos alloquens q̄ iam videbantur esse perfecti: cum quid sit imperfectum ipse dixisset. Quicunq; ergo inquit perfecti sumus hoc sapiamus: et si quid aliter sapitis: hoc quoq; vobis deus reuelabit. Et ne forte incurrerent in seductores qui eos vellēt a fide auertere promittendo scientiam veritatis: ⁊ hoc putarent esse qō dixit apostolus / id quoq; vobis deus reuelabit: cōtinuo subiunxit. Ueruntamen in quod peruenimus: in eo ambulem⁹. Si quid ergo intellexeris quod non sit contra regulam catholice fidei ad quam velut viam que te ducat ad patriā perueniri: et sic intellexeris vt inde dubitare omīno ne debeas adde edificium: noli tamen relinquere fundamentum. Sic debent maiores docere aliquid paruulos: vt omnium dominum christum: et seipsis longe maiores ꝓphetas et apostolos non dicant aliquid fuisse mentitos. Non autem solum vaniloquos et mentis seductores fabulosa et falsa garrientes et in eis vanitatibus velut alteram scientiam promittentes contra regulam fidei quā catholicā suscepistis cauere debetis: verumetiam ipos qui de ipsa diuine immutabilitate nature vt incorporea creatura siue creatore veraciter disputāt et quod dicunt omnino documentis atq; rationibus certissimis probant: et tamen ab vno dei et hominum mediatore conantur auertere: tanq; pestem insidiosiorem ceteris fugite. Tales enim sunt de quibus dicit apostolus: quia cognoscētes deum: non sicut deum glorificauerunt. Quid enim pdest habere intelligentiam veram de immutabili bono: ei qui nō tenet per quē liberetur a malo? Propterea ammonitio beatissimi apostoli de vestris cordibus nō recedat. Si quis vobis euangeliz auerit preter qō accepistis: anathema sit. Nō ait pluſq; accepistis: ſz preter quod accepistis. Nam si illud diceret: sibi ipsi preiudicaret: qui cupiebat venire ad thessalonicenses: vt suppleret que illorum fidei defuerunt. Sed qui supplet: quod minus erat addit: non quod inerat tollit. Qui autem pretergreditur regulam fidei: non accedit in via: sed recedit de via. Quod itaq; ait dominus: adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo: adiscieda illis fuerant que nesciebat: non que didicerant euertenda. Et ille quidez sicut in pristino sermone iam exposui: potuit hocita dicere: quia illa ipsa que docuerat si vellet eis sic aperire vt in illo concipiuntur ab angelis: hoc infirmitas humana in q̄ adhuc erant ferre non posset. Spiritualis autem homo quilibet potest alterum hominem docere quod nouit: si proficiēdo capacior eē faciat spiritussanctus: in quo et ipse doctor aliquid amplius addiscere potuit vt sint ambo docibiles deo: quanq; et inter ipsos spirituales sunt vtiq; alijs alij capaciores atq; meliores: ita vt quidam illorū ad ea peruenire t que non licet homini loqui. Qua occasione vani quidam apocalypsim pauli quā sana non recipit ecclesia / nescio quibus fabulis plenam stultissima presumptione finxerunt: dicentes hanc esse vnde dixerat raptum se fuisse in tercium celum / et illic audisse ineffabilia verba: que nō licet homini loqui. Et cunq; istorum tollerabilis esset audacia: si se audisse dixisset que adhuc non licet homini loqui: cum dixerit que non licet homini loqui: istis qui hec audeant impudenter ⁊ infeliciter loqui. Sed iam istum sermonem hoc fine concludam: p quē vos esse cupio sapientes quidem in bono: integros autem a malo.

Tractatus. xcix.

Non enī loquetur a semetipso sed quecūq; audiet loquetur. Et que ventura sunt annunciabit vobis ille me clarificabit: quia de meo accipiet: et annūciabit vobis. Omnia quecunq; habet pater mea sunt: propterea dixi quia de meo accipiet et annunciabit vobis.

Quid est quod dominus ait de spiritusancto: cum eum venturum esse promitteret: et docturum discipulos eius omnem veritatem: vel eos deductum in omni veritate. [Non enim loquetur a semetipso: sed quecūq; audiet loquetur? Simile ē hoc ei quod de semetipo dixit. Non possum a meipso facere quicq̄: sicut audio iudico. Sed illud cū exponeremus / fm hominē posse accipi diximus: vt obedientiam suā qua factus est obediēs vsq; ad mortem crucis: prenunciasse filius videretur ⁊ iudicium futurū quo viuos et mortuos iudicabit: quia hoc p id facturus est quod filius hominis est: propter quod dixit: pater non iudicat quemq̄: sed omne iudiciū dedit filio: quia in iudicio nō forma dei qua equalis est patri nec ab impijs videri potest: sed forma hominis apparebit: qua minoratus ē etiam modico minus ab angelis: q̄uis iam in claritate non in pristina sit humilitate venturus conspicuus tamen futurus: et bonis et malis. Hinc ait ⁊ illud. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quoniam filius hominis est. In quibus verbis eius manifestatur: nec eam formam presentandam esse iudicio in qua cū esset: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed illā quam cū semetipsum exinaniisset accepit. Semetipsum enim exinaniuit formā serui accipiens: in qua videtur etiaz ad faciendum iudiciū obedientiam suam commendasse: cū dixit. Non possum facere a meipso quicq̄: sicut audio iudico. Adam nanq; per cui⁹ vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi: non sicut audiuit iudicauit: quia quod audiuit preuaricatus est: et a semetipso fecit malum quod fecit: quia non dei voluntatē: sed suam fecit. Iste autem per cuius vnius hominis obedientiam iusti constituuntur multi: non solum obediens fuit vsq;

A

E

Johā.j.

D

Phil.iij.

Johā.v.

Heb.ij.

Roma.ij.

Galath.j.

ij.Cor.xij.

ad mortem crucis in qua est viuus iudicatus a mortuis :sed obedientem se futurum ꝓmittens in ipso quoq; iudicio quo est de viuis iudicaturus ⁊ mortuis :non possum inquit a me ipso facere quicq̄:sicut audio iudico. Sed nunquid de spiritu sancto quod dictum est:non enim loquetur a semetipso :ſz quecunq; audiet loquetur:ſm hominez vel ſm assumptionē cuiusq̄ creature dictuz esse audebimus opinari? Sol⁹ quippe in trinitate filius formam serui accepit:que forma illi ad vnitatem persone coaptata est:id est vt filius dei ⁊ filius hominis vnus sit iesus christus : ne non trinitas sed quaternitas predicetur:quod absit a nobis. Ꝓpter quam personā profecto vnam ex duabus substantijs diuina humanaq; cōstantem aliquando ſm id quod dominus est loquitur: vt est illud quod ait:ego ⁊ pater vnum sumus:aliquando ſm id qō homo est /sicuti est illud:quoniaz pater maior me est:ſm qō accepimus esse ab eo dictum: ⁊ hoc vnde nunc disputo: non possum a meipso facere quicq̄:sicut audio iudico. In persona vero spiritussancti quomodo id accipiam⁹ quod ait. Mō enim loquetur a semetipso:sed quecunq; audiet loquetur:cū in eo non sit alia diuinitatis alia humanitatis : vel alterius creature cuiuscunq; substantia:magna exoritur difficultas.

Wat.iij. Illud em̄ quod sicut columba spiritussanctus apparuit specie corporali:visio fuit ad horam facta atq; transacta : sicut etiam quando super discipulos venit:vise sunt illis lingue diuise velut ignis:qui etiā insedit super vnūquēq; eorum. Qui ergo dicit columbam ad vnitatē persone spiritussancto fuisse coniunctam: vt ex illa ⁊ deo quia spiritussanctus deus est / vna spiritussancti persona constaret:⁊ hoc etiam de illo igne compellitur dicere:vt intelligat nihil horum debere se dicere. Ista enim que de substantia dei quoquomodo vt op⁹ erat significanda corporeis hominū sensibus sese intulerunt atq; transierūt:ad horam diuinitus facta sunt de creatura seruiēte:non de ipsa dominante natura:que in se manēs quod vult mouet:⁊ quod vult immutabilis mutat. Sicut etiam vox illa de nube aures vtiq; attigit corporales :eumq; sensum corporis qui vocatur auditus:nec tamen illo modo credenduz est verbum dei quod est vnigenitus filius / quomodo verbū dicitur syllabis soniſq; finiri:q; nec omnes simul sonare possūt cum sermo fit:sed tanq̄ nascentes morientibus ordine suo soni quicunq; succedant: vt totum quod loquimur nouissima syllaba compleatur. Absit vt sic loquatur pater ad filiū :hoc est deus ad verbum suum deum: Sed hoc eorum est capere quantum ab homine capi potest:ad quos non lac pertinet ſz solidus cibus. Cum igitur spiritussanctus nulla susceptione hominis sit homo factus:nulla susceptione angeli sit angel⁹ factus:nulla susceptione cuiusq̄ creature creatura sit factus quomodo de illo intelligendum est quod domin⁹ ait :nō em̄ loquetur a semetipso:sed quecunq; audiet loquetur ? Ardua questio nimis ardua. Ipse assit spiritus:vt saltem sicut eam cogitare possumus:sic eloqui possimus:sic ad intelligentiaz vestrā ꝓ mei moduli facultate perueniat. Ꝓtius itaq; nosse debetis ⁊ intelligere potestis: credere autem qui intelligere nondum potestis:in ea substantia que deus est : non quasi per corporis molem sensus locis ꝓpꝛijs distributos:sicut in carne mortali quoꝛūq; animalium alibi est visus :alibi auditus /alibi gustus /alibi olfactus:per totum autem tactus. Absit hoc credere in illa incorporea immutabilisq; natura.

Ephe.v. Audire ergo ibi ⁊ videre:idipſz est. Dicitur ⁊ olfactus in deo vnde dicit apostolus. Sicut ⁊ christus dilexit nos : et tradidit semetipsum ꝓ nobis oblationem ⁊ hostiam deo in odorem suauitatis. Et gustus intelligi potest ſm quem deus et odit amaricantes ⁊ nec frigidos nec calidos ſz tepidos euomit ex ore suo. Et iesus christus. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui me misit. Est etiam tactus ille diuin⁹: vnde dicit sponsa de sponso. Sinistra eius sub capite meo:⁊ dextera eius complectitur me. Mō sunt hec in deo per diuersa corporis loca. Cum enim dicitur scire:ibi sunt omnia /⁊ videre /⁊ audire /⁊ olfacere /⁊ gustare /⁊ tangere /sine vlla eius mutatiōe substātie:sine vlla moleq̄ in alia parte maioꝛ ſ alia minoꝛ:etiam in sensibus puerili pectore cogitat:quando de⁹ sic cogitatur. Nec mireris quod ineffabilis dei scientia qua nouit omnia /per varios humane locutionis modos omniū istorum corporalium sensuum nominibus nuncupatur:cum ⁊ ipsa mens nostra:hoc est hō interior:cui vniformiter scienti per hos quinq; veluti nuncios corporis diuersa nunciantur:quādo immutabilem veritatem intelligit:eligit:diligit Et lumen videt de quo dicitur:Erat lumen verum. Et verbum audit de quo dicitur. In ꝓncipio erat verbuz. Et odorem capit:de quo dicitur: Post odorem vnguentorum tuorum currimus. Et fontem bibit:de quo dicitur. Apud te est fons vite. Et tactu fruitur:de quo dicitur. Mihi autem adherere deo bonum est. Nec aliud atq; aliud: sed vna intelligentia tot sensuum nominibus nūcupatur. Cum ergo de spiritussancto dicitur non enim loquetur a semetipso.sed quecūq; audiet loquetur:multomagis ibi simplex natura vbi verissime simplex est:vel intelligenda est vel credenda:que lōge lateq; naturam nostre mētis excedit. Mutabilis quippe est mēs nostra que percipit discendo quod nesciebat:⁊ amittit dediscendo quod sciebat:⁊ veri similitudine fallitur:vt ꝓ vero approbet falsum:⁊ obscuritate sua quasi quibusdam tenebris impeditur ne perueniat ad verum. Et ideo nō est ista substantia verissime simplex /cui non hoc est esse quod nosse potest enim esse nec nosse. At quid illa diuina nō potest:quia id quod habet est:ac per hoc non sic habet scientiam vt aliud illi sit scientia qua scit:aliud essentia qua est.sed vtrūq; vnuz est. Nec vtrumq; dicendum est: quod simpliciter vnum est: sicut habet pater vitam in semetipso:nec aliud est ipse cū vita que in ipso est:⁊ dedit filio habere vitam in semetipso:hoc est genuit filium qui ⁊ ipse vita esset. Sic itaq; debemus accipere quod de spiritussancto dictum est: non enim loquetur a semetipso:sed quecunq; audiet loquetur. vt intelligamus non eum esse a semetipso. Pater quippe solus de alio nō est naz ⁊ filius de patre natus est:⁊ spiritussanctus de patre procedit. Pater autem nec natus est de alio:nec procedit. Nec ideo sane aliqua disparilitas in summa illa trinitate cogitationi occurrat humane. Nam ⁊ filius ei de quo natus est /et spiritussanctus ei de quo procedit equalis est. Quid autem illic interſit inter procedere ⁊ nasci.⁊ longuz est querēdo diſſerere.⁊ temerarium cuz diſſeruerit diffinire:quia hoc ⁊ mēti vtcunq; comprehendere:⁊ si quid mens forte inde comprehenderit /lingue difficillimum est explicare : quantuslibet prēsit doctor:quantuslibet adsit auditor. Mō ergo loquetur a semetipso quia non est a semetipso:sed quecunq; audiet loquetur. Ab illo audiet: a quo procedit. Audire illi scire est scire vero esse:sicut superius disputatum est. Quia ergo non est a semetipso sed ab illo a quo procedit:a quo illi est essentia ab illo scientia:ab illo igitur audientia:qō nihil est aliud q̄ scientia . Nec moueat qō verbum futuri temporis positum est:non enim dictum est /quecunq; audiuit / aut quecūq; audit:sed quecunq; audiet loquetur. Illa quippe audientia sempiterna est:quia sempiterna est scientia. In eo autem quod sempiternuz est sine initio ⁊ sine fine:cuiuslibet temporis verbuz ponatur:siue preteriti:siue presentis:siue futuri: non mendaciter ponitur. Cuius enim natura illa immutabilis ⁊ ineffabilis non recipiat / fuit ⁊ erit sed tantum est : ipsa enim veraciter est quia mutari non potest :⁊ ideo illi tantum conuenerat dicere:ego sum q̄ suz.⁊ dices filijs israel q̄ est misit me ad vos. Tamen ꝓpter mutabilitatem temporuz in quibus versatur nostra mortalitas ⁊ nostra mutabilitas:nō mēdaciter dicimus:et fuit et erit ⁊ est. Fuit in preteritis seculis est in presentibus:erit in futuris. Fuit quia nūq̄ defuit : erit quia nunq̄ deerit:est quia semper est. Neq; enim velut qui iā non sit cum preteritis occidit:aut cuz presentibus velut qui non maneat labitur:aut cum futuris velut qui nō fuerat orietur. Ꝓinde cum ſm volumina temporum locutio humana variat:qui p nulla deesse potuit:aut pōt:aut poterit:ipa vero de illo dicuntur:cuiuslibet temporis verba. Semp itaq; audit spiritussanctus:quia semper scit. Ergo ⁊ scinit ⁊ scit ⁊ sciet:ac per hoc ⁊ audiuit:⁊ audit ⁊ audiet : quia sicut iam diximus hoc est illi audire quod scire:⁊ scire illi hoc ē quod esse. Ab illo igit audiuit : audit audiet a quo est : ab illo est a quo procedit. Dic aliquis forsitan querat: vtrum ⁊ a filio ꝓcedat spiritussanctus. Filius enim solus patris est filius et pater solus filij est pater. Spiritus aūt sanctus non est vni⁹ eorum spiritus sed amborū. Habes ipm dūm dicentē. Non em̄ vos estis qui loquimini:sed spirit⁹ patris vestri qui loquit

Johā.j. Canti.j. Ps. xxxv Ps. lxxij. Exo.iij. Matth.x.

Gal.iiij. in vobis. Habes ꝛ apostolum. Misit deus inquit spiritum filij sui in corda nostra. Munquid duo sunt alius patris alij?
Eph.iiij. filij? Absit. Unum enim corpus ait cum significaret ecclesiā mox addidit / et vnus spiritus. Et vide quō illic impleat trinitatē. Sicut vocati estis inquit in vna spe vocationis vestre. Unus dominus. Hic vtiq; christus intelligi voluit. Restat vt etiam patrē nominet. Sequitur. Ergo vna fides: vnū baptisma: vnus deus ꝛ pater omniū: qui super omnes ꝛ per omnia ꝛ in omnibus nobis. Cum ergo sicut vnus pater ꝛ vn⁹ dominus. id est filius: ita sit ꝛ vnus spiritus: profecto ambo rum est: sicut ipse christ⁹ iesus dixit. Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. ꝛ dicit apostolus. Misit deus spiritū filij sui in corda nostra. Habes ꝛ alio loco eundem apostolus
Ro.viij. dicentem. Si autem spiritus eius qui suscitauit iesum a mortuis habitat in nobis: Hic vtiq; spiritum patris intelligi voluit: de quo tamen alio loco dicit. Quisquis autem spiritum christi non habet: hic nō est eius. Et multa alia sunt testimonia: quibus hoc euidenter ostenditur: ꝛ patris et filij ipsum esse spiritū: qui in trinitate dicitur spiritussanctus. Nec ob aliud existimo ipsum vocari proprie spiritum: cum etiam si de singulis interrogemur: non possimus nisi patrem ꝛ filium
Johā.iiij. spiritum dicere: quoniam spiritus est deꝰ. id est non corpus est deus sed spiritus. Quod ergo cōmuniter vocantur ꝛ singuli hoc proprie vocari oportuit eum qui non est vnus eorū sed in quo communitas apparet ambobum. Cur ergo nō credamus quod etiam de filio procedat spiritussanctus: cum filij quoq; ipse sit spiritus? Si enim non ab eo procederet: non post resurrectionem se representans discipulis suis insufflās
Johā.xx. diceret / accipite spiritum sanctum. Quid enim aliud significauit illa insufflatio: nisi quod procedat spiritussanctus ꝛ de ipso? Ad hoc pertinet etiam illud quod de mulier re que fluxū
Luce.viij sanguinis patiebatur ait. Tetigit me aliquis: ego enim sensi de me virtutem exisse: Nam virtutis noīe appellari etiā spiritumsanctum ꝛ eo loco clarum est: vbi angelus dicēti marie: quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco ꝛ respō
Luce.j. dit. Spiritussanctus superueniet in te ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi. Et ipse dominus promittens eum discipulis
Lu.xxiiij. ait. Vos sedete in ciuitate: quoadusq; induamini virtute ex
Actuū.j. alto. Et iterum. Accipietis inquit virtutem spiritussancti superuenientem in vos: ꝛ eritis mihi testes. De hac virtute credendus est dicere euangelista. Virtus de illo exibat ꝛ sanabat omnes. Si ergo⁊ de patre ꝛ de filio procedit spiritussanctus: cur filius dixit de patre procedit? Cur putas: nisi quez admodum ad eum soletreferre: ꝛ quod ipsius est de quo⁊ ipse
Johā.vij. est? Unde illud est quod ait. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si igitur intelligatur hic eius doctrina quam tamen dixit non suam sed patris: quātomagis illic intelligendꝰ est ꝛ de ipso procedere spiritussanctus: vbi sic ait. De patre procedit: vt non diceret / de me nō procedit? A quo autem habet filius vt sit deus: est enim de deo deꝰ: ab illo habet vtiq; vt etiaz de illo procedat spiritussanctus: ac per hoc spiritussanctꝰ vt etiam de filio procedat sicut procedit de patre: ab ipso habet patre. Hic vtcunq; etiam illud intelligitur quantum a talibus quales nos sumus intelligi potest: cur nō dicatur natus esse sed potius procedere spiritussanctus: quoniam si ꝛ ipse filius diceret: amborum vtiq; filius diceretur: quod absurdissimum est. Filius quippe nullus est duorum: nisi patris ꝛ matris: amborum vtiq; filius diceretur. Absit autem vt inter deum patrem ꝛ deum filiuz tale aliquid suspicemur: quia nec filius hominum simul ꝛ ex patre ꝛ ex matre procedit: sed cum in matre procedit ex patre / non tunc procedit ꝛ ex matre ꝛ cū in hac luce ꝓcedit ex matre: nō tūc ꝓcedit ex ꝑre. Sp̄s autē sanctꝰ nō de patre ꝓcedit in filiū ꝛ de filio ꝓcedit ad sanctificandā creaturā: sz simul de vtroq; ꝓcedit: cuius hoc filio pater dederit: vt quēadmodū de se: ita de illo quoq; procedat. Neq; enim possumus dicere quod nō sit vita spiritus: cum vita sit pater: vita sit filius: ac per hoc sicut pater cum habeat vitam in semetipso dedit ꝛ filio habere vitam: in semetipso: sic ei dedit vitaz procedere de illo: sicut procedit ꝛ de seipso. Sequuntur autē verba domini dicentis. ⁊ Et que ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet ꝛ annūciabit vobis. Omnia quecunq; habet pater mea sunt: propterea dixi quia de meo accipiet: ꝛ annunciabit vobis.] Sed quia ista iaz prolixa sunt: in alium sunt differenda sermonem.

Tractatus.c.

De eadem lectione.

A Cum promitteret dominus vēturū spm̄ sanctū / docebit vos inquit omnē veritatez: vel qō in nonnullis codicibus legitur: deducet vos in omni veritate. Non enī loquetur a semetipso: sed quecunq; audiet loquetur. De quibus euangelicis verbis iam quod donauit dominus disputauimus: nunc ea que sequuntur attendite. [Et que ventura sunt inquit annunciabit vobis.] Neq; enī hic quoniam planum est immorandum. Nihil enim habet questionis: cuius a nobis expositio flagitetur. Sz quod adiungit: [Ille me clarificabit quia de meo accipiet ꝛ annūciabit vobis.] Non negligenter est transeundum. Quod enī ait / ille me clarificabit potest intelligi quia diffundendo in cordibus credentium charitatem spiritualesq; faciendo: declarauit eis quomodo filius patri esset equalis quez ꝼm carnem ꝑius tantummodo nouerant: et hominem sicut homines cogitabant. vel certe quia per ipsam charitatem fiducia repleti / et timore depulso annunciauerunt hominibus christum: ac si fama eius diffusa est in toto orbe terrarum: vt sic dixerit: ille me clarificabit: tanquā diceret: ille vobis auferet timorem / et dabit amorem: quo me ardentius predicātes gloriemee per totum mundum dabitis odorem: commendabitis honorem. Quod enim facturi fuerant in spiritusancto hoc eundem spiritum dixit esse facturum: quale est etiam illud. Non enī vos estis qui loquimini: sed spiritus patris ve- Matth.x.
stri qui loquitur in vobis. Verbum quippe grecum quod est δοξαζει. Alius clarificabit: alius glorificabit: latini interpretes in sua quisq; translatione posuerunt: quoniaz ipsa que grece dicitur: δοξα: vnde dictum est verbum δοξαζει et claritas interpretatur et gloria. Gloria nāq; fit quisq; clarus: ꝛ claritate gloriosus: ac per hoc quod vtroq; verbo significatur id ipsum est. Sicut autem definierunt antiqui latine lingue clarissimi auctores: Gloria est frequens de aliquo fama cū laude. Quecūq; est in hoc mundo facta de christo: non christo credenda est magnum aliquid contulisse sed mundo. Bonum enim laudare: non laudato sed laudantib⁹ prodest. Est autem etiam falsa gloria quando laudantes erroze fallūtur: siue in rebus siue in hominibus: siue in vtrisq; Nam in rebus falluntur: quando putant id bonuz esse quod malum est. in hominibus autem quando putant eum bonum esse qui malus est. In vtrisq; vtrunq;: quando ꝛ id quod est vitium virtus putatur: ꝛ ipse qui propter hoc laudatur non habet quod putatur: siue sit bonus: siue sit malus. Donare quippe res suas histrionibus: vitium est immane: non virt⁹ Et scitis de talibus q̄ sit frequens fama cum laude: quia sicut scriptuz est: Laudatur peccator in desiderijs anime sue Ps.ix.
et qui iniqua gerit benedicitur. Hic laudatores non fallunt in hominibus sed in rebus: malum est enim quod bonum eē credunt. Illi autem qui hoc malo largitionis vitiosi sunt: ta B
les vtiq; sunt: quales eos hi qui laudant non suspicantur esse sed cernunt. Porro si se quisq; iustum fingat ꝛ non sit sed totum quicquid coram hominibus laudabiliter agere videt: non agat propter deum / hoc est propter veram iusticiam: sz solum querat et diligat ab hominibus gloriam: Illi autem apud quos frequens est eius fama cum laude: non eum putent nisi propter deum laudabiliter viuere. non falluntur in re: sed falluntur in homine. Quod enim bonum esse credunt est bonum: sed quem bonum esse credunt non est bonus. Dō si putetur (verbi gratia) bonum artium peritia magicarum et dum quisq; patriam liberasse eisdem quas omnino nescit artibus creditur: frequentem cum laude famam que gloria definita est apud homines impios consequatur: erāt in vtroq; qui laudant: ꝛ in re scilicet / quia id quod malum est bonū putant: et in homine / quia non est quod putant. Quapropter falsa est in his tribus generibus gloria. Cum autem de

aliquo per deum ⁊ propter deum iusto: hoc est veraciter iusto causa ipsius iusticie/frequens est fama: cum laude vera quidem gloria est non tamen ea credenduz est beatificari iustum sed laudantib⁹ gratulandum est: quia recte iudicant: ⁊ diligunt iustum. Quātomagis ergo dominus christus nō sibi sed eis profuit glia sua quibus pfuit morte sua? Sz nō est vera ei⁹ apud hereticos glia: apud quos tñ frequētem famā videt habere cuz laude. Non est hec vera gloria qz in vtroq; falluntur. Nam ⁊ bonū putant esse quod bonum nō est: ⁊ christum putant esse quod christus nō est. Unigenitum em̄ filiū equalem nō esse gignenti: non est bonum. Unigenitum dei filium hominē tantum esse non deum/nō est bonum. Veritatē carnem non esse veram carnē non est bonum. Horum trium que dixi. primū sentiunt arriani: secundum sotiniani: tertiū manichei. Sed qz eorum nihil est bonum: et christus nihil est eorum: in vtroq; falluntur: nec dant veram gloriam christo: cuius apud vos esse videatur cum laude frequens fama de christo. Et omnes prorsus heretici quos cōmemorare mi slongum est: qui de christo non recte sentiunt: ideo errāt: qz de bonis rebus ac malis non verum sentiunt. Pagani etiam quoniaz sunt christi plurimi laudatores: ⁊ ipsi in vtroq; falluntur: qui non fm veritatem dei sed potius fm suaz suspitionem dicunt eum fuisse hominem magnū. Christianos quippe velut imperitos vituperant: christum autē velut magum laudant: ac sic produnt quod amant. Christum vero nō amant: quoniam quod non erat christus hoc amāt. Ideo in vtroq; falluntur: quia ⁊ magum esse malum est: ⁊ magus nō fuit christus quia bonus est. Quapropter de his nihil hoc loco dicendum est qui christum vituperant atq; blasphemant quia de gloria eius loquimur: qua est glorificatus in mūdo: non em̄ glorificauit spiritussanctus vera gloria nisi in ecclesia sancta catholica. Alibi em̄. id est: vel apud hereticos: vel apud quosdam paganos/vera eius in terris gloria non potest esse: ⁊ vbi videtur esse frequens de illo fama cum laude.

Pſ.cvij. Vera ergo eius gloria in ecclesia catholica sicut a prophetа cantatur. Exaltare super celos deus: ⁊ super omnem terram gloria tua. Quia itaq; post eius exaltationem venturus erat spiritussanctus ⁊ eum glorificaturus: hoc sacer psalmus hoc ipse vnigenitus promisit futuruz quod videmus impletuz. Quod autem ait. [De meo accipiet ⁊ annūciabit vobis] catholicis audite auribus: catholicis percipite mentibus. Non em̄ propterea sicut quidam heretici putauerūt minor est filio spiritussanct⁹: quasi filius accipiat a patre: ⁊ spiritus sanct⁹ a filio: qbusdā gradibus naturarū. Absit hoc credere. Absit ō dicere: absit a xpianis cordib⁹ cogitare. Denq; ptinuo soluit ipse questionē: ⁊ cur hoc dixerit explanauit. [Omnia inquit quecunq; habet pater mea sunt: propterea dixi qz de meo accipiet ⁊ annunciabit vobis.] Quid vultis ampli⁹? Ergo a patre accepit spiritussanctus: vnde accepit filius: qz in hac trinitate de patre natus est filius: de patre procedit spiritussanctus. Qui autem de nullo natus sit de nullo procedit pater solus est. Quomodo autem dixerit filius vnigenitus:

Luce.xv. omnia quecunq; habet pater mea sunt: quia vtiq; non sic quē admodū dictuz est illi filio non vnigenito sed ex duobus maiori: tu mecum es semper: ⁊ omnia mea tua sunt: eo loco si dominus voluerit diligenti consideratione tractabitur vbi dicit patri vnigenitus: ⁊ mea omnia tua sunt: ⁊ tua mea sunt: vt hic iste sermo claudatur: quoniam que sequuntur aliud poscunt quo dissernatur exordiuz.

Tractatus.cj.

[Modicum ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterum modicū et videbitis me qz vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicez. Quid est hoc quod dicit nobis modicum ⁊ non videbitis me et iterum modicuz ⁊ videbitis me quia vado ad patrem? Dicebant ergo quid est hoc quod dicit modicum nescimus quid loquitur. Cognouit autem Jesus quia volebant eum interrogare et dixit eis. De hoc queritis inter vos quia dixi modicum et non videbitis me ⁊ iterum modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristiciam habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum iam non meminit pressure propter gaudium quia natus est homo in mūdum. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis iterum autem videbo vos: et gaudebit cor vestrum. Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis: ⁊ in illo die me non rogabitis quicq;.

A [Hec domini verba vbi ait: [Modicum ⁊ iam non videbitis me ⁊ iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem:] ita obscura erant discipulis anteq; id quod dicit impletum esset: vt quereretes inter se quid esset quod diceret/omnino se faterentur nescire. Sequitur em̄ euangelium. [Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me: ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur.] Hoc em̄ est quod eos mouebat: quia dixit modicū ⁊ non videbitis me. Haz in precedentibus quia non dixerat modicuz: sed dixerat ad patrem vado ⁊ iam nō videbitis me: tanq; aperte illis visus est locutus: nec inter se de hoc aliquid quesierunt. Nunc ergo quod illis tunc obscurum fuit: ⁊ mox manifestum est: iam nobis vtiq; manifestatum est. Post paululum enim passus est ⁊ non viderunt eum: rursus post paululum resurrexit: ⁊ viderunt eum. Illud autem quod ait/et iam non videbitis me quia isto verbo id iam intelligi voluit quod eum vlterius nō viderent: ubi exposuimus quomodo accipiendum sit vbi dixit. De iusticia arguet mundum spiritussanctus quia ad patrem vado et iam non videbitis me: quia scilicet mortalem christum vlterius non viderunt. [Cognouit autem iesus] sicut sequens euangelista dicit: [quia volebant euz interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos quia dixi modicuz et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos mūdus autem gaudebit vos autem contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium.] Et hoc sic accipi potest: qz cōtristati sunt discipuli de morte domini: et confestim de resurrectione letati. Mund⁹ autez quo nomine significati sunt inimici a quibus christus occisus est: tunc vtiq; letati sunt occiso christo quando sunt discipuli cōtristati. Mundi quippe nomine malicia potest mundi huius intelligi: id est hominum mundi huius amicorum. Unde iacobus apostolus in epistola sua dicit. Quicunq; voluerit amicus esse huius seculi inimicus dei cōstituitur. Quibus inimicicijs dei factū est: vt nec eius vnigenito parceretur. Deinde subiungit et dicit. [Mulier cum † parturit: tristiciam habet. quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum iam non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in munduz Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis: iterum autē venio ad vos ⁊ gaudebit cor vestrum: ⁊ gaudium vestrum nemo tollet a vobis.] Recista simlitudo ad intelligendum videtur esse difficilis: quoniam comparatio eius in prōptu est eodem ipso exponente cur dicta sit. Parturitio quippe tristicie. partus autem gaudio comparatur. Quod tunc magis esse consuevit: quando non puella sed puer nascitur. Ō vero ait. gaudium vestrum nemo tollet a vobis: quia gaudiuz ipsorum ipse est iesus: significatum est qō ait apostol⁹. Exps resurgens a mortuis iam non moritur: ⁊ mors ei vltra nō dominabitur. Ducuscq; in isto euangelij capitulo vnde hodie disputauum⁹: velut faculi intellectui omnia currerūt acriozz

ē.tracta. xcv.

† Al. parit

Jaco.iiij.

Roma.vj

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

B necessario est in his que sequuntur intentio. Quid est enim quod ait. [⁊ in illo die me nō rogabitis quicq̄:] Hoc verbum quod est rogare: non solum petere verūetiam interrogare significat. Et grecum euāgeliū vnde hoc translatum est: tale verbum quod vtrūq̄ possit intelligi: vt hec ambiguitas nec inde soluatur: quāq̄ ⁊ si solueret nō ideo nulla questio maneret. Dīm etenim xp̄m postq̄ resurrexit: ⁊ interrogatū legimus ⁊ rogatū. Nam interrogat⁹ est a discipulis ascensurus in celum: quando p̄sentaret: ⁊ quando regnum esset israel. Actuū. j. Actuū. vij. Cum vero iam esset in celo: rogatus est a stephano vt spiritū hui⁹ acciperet. Et quis audeat vel cogitare vel dicere in celo sedentem xp̄m rogandū non esse: ⁊ in terra manentē rogatum fuisse. Rogandū non esse īmortalē: rogari debuisse mortalem? Immo charissimi rogem⁹ eum vt nodum questionis hui⁹ ipse dissoluat: lucendo in cordibus nostris ad videnda que dicit. Puto enī quod ait iterum autē videbo vos ⁊ gaudebit cor vestrum ⁊ gaudium vestrū nemo tollet a vobis: nō ad illud tempus esse referendum quo resurrexit: eiq̄ suā carnem cernendā tangendāq̄ mōstrauit: sed potius ad illud vn Lu. xxiiij. de iaz dixerat: qui diligit me diligetur a patre meo: ⁊ ego diligam eum ⁊ manifestabo ip̄m illi. Jam quippe resurrexerat tam se illis in carne mōstrauerat: iam sedebat ad dexterā patris: quando dicebat idemipse apostolus iohannes cui⁹ est j. Joh. iij. hoc euangelium in epistola sua. Dilectissimi nunc filij dei sumus: ⁊ nondum apparuit quid erimus. Scimus q̄ cum apparuerit similes ei erim⁹: quoniam videbimus eum sicuti ē. Infra tracta. cv. Ista visio nō vite huius est sed future: nō temporalis sz eterne: Hec est autem vita eterna dicente ipsa vita: vt cognoscāt te inquit vnum verū deum ⁊ quem misisti iesum christū. De j. Cor. xiij. hac visione ⁊ cognitione dicit apostolus. Videmus nunc p speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem: Nūc scio ex parte: tunc autem cognoscam sicut ⁊ cognitus sum. Nunc totius laboris sui fructum ecclesia parturit gemēdo: paritura letādo. Nunc parturit desiderādo tunc paritura cernēdo Nunc parturit orando: tunc paritura laudā do. Et ideo masculum q̄m ad istum fructum cōtemplationis cuncta officia referuntur actionis. Solus est enī liber quoniā ppter se appetitur ⁊ nō refert ad aliud. Huic seruit actio. Ad hunc enim refert quicquid bene agit: quia p̄opter hunc agit. ipse autē non p̄opter aliud sed p̄opter semetipsum tenetur ⁊ habetur Ibi enī finis qui sufficit nobis. Et ternⁿ igitur erit. Neq̄ enī nobis sufficit finis: nisi cui⁹ nullus est finis. Hoc inspiratuz Joh. xiiij. erat philippo: quando dicebat. Dñe ostende nobis patrem: ⁊ sufficit nobis. Inqua ostensione se p̄omisit ⁊ filius dicens

C Non credis quia ego in patre: ⁊ pater in me est. De hoc itaq̄ quod sufficit nobis rectissime audimus: gaudium vestrū nemo tollet a vobis. De his etiam que super⁹ dicta sunt: meli⁹ existimo intelligi. Modicum ⁊ iam nō videbitis me: ⁊ iterū modicum ⁊ videbitis me. Modicum est enī hoc totū spaciuz quo p̄sens peruolat seculum. Unde dicit idemipse euange j. Johā. ij. lista in epistola sua. Nouissima hora est. Ideo nāq̄ addidit: q̄ vado ad patrem quod ad p̄iorem sentētiam referendum est: vbi ait. modicum ⁊ iam nō videbitis me: nō ad posteriorem vbi ait: ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me. Eundo quippe ad patrem facturus erat vt eum non viderent. Ac per hoc non ideo dictum est: quia fuerat moriturus ⁊ donec resurgeret ab eoruz conspectu⁹ recessurus: sed quod esset iturus ad patrem. Quod fecit postea quā resurrexit: ⁊ cum eis quadraActuū. j. ginta dies conuersatus ascendit in celum. Illis ergo ait. modicum ⁊ iam nō videbitis me: qui eum corporaliter tunc videbant quando iturus erat ad patrē: ⁊ eum deinceps mortalem visuri nō erant qualem cum ista loqueret videbant. Dō Matth. xxviij. vero addidit: ⁊ iterum modicū ⁊ videbitis me: vniuerse p̄omisit ecclesie sicut vniuerse p̄misit ecclesie: ecce ego vobiscū sum vsq̄ ad consummationē seculi. Non tardat dominus p̄missum: modicum ⁊ videbimus eum: vbi iam nihil rogemus nihil interrogemus: q̄ nihil desiderandu⁹ remanebit: nihil querendum latebit. Hoc modicum longum nobis videt: q̄m adhuc agitur: cum finitum fuerit: tunc sentiemus ēm modicū fuerit. Non ergo sit gaudium nostrum quale habet mūdus: de quo dictum est: mundus autem gaudebit. Nec tamen in huius desiderij parturitione sine gaudio tristes sumus: sed Roma. xij sicut ait apostolus: spe gaudentes: in tribulatione patientes quia ⁊ ipsa parturiens cui comparati sumus plus gaudet de mox futura p̄role eq̄ tristis est de p̄senti labore. Sed huius sermonis iste sit finis. Habent enī questionem molestissimā sequentia: nec breuitate artanda sunt vt possint cōmodius si dominus voluerit explicari.

Tractatus. cij.

C Amen amen dico vobis. Si quid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. vsq̄ modo nō petistis quicq̄ in nomine meo: petite ⁊ accipietis vt gaudium vestrum sit plenum. Hec in p̄uerbijs locutus suz vobis: venit hora cum iam non in p̄uerbijs loquar vobis. sed palam de patre annūciabo vobis. illo die in noīe meo petetis. ⁊ nō dico vobis: q̄ ego rogabo patrem de vobis: Ipse enī pater amat vos: quia vos me amastis. Et credidistis quia a deo exiui. Exiui a patre et veni in mundum: Iterū relinquo mundū ⁊ vado ad patrem.

Omini verba nunc ista tractanda sunt. [Amē amē B dico vobis: si quid petieritis patrē in nomīe meo dabit vobis] Jam dictuz est in superioribus huius ō. tracta. dominici sermonis partibus: ppter eos qui non- lxxiij. et nulla petunt a patre in christi nomine nec accipiunt: nō petilxxxj. tur in nomine saluatoris quicquid petitur contra rationem salutis. Non enim sonum litterarū ac syllabaruz sed quod sonus ipse significat: ⁊ quod eo sono recte ac veraciter intelligitur hoc accipiēdus est dicere cum dicit: in nomine meo. Un de qui hoc sentit de christo qō nō est de vnico dei filio sentiēdum: non petit in eius nomine: etiaz si non taceat litteris ac syllabis christum: quoniam in eius nomine petit quem cogitat cum petit. Qui vero quod est de illo sentiendu⁹ sentit: ipe in eius nomine petit ⁊ accipit quod petit: si non contra suam salutem sempiternam petit: accipit autem quando debet accipere. Quedam enī nō negantur sed vt congruo dentur tempore differuntur. Ita sane intelligendum est quod ait: dabit vobis: vt ea beneficia significata sciantur his verbis: que ad eos qui petunt p̄opr̄ie pertinent. Exaudiunt quippe omnes sancti p̄oseipsis: non autem p̄o omnibus exaudiuntur vel p̄o amicis vel inimicis suis: vel quibuslibet alijs: quia non vtcūq̄ dictum est dabit: sed dabit vobis. [Vsq̄ modo inq̄t non petistis quicq̄ in noīe meo. Petite ⁊ accipietis: vt gaudium vestrum sit plenum.] Hoc quod dicit gaudium plenū p̄ofecto non carnale sed spirituale gaudiuz est: ⁊ quando tā tum erit vt aliquid ei iam non sit addendū: p̄oculdubio tūc erit plenum. Quicquid ergo petitur quod pertineat ad hoc gaudium consequendum: hoc est in nomine christi petendū si diuinam intelligimus gratiam: si verebeatam poscimus vitam: quicquid autem aliud petitur nihil petitur: non quia nulla omnino res est: sed quia in tante rei comparatiōe quicquid aliud concupiscitur: nihil est. Neq̄ enim p̄orsus nulla Galat. vj. res est homo de quo ait apostolus. Qui se putat aliquid esse: cum nihil sit. In comparatione quippe spiritualis hominis qui scit gratia dei se esse quod est: quisquis vana p̄sumit: nihil ē. Sic ergo etiam recte intelligi potest. Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis vt hoc quod ait. si quid: non quodlibet intelligatur: sed aliqd quod in beate vite comparatione nihil sit. Et quod sequitur vsq̄ modo non petistis quicq̄ in nomine meo: duobus modis intelligi potest: vel quia non in nomine meo petistis: qō nomen non sicut cognoscendum est cognouistis: vel non petistis quicq̄: quoniam in comparatione rei quā petere debuistis p̄onihilo habendum est quod petistis. Et igitur in ei⁹ nomine non nihil: sed gaudium plenn petant: quoniam si aliquid aliud petunt: idem aliquid nihil est: exhortatur dicens petite ⁊ accipietis: vt gaudium vestrum plenuz sit. id est hoc in nomine meo petite vt glaudium vestrum plenum sit ⁊ accipietis. Isto enim bono in petendo perseuerantes: sanctos suos nequaquam misericordia diuina fraudauit. [Hec inquit in p̄uerbijs locutus sum vobis. Venit hora cum iam B

non in prouerbijs loquar vobis:sed palam de patre meo annunciabo vobis.] Possem dicere hāc de q̄ loquit hor̄ā:futurū opoꝛtere seculū itelligi:vbi videbim⁹ palā q̄ beat⁹ paul⁹
j.Co.xiij. dicit:facie ad faciē:vt quod ait:hec in prouerbijs locut⁹ sum vobis:hoc sit quod ab eodem apostolo dictū est:videm⁹ nūc per speculum in enigmate. Annunciabo autē vobis q̄ per filium pater videbit:iuxta illud q̄ alibi ait. Neq; patrem q̄s cognoscet nisi filius:et cui voluerit filius reuelare. Sed istū sensum videt impedire quod sequit.[† Illo die in noīe meo petetis] In futuro eñ seculo cū peruenerim⁹ ad regnum vbi si
†Al.ha habet in j.Joh.ii, Ps̄.cij. Ps̄.vj. miles ei erim⁹ q̄m videbimus eū sicuti est: quid petituri sumus quādo satiabitur in nobis desideriū nostrū? Unde et in alio psalmo legitur. Saciabor cū manifestabit gl'ia tua. Petitio nāq; alicuius est indigentie:que ibi nulla erit vbi hec satietas erit. Relinquitur itaq; ē tum sapere valeo/vt intelligat ihesus discipulos suos de carnalib⁹ vel animalib⁹: se spirituales p̄misisse facturus: q̄uis nondum tales quales erimus quando spirituale etiā coꝛpus habebimus. sed qualis
j.Coꝛ.iij. erat qui dicebat. Sapientiā loquimur inter pfectos:et nō potui vobis loqui quasi spiritalib⁹ sed quasi carnalibus. Et nō spiritum hui⁹ mundi accepim⁹:sed spiritus qui ex deo est:vt sciam⁹ que a deo donata sunt nobis quet loquimur:nō in sapientie humane doctis verbis:sed docti spiritu spiritalib⁹ spiritualia cōparantes. Animalis autē homo non percipit q̄ sunt spiritus dei. Non itaq; percipiēs que sunt spirit⁹ dei homo animalis sic audit quecūq; audit de dei natura: vt aliud q̄ coꝛpus cogitare nō possit:quālibet amplissimū vel imensum:quālibet lucidum ac speciosum coꝛpus tamē: ideo prouerbia illi sunt quecūq; dicta sapientie/de incoꝛporea imutabiliq; substantia: Nō quod ea tanq̄ prouerbia deputat: sz quia sic cogitat quomodo qui prouerbia solent audire neq; intelligere. Cū vero spiritualis ceperit oīa diiudicare: ipse aūt a nemine diiudicari:etiā si in hac vita adhuc velut p̄ speculum et parte p̄spicit:tamen nō vllo coꝛporis sensu: non vlla imaginaria cogitatione que capit aut fingit qualiūcunq; similitudines coꝛpoꝛum:sed mentis certissima intelligentia deum intelligit non coꝛpus esse sed spiritū. Ita palam de patre annunciante filio et eiusdem substantie cōspiciatur et ipe qui annunciat:tunc in eius nomine petūt qui petunt: quādo in sono eius nominis non aliud q̄ res ipsa est: que hoc noīe vocatur:intelligūt:nec animi vanitate vel infirmitate cōfingunt:tanq̄ in alio loco patrem in alio filiū ante patrē stantez et pro nobis rogantē:spacia sua queq; amboꝛum occupantib⁹ mobilib⁹:et verbū ad eū cuius est verbū facere verba pro nobis:interuallo interposito inter os loquentis et auriculas audientis:et alia talia que sibi animales.id est que carnales in coꝛdibus fabricant. Quicquid eñ tale spūalib⁹ de deo cogitantib⁹ ex coꝛpoꝛe cōsuetudine occurrit negādo atq; respuēdo tanq̄ importunas muscas ab interioꝛib⁹ oculis abigunt et sinceritati ei⁹ lucē acquiescūt: qua teste ac iudice has ipas imagines coꝛpoꝛū suis internis aspectibus irruentes falsas omnino esse conuincūt. Hi possunt vtcūq; cogitare dominū nostrum ihesum xp̄m inquantū homo est pro nobis interpellare
Ro.viij. patrē:inquantū aūt deus est/nos exaudire cum patre:q̄ cum significasse arbitroꝛ vbi ait.[Et non dico vobis:q̄ ego rogabo patrē de vobis.] Ad hoc quippe intuēdū quomodo nō rogat patrē filius sed simul exaudiunt rogantes patem et filius non nisi spiritualib⁹ oculis mentis ascendit.[Ipse enim pater inquit amat vos q̄ vos me amastis] Ideo amat ille q̄ nos amam⁹ an potius q̄ ille amat ideo nos amam⁹. Ex epi
j.Joh.iiij. stola sua euāgelista idem ipse respondeat: Nos diligim⁹ inquit:q̄ pꝛior ipse dilexit nos. Hinc ergo factum est vt diligamus:q̄ dilecti sum⁹. Pꝛorsus donum dei est diligere deum: q̄m ipse vt diligeret dedit:qui non dilectus dilexit. Displicēs amati sumus:vt esset in nobis vnde placerem⁹. Nō enim amarem⁹ filium nisi amaremus et patrem. Amat nos pater q̄ nos amamus filium:cū a patre et filio acceperimus vt et pa
Roma.v. trem et filiū amemus. Diffundit eñ charitatem in coꝛdibus nostris amboꝛū spiritus:per quem spiritum et patrem amamus et filium/et quem spiritū amamus cū patre et filio. Amorem itaq; nostrum pium quo colimus deū fecit deus:et vidit q̄ bonū est. Ideo quippe amauit ipse quod fecit. Sed in nobis non faceret quod amaret:nisi anteq̄ id faceret nos amaret.[Et credidistis inquit q̄ a deo exiui. Exiui a patre:et veni in mundū. Iterum relinquo mundum:et vado ad patrem.] Plane credidimus. Neq; eñ propterea debet incredibile videri:q̄ sic ad mundum veniens exijt a patre vt non deseꝛeret patrem:et sic vadit ad patrē relicto mundo vt nō deseꝛat mūdum. Exijt eñ a patre:q̄ de patre est. In mundum venit:q̄ mundo suum coꝛpus ostendit q̄ de virgine assumpsit. Reliquid mundū ꝛc[illegible]ozali discessione:perrexit ad patrez hominis ascensione:nec mundus deseruit presentie gubernatōe.

Tractatus.ciij.

Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palaz loqueris:et prouerbiū nullum dicis. Nūc scim⁹ q̄ scis omnia:et non opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus q̄ a deo existi. Respondit eis ihesus. Modo creditis? Ecce venit hora et iaz venit vt dispergamini vnusq̄sq; in ppria:et me solum relinquatis:et tamen nō sum solus:q̄ pater mecum est. Hec locutus sum vobis vt in me pacem habeatis:in mundo pressuraz habebitis:sz confidite:ego vici mundum.

Quales erant discipuli christi quando cū eis ante passionez loquebat magna cū paruis. sed sic opoꝛtebat vt magna dicerent et paruis:q̄ nondum acceptō spiritus sancto quē admodū eū post eius resurrectionē vel ipso insufflante vel desuper veniente acceperūt humana magis q̄ diuina sapiebāt:multis indicijs per totū euangelium declaratur. vndez hoc est q̄ in ista lectione dixerunt. Ait eñ euāgelista.[Dicunt discipuli eius. Ecce nūc palam loqueris:et prouerbiū nullum dicis. Nunc scim⁹ q̄: † †Al.scis. nosti omnia:et nō opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus:q̄ a deo existi.] Ipse domin⁹ pauloante dixerat Ā.tract.cij. Hec in prouerbijs locutus sum vobis: venit hora cum iā nō in prouerbijs loquar vobis. Quomodo ergo isti dicunt ecce nunc palam loqueris:et prouerbiū nullum dicis? Nunq̄d hora iam venerat:qua non iam in prouerbijs se promiserat locuturum? Pꝛorsus quod nondum illa hora venisset cōtinuatio verboꝛum eius ostendit:que ita se se habet. Hec in prouerbijs inquit locutus sum vobis. venit hora cum iam nō in prouerbijs loquar vobis:sed palam de patre meo annūciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et nō dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse eñ pater amat vos:quia vos me amastis et credidistis:q̄ a deo exiui. Exiui a patre et veni in mundum. Iterum relinquo mundū. et vado ad patrem. Cum per hec omnia verba adhuc illam promittat horam qua nō iam in prouerbijs loquitur:sed palā de patre annunciauit eis:in qua hora dicit eos in suo nomine petituros nec se patrem de illis rogaturum: eo q̄ ipse pater amat eos quia ipsi amauerunt xp̄m et crediderunt quod a patre exierit et venerit in mundum:iterum relicturus mundū et iturus ad patrem:cum ergo adhuc promittatur hora illa in qua sine prouerbijs locuturus est:cur isti dicunt:ecce nunc palam loqueris et prouerbium nullū dicis:nisi quia que scit ipse nō intelligentibus esse prouerbia: illi vsq; adeo nō intelligūt vt nec saltem nō se intelligere intelligant? Paruuli eñ erant:et nondum spiritualiter dijudicabāt.que de rebus non ad coꝛpus sed ad spiritum pertinentib⁹ audiebant. Denique de ipsa B
eoꝛum etate adhuc fm interioꝛem hominez parua et infirma eos admonens[Respondit eis ihesus. Modo creditis. Ecce venit hora:et iā venit:vt dispergamini vnusquisq; in propria et me solum relinquatis. Et non sum solus:quia pater mecū est.] Pauloante dixerat:relinquo mundum et vado ad patrē tracta.cij. nunc dicit pater mecum est. Quis vadit ad eum qui cum illo c.in fine. est? Sed hoc intelligenti est verbum:non intelligenti prouerbium:sic tamen quomodo a paruulis nō intelligitur et vtcūq; sugitur:et eis etiam si non prebet quia nondum eum capiunt solidum cibum:lacteum nō denegat alimentum. Ex hoc alimento est quod sciebant eum nosse omnia:nec opus ei esse vt eum quis interroget. Quod quidez cur dixerit:queri potest Videtur enim potius fuisse dicendum:non op⁹ est tibi vt quēq; interroges:nō vt q̄s te interroget. Dixerūt q̄ppe:scim⁹ q̄ nosti oīa:et vtiq; qui nouit oīa magis a nesciētib⁹ interrogari solet vt interrogātes audiāt q̄ volūt ab eo q̄ nouit oīa:nō ipe

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

interroget: tanq̄ volens aliquid scire qui nouit oīa. Quid sibi ergo vult q̄ ei quem sciebant nosse omnia cum dicere debuisse videant: nō opus est tibi vt quēq̄ interroges: dicēdū potius putauerunt: non opus est tibi vt quis te interroget? Quid quod vtrūq̄ legum⁹ factum: & interrogasse scilicet dīm & interrogatū fuisse? Sed hoc cito soluit: q̄ hoc nō ei ꝙ illis potius opus erat quos interrogabat: vel a quib⁹ interrogabatur. Neq̄ enim aliquos ille interrogabat vt ab eis aliquid disceret: sed eos potius vt doceret qui interrogabāt eum volentes ab eo aliq̄d discere. Illis profecto id opus erat vt scirent aliqua ab illo qui nouerat omnia. Mirum ergo propter ea ei opus nō erat vt eum quis interrogaret: qm̄ nos quādo interrogamur ab eis qui volūt aliquid a nobis scire: ex ipsis interrogationib⁹ eorū cognoscim⁹ quid velint discere. Op⁹ est ergo nobis ab eis interrogari quos docere aliquid volumus: vt inquisitiones eorū quib⁹ respondendum est noueri mus. Illi autē ne id quidem opus erat qui oīa nouerat: nec opus habebat quod ab eo quisq̄ scire vellet per eius cognoscere interrogationez: q̄ priusq̄ interrogaret: interrogaturi nouerat voluntatē. Sed ideo se patiebat interrogari: vt vel eis qui tunc aderant vel qui hec siue dicta fuerant audituri: siue scripta lecturi quales eēnt a quib⁹ interrogabatur ostēderet: eoq̄ modo nossem⁹ vel quib⁹ nō circunuenirēt fraudi bus vel quibus apud eū pficeret accessib⁹. Preuidere aūt cogitationes hominū: & ideo nō opus habere vt eum quis interrogaret. magnū deo nō erat: sed magnū paruulis erat qui ei dicebant: in hoc credimus q̄ a deo existi. Multo autē ma ius erat ad quod intelligendū eos volebat extēdi: & crescere quod cum illi dixissent verūq̄ dixissent / a deo existi: ait ille pater mecū est: ne sic a patre filiū cogitarent exisse vt putarent etiam recessisse. Deinde sermonē istum magnū prolixū q̄ concludens: [hec inquit locut⁹ sum vobis: vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: ꝙ confidite: ego vici mundū.] Illud inituz fuerat habitura ista pressura: de quo superius vt eos ostenderet paruulos quib⁹ adhuc nō intelligentib⁹ & aliud pro alio sentientib⁹ prouerbia quodāmo do essent que cū magna & diuina dixisset: ait. Modo credit⁊ Ecce venit hora & iam venit: vt dispergamini vnusquisq̄ in propria. Ecce initiū pressure. sed nō eo modo pei seueratur Quod em̄ adiunxit & me solū relinquatis: non vult eos tales esse un consequenti pressura: quā post eius ascensionē in mundo fuerant habituri vt relinquant eum: ꝙ vt in illo pacez habeant permanentes in eo. Non em̄ quādo cōprehensus est tā tūmodo carne sua eius carnē: verūetiam mēte reliquerunt fidem. Ad hoc pertinet qd̄ ait. Modo creditis. Ecce venit hora vt dispergamini in ppria: & me solum relinquatis. Tanq̄ diceret. Tunc ita pturbabimini: vt etiā quod modo credit⁊ relinquatis. Venerūt em̄ ad tantā desperationez & sue pristine fidei (vt ita dixeriz) mortē ānta apparuit in illo cleopha
Lu.xxiiij. qui post eius resurrectionē cum illo se loqui nesciens: & quid ei contigerit narrās: Nos inquit sperabamus quod ipse fuerat redemptur⁹ israel. Ecce quomodo eū reliquerant: deserendo etiam ipsam fidem qua in eum ante crediderant. In ea vero pressura quam post eius glorificationez accepto spū sancto pertulerunt: nō eum reliquerunt: & q̄uis fugerent de ciuitate in ciuitatē ab ipso non refugerunt: sed vt habentes pressuram in mundo: in illo pacē tenerent: nō ab ipso refugerunt: sed ipm̄ refugium potius habuerūt. Dato quippe illis spiritusancto factū est in eis quod nunc dictū est eis. Confidite q̄ ego vici mundū. Confiderūt & vicerunt. In quo mīst in illo? Non em̄ vicisset ille mundum si mēbra eius vinceret
j.Cor.xv. mundus. Unde ait apostol⁹: Gratias deo qui dat nobis victoriam: cōtinuoq̄ subiecit. Per dominū nostrum iesuz xp̄z qui dixerat suis. Confidite. ego vici mundum.

Tractatus. cliij.

Capi.xvij Hec locut⁹ est iesus: & subleuatis oculis in celum dixit. Pater venit hora: clarifica filium tuū vt & filius tuus clarificet te.

A Ante ista que nunc sumus adiuuante domino tractaturi: dixerat iesus. Hec locutus sum vobis: vt in me pacem habeatis. Que nō recentiora paulo superius ab eo dicta sed omnia debemus accipere: siue que cunq̄ illis locut⁹ est ex quo eos cepit habere discipulos: siue certe ex quo post cenam exorsus est hunc admirabilem prolixūq̄ sermonē. Talem quippe cōmemorauit causam cur eis sit locut⁹: vt ad eum finem rectissime referantur vel omnia que locutus est eis: vel ea maxime que dixit iam p eis moriturus: tanq̄ verba nouissima: postea q̄ de conuiuio sancto ille qui eum fuerat traditur⁹ egressus est. Hāc ergo cōmendauit causam sermonis sui vt in illo pacez haberēt propter quod totū agitur: quod christiani sumus. Hec enim pax finem temporis non habet: & omnis pie nostre intentionis actionisq̄ finis ipsa erit. Propter hanc sacramentis ei⁹ imbuimur: propter hanc mirabilib⁹ eius operib⁹ et sermonibus erudimur. ꝓpter hanc spiritus eius pignus accepim⁹ propter hanc credim⁹ in eum: & speramus: & eius amore quātum donat accendimur. Hac pace in pressuris omnib⁹ cōsolamur: hac a pressuris omnib⁹ liberamur: propter hanc oēm tribulationē fortiter sustinem⁹: vt in hac feliciter sine vlla tribulatione regnemus. Merito ad eum clausit verba que pax intelligentib⁹ discipulis erant prouerbia: intellectur⁊ ea qñ eis dedisset promissum spiritūsanctum: de quo superius ait.
Joh.xiiij. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paraclitus autem spiritussanctus quē mittet pater in nomine meo: ille vos
et tracta. docebit oīa. & suggeret vobis omnia quecunq̄ dixero vobis
lxxvij. Hec nimirū futura fuerat illa hora: qua se promiserat nō iaz in prouerbijs locuturū: sed palam de patre annunciaturum Eadē quippe illius verba reuelante spiritusancto: intelligē tibus iam nō erant futura prouerbia. Neq̄ em̄ loquēte in eo fuz cordib⁹ spiritusancto: taciturus erat vnigenitus fili⁹ qui dixit in ea hora palam se illis de patre annunciaturū: qb⁹ eis vtiq̄ iam intelligentib⁹ nō esset prouerbiuz. Sed hoc quoq̄ ipsum quomodo simul loquank in suorum spiritualiū cordibus & dei fili⁹ & spiritussanctus: immo ipsa trinitas que inseparabiliter operat: intelligentib⁹ est verbum: nō intelligentibus aūt prouerbium. Cum ergo dixisset propter quid oīa sit locut⁹: vt in illo scilicet pacem haberēt: in mūdo habētes pressuram: exortatusq̄ fuisset vt confiderent q̄ ipse vicit mūdum. eo qui erant ad illos sermone finito. deinde ad patrem verba direxit. & orare iam cepit. Sic em̄ euāgelista sequit⁊ di B
cens. [Hec locut⁹ est iesus: & subleuatis oculis in celuz dixit Pater venit hora: clarifica filium tuū.] Poterat dīs noster vnigenit⁹ & coeternus patri in forma serui: & ex forma serui si hoc opus esset orare silētio: Sed ita se patri exhibere voluit precatorē: vt meminisset se esse doctorē. Proinde quaz fecit orationē pro nobis: notā fecit & nobis: qm̄ tanti magistri nō solum ad ipsos sermocinatio sed etiā pro ipsis ad patrē oratio discipulorū esset edificatio: & si illoruz qui hec dicta aderant audituri: profecto & nostra qui fueramus conscripta lecturi. Quapropter hoc qd̄ ait: pater venit hora: clarifica filium tuum: ostendit omne temp⁹: & quid quando faceret vel fieri sineret ab illo esse dispositum qui temporī subditus nō est: qm̄ que futura erant per singula tpa in dei sapientia causas efficientes habent: in qua nulla sunt tempora. Non ergo credatur hec hora fato vrgente venisse sed deo potius ordinante: nec ei sidera necessitas xp̄i cōpexuit passionē. Absit em̄ vt sidera mori cogerent siderum conditorem. Monitaq̄ christum tempus vt moreret impegit: sed tempus christus quo moreret elegit: qui etiam tempus quo de virgine natus est cum patre constituit de quo sine tempe natus est. Hm quā veram sanāq̄ doctrinā etiam paul⁹ apostolus. Cum autē ve Gal.iiij.
nit inquit plenitudo tpis misit deus filium suum. Et deus p
ij.Cor.vj. prophetā. Tempore ait accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Et rursus apostolus. Ecce nunc temp⁹ acceptabile: ecce nunc dies salutis. Dicat ergo pater venit hora: qui cū patre disposuit omnes horas: tanq̄ dicens. Pater quam p: pter homines & apud homines ad me clarificandū simul cōstituimus venit hora: clarifica filium tuū: vt filius tuus clarificet te. Clarificatum a patre filiū nonnulli accipiunt in hoc C
quod ei nō pepercit sed pro nobis omnib⁹ tradidit eum. Sz si passione clarificat⁹ dicitur: q̄tomagis resurrectione? Mā in passiōe magꝭ ei⁹ humilitas q̄ claritas cōmendat: apl̄o attestante qui dicit. Humiliauit semetipsum: fact⁹ obediens Ro.viij.
vsq̄ ad mortem: mortem aūt crucis. Deinde sequit: & de eius clarificatione iam dicit. Propter qd̄ & deus illuz exaltauit Phil.ij.
& donauit ei nomen qd̄ est sup omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectat: celestiū terrestriuz & infernorū: & omis

lingua confiteatur q3 dñs iesus christus in gloria est dei patris. Hec est glorificatio domini nostri iesu xpi: que ab eius resurrectione sumpsit exordium. Humilitas ergo eius incipit in sermone apostoli ab eo loco vbi ait. Semetipsum exinaniuit formã serui accipiens: et peruenit vsq3 ad mortẽ crucis Claritas vero eius incipit ab eo loco vbi ait. Propter quod et deus exaltauit eũ: et peruenit quod in gloria est dei patris Nam et ipsum nomẽ si inspiciantur codices greci ex qua lingua epistole apostolice translate sunt in latinum quod hic legitur gloria: ibi legitur δοξα. Unde verbum deriuatũ est in greco vt diceret δοξασον: quod interpres latin9 ait clarifica: cum posset etiã glorifica dicere quod tantũdem valet. Et ideo posset etiam in apostoli epistola vbi est gloria claritas poni: quod si fieret, tantũdem valeret. Ut autẽ non recedatur a verbo9 sonis: quẽadmodu3 a claritate clarificatio: sic a gloria glorificatio deriuat: Ut ergo mediator dei et hominũ homo christus iesus resurrectione clarificaret vel glorificaret: prius humiliatus est passione. Non em̃ a mortuis resurrexisset: si mortu9 nõ fuisset. Humilitas claritat3 est meritum: claritas humilitatis est premium: sed hoc factũ est in forma serui. In forma vero dei semper fuit semper erat claritas: immo non fuit quasi iam non sit: nec erit quasi nondum sit. Sed sine initio: sine fine semper est claritas. Quod ergo ait: pater venit hora clarifica filium tuum: sic intelligendum est tanq3 dixerit. Venit hora seminande humilitatis: fructũ non differas claritatis. Sed quid sibi vult quod sequit: [vt filius tuus clarificet te?] Nunquid etia3 deus pater humilitatem pertulit carnis siue passionis: ex qua ullum clarificari oporteret? Quomodo igitur eũ clarificaturus erat filius cuius claritas sempiterna: nec ex forma humana potuit videri minor: nec in diuina posset esse amplior. Sed istam questionem in hunc sermonẽ nolo coartare: aut hinc eum facere longiorem.

Tractatus.cv.

¶ Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei det eis vitam eternam: hec est autem vita eterna vt cognoscant te solum verũ deum: et quem misisti iesum christũ. Ego te clarificaui super terra3: opus cõsummaui: quod dedisti mihi vt faciam: et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate qua3 habui prius q̃ mundus esset apud te.

A Glorificatum a patre filiũ fm formam serui qua3 pater suscitauit a mortuis et ad suam dexteram3 collocauit: res ipsa indicat: nullus ambigit xpian9 Sed qm̃ non tantũ dixit: pater clarifica filiũ tuũ sed addidit etiam. [vt filius tuus clarificet te.] merito queritur, quomodo patrem clarificauerit filius cum sempiterna claritas patris nec diminuta fuerit in forma humana: nec augeri potuerit in sua perfectione diuina: sed in seipsa claritas patris nec minui nec augeri potest. Apud homines autẽ pro culdubio minor erat: quãdo in iudea tantũmodo deus not9 pã.lxxvij. erat. Nondum a solis ortu vsq3 ad occasum laudabant pueri Pã.xlix. nomẽ dñi. Hoc autẽ q3 per euangeliũ christi factum est vt p filium pater innotesceret gentib9: profecto patrem clarificauit et filius. Si autẽ tantũmodo mortu9 fuisset fili9 nec resurrexisset: pro culdubio nec a patre clarificatus esset nec patrẽ clarificasset. Nunc autẽ resurrectione clarificatus a patre: resurrectionis sue predicatione clarificat patre3. Hoc quippe apperit ordo ipse verbo3. Clarifica inquit filiũ tuum: vt filius tuus clarificet te. Tanq3 diceret. Resuscita me vt innotescas toto orbi per me. Deinde magis magisq3 pandens quomodo clarificet patrẽ fili9. [sicut dedisti inquit ei potestate3 omnis carnis: vt omne qõ dedisti ei det eis vitam eternam] Omnẽ carnem dixit omnẽ hominẽ a parte totũ significans: quẽadmodũ rursus a parte superiore significatus est homo Ro.xiij. totus: vbi ait apostolus. Omnis aĩa potestatibus sublimioribus subdita sit. Quid em̃ dixit omnis aĩa: nisi oĩs homo? Et hoc autẽ quod potestas christo a patre data est omnis carJohan.j. nis: fm hominẽ intelligendũ est. Haz fm deũ omnia per ipz facta sunt: et in ipso condita sunt oĩa in celo et in terra, visibilia et inuisibilia. Sicut ergo dedisti ei potestatẽ (inquit) oĩs carnis: ita te glorificet filius tu9. id est notum te faciet omni carni quam dedisti ei. Sic em̃ dedisti: vt omne qõ dedisti ei det eis vitã eternã. [Hec est aũt inquit vita eterna: vt cognoscant te solum verum deũ: et quem misisti iesum xpm.] Ordo verborũ est. vt te et quẽ misisti iesum xpm cognoscãt solum verum deũ. Consequẽter em̃ et spiritussanct9 intelligit: q3 spiritus est patris et filij: tanq3 charitas substantialis et consubstantialis amborum: quoniam nõ duo dij pater et filius: nec tres dij pater et filius et spiritussanct9: sed ipsa trinitas vnus solus verus deus. Nec idem tũ pater qui filius: nec idẽ filius qui pater: nec idem spũssanctus qui pater et filius: qm̃ tres sũt pater et filius et spũssanctus: sed ipsa trinitas vnus est de9. Sicergo eo modo te glorificat filius sicut dedisti ei potestate3 oĩs carnis: et sicut dedisti vt omne quod dedisti ei det eis vitam eternã: et hec est vita eterna vt cognoscant te. Sic te igit9 fili9 glorificet: vt omnib9 quos dedisti ei te cognitũ faciat. Porro si cognitio dei est vita eterna: tanto magis viuere tẽdim9 q̃to magis in hac cognitione pficim9. Non autẽ morientur in vita eterna: Tunc ergo dei cognitio perfecta erit: qm̃ nulla mors erit. Sũma dei tunc clarificatio: q3 summa gloria: que grece dicit. δοξα. Unde dictum est δοξασον: quod latini quidã interpretati sunt clarifica, quidam glorifica: a veterib9 autem gloria qua gloriosi homines dicunt: ita est diffinita. Gloria est frequens de aliquo fama cũ laude. At si homo laudatur cũ fame creditur: quomõ deus laudabit: quando ipse videbitur? Propter quod scriptũ est. Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorũ laudabunt te. Ibi erit dei sine fine laudatio: vbi erit dei plena cognitio: et q3 plena cognitio ideo summa clarificatio vel glorificatio. Sed pri9 hic clarificatur de9 dum annunciat9 hominib9 innotescit: et per fidez credentiũ predicat. Propter qõ dicit. [Ego te clarificaui super terrã: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam] Non ait: iussisti: sed dedisti vbi cõmendatur euidẽs gratia. Quid em̃ habet qõ non accepit etiã in vnigenito humana natura? An non accepit vt nihil mali sed bona faceret omnia: quãdo in vnitatẽ persone suscepta est a verbo per qõ facta sunt omnia? Sed quomodo consummauit opus quod accepit vt faciat: cũ restet adhuc passionis experimentum: vbi martyrib9 suis maxime prebuit qõ sequerent exemplũ. Unde ait apostol9 petrus: Christus passus est pro nobis relinj. Pet.ij. quens nobis exemplũ vt sequamur vestigia eius: nisi q3 consummasse dicit qõ se cõsummaturũ esse certissime nouit. Sicut longe ante in pphetia preteriti temporis vsus est verbis quãdo post annos plurimos futur3 fuerat quod dicebat. Fo- ũ. xv.ca. et derũt inquit manus meas et pedes meos, dinumerauerunt tracta. omnia ossa mea. Non ait fodient et dinumerabunt. Et in hoc lxxvj.a. ipso euangelio: omnia inqt: que audiui a patre meo nota feci S.xvj.b.et vobis: quib9 ait postea: adhuc multa habeo vobis dicere: sz trac,xcvj.a nõ potestis portare modo. Qui em̃ certis et immutabilibus causis omnia futura predestinauit: qõ factur9 est fecit. Haz et per pphetam dictũ de illo est. Qui fecit que futura sũt. Secundũ hoc etiã: quod sequit dicit. [Et nũc clarifica me tu pa C ter apud temetipsum: claritate quã habui prius q̃ mundus †esset apud te.] Nam supra dixerat. Pater venit hora clari †Al. fieret fica filium tuum: vt et filius tuus clarificet te. In quo verbor ordine ostenderat prius a patre clarificandus filiũ: vt patrẽ clarificaret et filius. Modo autez dixit: ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciã: et nũc clarifica me: tanq3 prior ipse patrem clarificauerit: a quo deinde vt clarificetur exposcit. Ergo intelligendum est vtroq3 verbo superius vsum fm id qõ futurum erat: eoq3 ordine qõ futurũ erat: clarifica filium vt te clarificet filius: modo vero vsum fuisse verbo preteriti temp̃is: de re futura vbi ait. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam. Deinde dicendo: et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum quasi posterius esset clarificand9 a patre quem prius ipe clarificauerat: quid ostendit nisi superi9 vbi ait, ego te clarificaui sup terrã: ita locutũ se fuisse tanq3 fecisset qõ factur9 esset. hic aũt poposcisse vt pater faceret p quod illud filius factur9 esset. id est vt pater clarificaret filiu3: per quam filij clarificationem etiam filius clarificaturus esset patrem. Denicq3 si de re que futura erat ponamus etiam futuri temporis verbum: vbi pro tempore futuro posuit ipse

Colos.j.

B

pã.lxxxiij.

j.Cor.xiiij.

j. Pet.ij.

preteritus: nulla sententie remanebit obscuritas: velud si dixisset. Ego te clarificabo sup terram: opus consummabo qō dedisti mihi vt faciā. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum. Nempe ita planum est: sicut illud vbi ait: clarifica filium tuū vt filius tuus clarificet te: ꝛ ipsa est omnino sententia: nisi quia ꝛ hic dictus est eiusdē clarificationis modꝰ: ibi autem tacitꝰ: tanꝯ illud isto exponeretur eis quos poterat permouere: quomodo pater filium: ꝛ maxime quomodo patrem clarificaret ꝛ filius. Dicendo em̄ clarificari a se patrē super terram: se autem a patre apud eundem patrē: modum profecto vtriusq; clarificationis ostendit. Ipse quippe patrem clarificauit super terraꝫ eū gentibꝰ predicādo: pater vero ipsum apud semetipsum ad suaꝫ dexteraꝫ collocando. Sz ideo postea de clarificando patre vbi ait / ego te clarificaui: verbum preteriti temporis ponere maluit: vt monstraret in predestinatione iam factum: ꝛ pro iā facto habendū qō certissime fuerat futurum. id est vt a patre apud patrē glorificatus: patrem super terram glorificaret ꝛ filius. Sed hanc predestinationem in sua clarificatiōe manifestius aperuit: qua eum clarificauit pater in eo quod adiunxit: [claritate quam habui priusq; mundus † esset apud te.] Ordo verborum est: quam habui apud te priusq; mundus esset. Ad hoc valet qō ait: ꝛ nunc clarifica me: hoc est sicut tūc ita ꝛ nunc. Sicut tūc predestinatione: ita ꝛ nunc perfectione: fac in mundo quod apud te iam fuerat ante mūdum: fac in suo tempore quod ante omnia tempora statuisti. Hoc quidaz sic intelligendū putarunt: tanꝯ natura humana que suscepta est a verbo conuerteretur in verbum: ꝛ homo mutaretur in deum: immo si diligentius quod opinati sunt cogitemus: homo periret in deo. Non em̄ quisq; ex ista mutatione hominis vel duplicari dei verbum dicturꝰ est vel augeri: vt aut duo sint quod vnū fuit aut amplius sit quod minus fuit. Porro si natura humana in verbum mutata atq; conuersa verbum dei ꝯtum erat: qō erat hoc erit vbi est homo si non perit? Sed ad hanc opinionem quam veritati prorsus non video cōuenire: nihil nos vrget: si filio dicēte: ꝛ nūc clarifica me tu pater apud temetipm claritate quam habui priusq; mundus esset apud te: intelligamus predestinationem claritat̄ humane que in illo est nature: ex mortali immortalis apud patrem future: ꝛ hoc iam predestinando factū fuisse anteq; mundus esset: quod in mūdo etiaz suo tempore fieret. Si em̄ de nobis dixit apostolus sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē: cur abhorrere putatur a vero: si tunc pater caput nostrum glorificauit quando nos in ipso vt membra eius essemus elegit? Si cem̄ nos electi quomodo ipse clarificatus: quia priusq; mundus esset nec nos eramꝰ nec ipe mediatoꝛ deiꝛ hominū hō xps ie sus. Sed ille qui per ipsum inꝯtum verbum eiꝰ est etiaz que futura sunt fecit: ꝛ vocat ea que nō sunt tanꝯ sint: profecto ꝟz id quod mediatoꝛ dei ꝛ hominū homo est ante mundi constitutionem pro nobis deus pater glorificauit ipm: si tunc elegit etiam nos in ipso. Quid em̄ dicit apostolus? Scimus autem quoniam diligentibꝰ deum omnia cooperant in bonuz his qui ꝟm propositum vocati sunt. Quos em̄ prescivit ꝛ predestinauit conformes fieri imaginis filij eius: vt sit primogenitus in multis fratribus. Quos aūt predestinauit: illos ꝛ vocauit: nisi forte ipsum predestinatuz dicere formidabim̄ qz de nobis tantum vt efficiamur conformes imaginis eius hoc dixisse videtur apostolꝰ. Quasi vero quisq; regulam fidei fideliter intuens filiū dei negaturus est predestinatum: qui eū negare hominē non potest? Recte quippe dicitur nō predestinatꝰ ꝟm id qō est verbuz dei deus apud deū: vt quid em̄ predestinaretur: cum iam esset quod erat sine inicio sine termino sempiternus? Illud em̄ predestinatū erat quod nōdum erat: vt sic suo tempore fieret: quēadmodum ante oīa tē pora predestinatū erat vt fieret. Quisquis igitur dei filiū predestinatum negat: hunc eūdem filiū hominis negat. Sed ꝓpter contentiosos etiā hinc audiamꝰ apostolū in suarū exordio litterarū. Nam ꝛ in prima epistolarū eius q̄ est ad romanos: ꝛ ipsi ꝰ epistole principiū est vbi legitur. Paulus seruꝰ iesu christi vocatꝰ apostolꝰ segregatꝰ in euangelium dei qō ante promiserat ꝓ prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine dauid ꝟm carnē: qui predestinatꝰ est filius dei in virtute ꝟm spīm sanctificationis ex resurrectiōe mortuorū. Scōm hanc ergo predestinationē etiā clarificatus est anteq; mundꝰ esset: vt esset claritas eius ex resurrectione mortuoruz: apud patrem ad cuiꝰ dexteraz sedet. Cum ergo videret illius predestinate sue clarificationis venisse iaz tempꝰ: vt ꝛ nunc fieret in redditione quod fuerat in predestinatione iam factum: orauit dicens. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quā habui priusq; mundus esset apud te. Tanꝯ diceret. Claritatē quaz habui apud te. id est illam claritatē quā habui apud te in predestinatione tua: iam tempꝰ est vt apud te habeam etiam viuens in dextera tua. Sed qm̄ nos diutenuit huius discussio questionis: alia que sequuntur sermone tractanda sunt.

Tractatus. cvj.

Manifestaui nomen tuuz hominibus: quos dedisti mihi de mundo. Tui erant ꝛ mihi eos dedisti ꝛ sermonē tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt: quia omnia que dedisti mihi abs te sunt. Quia verba que dedisti mihi dedi eis: ꝛ ipsi acceperunt ꝛ cognouerunt vere qz a te exiui ꝛ crediderunt quia tu me misisti.

A DE his verbis domini sicut ipse donauerit sermone isto disputaturi sumus que ita se habent. [Manifestaui nomen tuuz hominibꝰ: quos dedisti mihi de mundo.] Quod si de his tantum dicit discipulis cum quibus cenauit: ꝛ ad quos anteq; oraret inciperet tam multa locutus est: non pertinet hoc ad illam clarificationem: siue vt alij interpretati sunt glorificationem: de qua superius loquebatur: que filius clarificat vel glorificat patreꝫ Quanta est em̄ vel qualis gloria: quodecim vel vndecim potius innotuisse mortalibus? Si autem quod ait / manifestaui nomen tuum hominibꝰ quos dedisti mihi de mundo: oīs hic intelligi voluit etiā qui in eum fuerant crediturī ad eius magnā que futura erat ex omnibꝰ gentibus ecclesiam pertinentibus de qua in psalmo canitur: in ecclesia magna confitebor tibi: est plane ista clarificatio qua filiꝰ clarificat patreꝫ cum eius nomen notuz facit omnibꝰ gentibus: ꝛ tam multis generationibus hominū. Et tale est hoc quod ait: manifestaui nomen tuuz hominibus quos dedisti mihi de mūdo: quale illud quod paulo ante dixerat: ego te clarificaui super terram: pro tempore futuro ꝛ illic ꝛ hic preteritum ponens: sicut qui sciret predestinatum esse vt id fieret: ꝛ ideo fecisse se dicens quod erat sine vlla dubitatione factur̄. Sed de illis qui iam erant discipuli eius: non de omnibus qui in illuz fuerant crediturī eū dixisse quod dixit / manifestaui nomen tuū hominibus quos dedisti mihi de mundo: ea que sequuntur credibilius esse demonstrant. Cuz em̄ hoc dixisset adiunxit [Tui erant: ꝛ mihi eos dedisti: ꝛ sermonem tuuz seruauerūt. Nūc cognouerūt qz oīa q̄ dedisti mihi abs te sūt. quia q̄ dedisti mihi dedi eis: ꝛ ipsi acceperūt ꝛ cognouerūt vere qz a te exiui ꝛ crediderunt qz tu me misisti.] Quāq; hec oīa de futuris omnibꝰ fidelibus dici potuerunt specie perfecta cum adhuc essent futura: sed vt de his solis quos tunc habebat discipulis: hec loqui intelligatur: illud magis vrget quod paulo post ait: cum essem cuz eis ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi custodiui ꝛ nemo ex his perijt nisi filius perditionis: vt scriptura adimpleatur: tudam significans qui tradidit eum. Ex isto quippe duodenario numero apostoloruz solus perijt. Deinde subiungit. Nunc autem ad te venio: vnde manifestum est eū de corporali sua dixisse presentia: cum essem cū eis ego seruabam eos: veluti iaz cū eis ea presentia non esset. Eo modo em̄ significare voluit ascensionem suam mox futurā: de qua dixit. Nunc autem a te venio: iturꝰ vtiq; ad dexteram patris vnde venturꝰ est ad viuos ꝛ mortuos iudicandos: presentia itidem corporali ꝟm fidei regulā sanaq; doctrinam: Nam presentia spirituali cum eis erat vtiq; venturus post ascensionem suā: ꝛ cuz tota ecclesia sua in hoc mūdo vsq; in consummatione seculi. Non itaq; recte intelliguntur de quibus dixerit: cum essem cū eis ego seruabam illos: nisi hi quos in se credentes seruare iaz ceperat presentia corporali. ꝛ quos relicturus fuerat absentia corporali: vt eos cū patre seruaret presentia spirituali: post vero adiungit ꝛ ceteros suos: vbi dicit. Non pro his aūt rogo tantū: sed ꝛ pro his qui crediturī sūt ꝓ verbū eoꝝ in me. Vbi manifestiꝰ ostēdit

Ephes. j.

j. Thi. ij.

Ro. iiij.

Ro. viij.

Roma. j.

Pſ. xxj.

infra tra cta. cvij. b

B

quod non de omnibus ad eum pertinẽtibus superius loquerẽtur: ab eo loco vbi ait: manifestaui nomen tuũ hominibus quos dediſti mihi: ſed de his tantum qui eũ cum illa dicerẽt audiebant. Ab ipſo itaq; oratiõnis eius exordio vbi ſubleuatis oculis in celũ dixit: pater venit hora clarifica filium tuũ supra tract. ciij. b. vt filius tuus clarificet te: vſq; ad illud qđ paulo poſt ait: Et nũc clarifica me tu pater apud temetipſum claritate quã habui priuſq; mundus eſſet apud te. omnes ſuos volebat intelligi: quibus notum faciendo patrẽ clarificat eum. Cum enim dixiſſet vt filius tuus clarificet te: mox quẽadmodum id fieret demonſtrauit dicens. Sicut dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis: vt omne quod dediſti ei det eis vitam eternã. Hec eſt vita eterna: vt cognoſcant te ſolum verum deũ: et quem miſiſti ieſum chriſtum. Non enim poteſt cognitione hominũ clarificari pater: niſi et ille cognoſcatur per quẽ glorificat: id eſt per quẽ populis innoteſcit. Hec eſt glorificatio patris que nõ circa ſolos illos apoſtolos facta eſt: ſed circa omnes hoĩes fit qbus in ſuis mẽbris caput eſt chriſtus. Neq; enĩ de ſolis apoſtolis poteſt intelligi: ſicut dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis vt omne qđ dediſti ei det eis vitaz eternã.: ſed vtiq; de omnibus quibus in eũ credentibus vita eterna dat. Jam nunc ergo videam?: quid de illis a quib? tunc audiebãt diſcipulis ſuis dicat, Manifeſtaui inquit nomẽ tuum hoĩbus quos dediſti mihi. Nõ ergo nouerant dei nomen cũ eſſent iudei? Et Pſa. lxxv. vbi eſt qđ legitur: notus in iudea deꝰ: in iſrael magnũ nomẽ eius? Ergo manifeſtaui nomen tuũ hominib? iſtis quos dediſti mihi de mũdo qui me audiũt hec dicentem: nõ illud nomen tuũ quo vocaris deus: ſed illud quo vocaris pater me?: quod nomẽ manifeſtari ſine ipſi? filij manifeſtatione nõ poſſet. Nam quod deꝰ dicitur vniuerſe creature: et oĩbus gentibus anteq; in chriſtum crederẽt / non omni modo eſſe potuit hoc nomen ignotũ. Hec eſt enim vis vere diuinitatis: vt creature rationali iam ratione vtẽti / non omnino ac penitus poſſit abſcondi. Exceptis enĩ paucis in quibus natura animium depraua ta eſt: vniuerſus genus humanũ deum mundi hui? fatetur auctorẽ. Jn hoc ergo qđ fecit hunc mundũ celo terra q; conſpicuũ: et anteq; imbuerentur in fide chriſti: notus omnibus gentib? deus. Jn hoc autẽ quod nõ eſt in iniurijs ſuis et cũ dijs falſis colendus: notus in iudea deus. Jn hoc vero quod pater eſt huius chriſti per quẽ tollit peccata mũdi: hoc nomen eius prius occultuz omnibus: nunc manifeſtauit eis quos dedit ei pater ipſe de mũdo. Sed quomodo manifeſta ã. tractatu uit ſi nondum venit hora: de qua ſuperius dixerat qđ veniret ciij. b hora cum iam nõ in prouerbijs inquit loquar vobis: ſed palam de patre meo annũciabo vobis? An vero annũciatio manifeſta putabitur in prouerbijs. Cur ergo dictum eſt palã annunciabo vobis: niſi quia in prouerbijs nõ eſt palam. Qđ autem in prouerbijs occultat ſed verbis manifeſtatur: proculdubio palam dicitur. Quomodo ergo manifeſtauit: qđ nondum palam dixit. Proinde ſic intelligendũ eſt pro tempore supra. xv. futuro preteritũ poſitum: quẽadmodũ illud: omnia que audiui a patre meo nota feci vobis. Quod nondũ fecerat ſed loquebatur quaſi feciſſet: qđ immobiliter eſſe prefiniz ſciebat vt faceret. Quid eſt autẽ [quos dediſti mihi de mundo?] Dictum eſt enim de illis qđ non eſſent de mundo: ſed hoc illis re supra. xv. generatio preſtitit nõ generatio. Quid eſt enaz qđ ſequitur: D. [tui erant et mihi eos dediſti?] An aliquando erant patris: quando nõ erant vnigeniti filij eius: et habuit aliquando pater aliquid ſine filio? Abſit. Verũtamen habuit aliquid aliquando deus filius: qđ nondum habuit id ipſe homo filius: quia nõdum erat homo factus ex matre: quando tamẽ habebat vniuerſa cum patre. Quapropter qđ dixit / tui erant: non inde ſe ſeparauit deus fili? ſine quo nihil vnq; pater habuit. Sed ſolet ei tribuere omne qđ poteſt: a quo ẽ ipſe qui poteſt. A quo enim habet vt ſit / ab illo habet vt poſſit: et ſimul vtrũq; ſemper habuit: quia nunq; fuit et non potuit. Quo circa qđ quid potuit pater / ſemper cum illo filius potuit: quoniaz ille qui nunq; fuit et non potuit: nunq; ſine patre fuit: nunq; ſine illo pater fuit. Ac per hoc ſicut pater eternus omnipotẽs: ita filius coeternus omnipotẽs. Jd enim portius verbũ e verbo interpretamur: ſi proprie volumus dicere qđ a grecis dicit παντοκράτορ qđ noſtri non ſic interpretarent: vt omnipotens dicerent: cũ ſit παντοκράτωρ omnitenens: niſi tantũdem valere ſentirent. Quid ergo vnq; habere potuit eternus omnitenens qđ non ſimul habuerit coeternus omnitenens? Quod vtiq; ait: et mihi eos dediſti: hominẽ ſe accepiſſe hãc poteſtatez vt eos haberet oſtendit: quoniã qui ſemper omnipotens fuit: nõ ſemper homo fuit. Quãobrem cum patri potius tribuiſſe videatur: vt ab illo eos acceperit: quoniã ex ipſo eſt quicquid eſt de quo eſt: etiaz ipſe ſibi eos dedit: hoc eſt cum patre deus chriſtus homini chriſto: qđ cum patre nõ eſt hoĩes dedit. Denicq; qui hoc loco dicit: tui erant et mihi eos supra capi dediſti: iam ſuperius eiſdem diſcipulis dixerat: ego vos de pitulo. xv. mundo elegi. Conteratur hic carnalis cogitatio atq; diſpe- et tractatu reat. De mundo ſibi a patre dicit filius datos homines: qui- lxxxvij. bus alio loco dicit. Ego vos de mundo elegi. Quos deus filius de mundo elegit cum patre: idẽipſe homo filius de mundo eos accepit a patre. Non enĩ pater illos filio dediſſet: niſi elegiſſet. Ac per hoc fili? ſicut non inde ſeparauit patrẽ quãdo dixit: ego vos de mundo elegi: quoniã ſimul eos elegit et pater: ſic nõ inde ſeparauit et ſe quando dixit: tui erant: quia et ipſi? filij pariter erant. Nunc autẽ homo idem ipſe fili? accepit eos qui non erant ipſius: quia et formam ſerui accepit deus idem: que nõ erat ipſius. Sequitur ac dicit. [Et ſermo E nem tuũ ſeruauerunt. Nunc cognouerũt quia omnia que dediſti mihi abs te ſunt:] id eſt cognouerunt qz abs te ſunt. Simul enĩz pater dedit omnia: cum genuit qui haberet omnia. [Quia verba (inquit) que dediſti mihi dedi eis: et ipſi acceperunt:] id eſt intellexerũt atq; tenuerunt. Tunc enĩ verbuz accipitur: quãdo mente percipitur. [Et cognouerunt (inqt) vere quia a te exiui: et crediderunt quia tu me miſiſti:] et hic ſubaudiendũ eſt vere. Quod enim dixit cognouerunt vere: exponere voluit adiũgendo: et crediderunt. Hoc itaq; crediderunt vere: qđ cognouerunt vere: idem eſt enĩ a te exiui: qđ eſt tu me miſiſti. Cum ergo dixiſſet cognouerũt vere: ne quiſq; putaret iſtam cognitionem tanq; per ſpeciẽ factam nõ per fidem: exponendo addidit: et crediderũt: vt ſubaudiam? vere: et intelligamus hoc dictum eſſe cognouerũt vere: quod ẽ crediderunt vere. Non eo modo quẽ ſignificauit paulo ante cum dixit. Modo creditis. Venit hora et iam venit: vt diſp- ã. tractatu gamini vnuſq;ſq; in propria: et me ſolũ relinquatis. Sed cre- ciij. diderunt vere: id eſt quomodo credẽdum eſt inconcuſſe: firme: ſtabiliter: fortiter: non iam in ꝓpria rediturí et chriſtum relicturi. Adhuc ergo diſcipuli non erãt tales quales eos dicit verbis preteriti tẽporis quaſi iam non eſſent: prenunciãs quales futuri eſſent: accepto ſcilicet ſpiritu ſancto qui eos ſicut promiſſum eſt doceret oĩa: quem priuſq; acciperent: quomodo ſeruauerũt eius ſermonẽ: quod de illis quaſi fecerint dixit: quando primus eorum ter eum negauit: cũ ex ore eius Mat. xxvj audiſſet quid futurum eſſet homini qui eũ coram hominib? negauiſſet? Dedit ergo eis verba ſicut dixit: que dedit ei pater. Sed quando illa non foris in auribus ſed intus in cordibus ſpiritualiter acceperunt: tunc vere acceperũt: quia tunc vere cognouerũt: vere autem cognouerunt: quia vere crediderunt. Ipſi autem filio quomodo pater ea verba dederit: q̃ bus verbis homo poterit explicare. Facilio: ſane queſtio videtur: ſi ſecunduz id quod fili? eſt hominis accepiſſe a patre illa verba credatur: quãq; natus ex virgine: quando et quomodo ea didicerit quis: enarrabit: quando etiam ipſam que de virgine facta eſt generationẽ eius quis enarrabit? Si verosecundũ id quod eſt de patre genit? patriq; coeternus accepiſſe a patre iſta verba cogitatur: nihil ibi temporis cogitetur quaſi prius fuerit qui ea nõ habuerit atq; vt haberet q̃ nõ habebat acceperit: quoniã quicquid deus pater deo filio dedit / gignendo dedit: ita enĩz dedit filio pater ſine quibus filius eſſe non poſſet: ſicut ei dedit vt eſſet. Nã quomodo aliter verbo verba daret aliq̃: in quo ineffabiliter dixit omnia? Sed iam que ſequũtur alio ſunt expectanda ſermone.

Tractatus.cvij.

C Ego pro eis rogo nõ pro mũdo rogo: ſed pro his quos dediſti mihi qz tui ſũt. Et mea oĩa tua ſunt et tua mea ſunt: et clarificatus ſum in eis. Et iam nõ ſum i mũdo: et hi i mũdo ſunt et ego ad te venio. Pater ſancte: ſerua eos in noĩe tuo quos dediſti mihi vt ſint vnũ ſicut et nos. Cũ eſſe cũ eis ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti

Expositio diui Augustini In euãgeliũ scdm Johãnẽ.

mihi ego custodiui et nemo ex eis periit nisi filius perditionis: vt scriptura impleat. Nunc autẽ ad te venio: ⁊ hec loquor in mundo vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

A

Cum de his quos iã discipulos habebat dominus loqueret ad patrez inter alia etiã dixit hoc. [Ego pro eis rogo: non p mundo rogo: sed pro his quos dedisti mihi.] Mundum vult modo intelligi qui viuunt fm concupiscentiam mundi: et non sunt in ea sorte gratie vt ab illo eligantur ex mundo. Non itaq; pro mundo sed pro his quos ei pater dedit rogare se dicit. Per hoc enim quod eos illi pater iam dedit: factum est vt nõ pertineant ad eum mundũ pro quo non rogat. Deinde subiungit: [quia tui sunt.] Neq; enim quia pater eos filio dedit: amisit ipse quos dedit: cum adhuc filius sequatur et dicat. [Et mea omnia tua sunt: ⁊ tua mea sunt.] Vbi satis apparet quomodo vnigeniti filij sint omnia que sunt patris: per hoc vtiq; q; etiam ipse deus est: et de patre patri est nat⁹ equalis: non quomodo dictũ

Luce. xv. est vni ex duobus filijs maiori scilicet: tu mecũ es semper et omnia mea tua sunt. Illud enim dictũ est de his omnib⁹ creaturis que infra creaturam rationalem sunt: que vtiq; subdũ tur ecclesie: in qua vniuersa ecclesia et illi duo intelliguntur filij maior et minor: cum omnibus angelis sanctis quib⁹ erimus equales in regno christi et dei. Hoc autẽ ita dictum est: et mea omnia tua sunt: et tua mea: vt hic sit etiã ipsa creatura rationalis: que nõ nisi deo subditur vt ei que infra illam sunt cuncta subdant. Hec ergo cum sit dei patris: nõ simul esset ⁊ filij: nisi patri esset equalis. De ipsa quippe ait cum diceret: non pro mundo rogo sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt: et mea omnia tua sunt ⁊ tua mea. Nec phas est vt sancti de quib⁹ hec locutus est cuiusq; sint: nisi eius a quo creati et sanctificati sunt. Ac per hoc ⁊ omnia que ipsorũ sunt: necesse est vt eius sint cuius ⁊ ipsi sunt. Ergo cum et patris et filij

supra tractatu. c. sint: equales eos esse demonstrat quor equaliter sunt. Illud autẽ quod ait cũ de spiritu sancto loqueretur: omnia que habet pater mea sunt: propterea dixi quia de meo accipiet ⁊ annunciabit vobis. De his dixit que ad ipsam patris pertinẽt diuinitatez: in quibus illi est equalis omnia que habet habẽdo. Neq; enim spiritus sanctus de creatura que patri est subdita ⁊ filio fuerat accepturus qõ ait: de meo accipiet / sed vtiq; de patre de quo procedit spiritus: de quo est natus et filius.

supra tractatu. cv. [Et clarificatus sum (inquit) in eis.] Nũc suam clarificationem tanq; facta sit dicit: cũ adhuc esset futura. Superius autem a patre poscebat vt fieret. Sed vtrum ipsa sit clarificatio

B

de qua dixerat: ⁊ nũc clarifica me tu pater apud temetipsum: claritate quã habui priusq; mũdus esset apud te: vtiq; requirendũ est. Si enim apud te: quomodo in eis. An cũ hoc ipm innotescit eis: ac per ipsos omnibus qui credũt eis testibus suis? Possumus plane intelligere sic dixisse dominũ de apostolis: quod clarificat⁹ sit in eis. Dicendo enim esse iam factũ: ostendit iam fuisse predestinatum et certus habere voluit qõ esset futurũ. [Et iam (inquit) non sum in mũdo: ⁊ hi in mũdo sunt.] Si horam prorsus illam qua loquebatur attendas: vtiq; adhuc in mundo erant: et ipse scilicet et illi de quibus hec dicebat. Non enim secundũ prouectum cordis et vite id accipere possumus vel debem⁹: vt illi adhuc esse propterea dicantur in hoc mundo qõ mundana adhuc sapiant: ille autez iam non esse in mũdo sapiendo diuina. Positum est hic enim verbum vnum: qõ nos ita intelligere omnino non sinat: quia non ait / et non sum in mũdo / sed iam non sum in mundo: per hoc ostẽdens fuisse se in mũdo / iam non esse. Nunquid ergo fas est vt eum credamus aliquando mundana sapuisse: et ab hoc errore liberatum iam non illa sapere? Quis tam impio sensu se induerit. Restat igitur vt fm id quod ipse etiam in mundo prius erat: in mũdo se dixerit iam non esse: profecto presentia corporali mundo scilicet absentiam suam iam cito futuram: illorũ autem tardius per hoc ostendens q; se iã non hic esse: illos autem hic esse dixit: cum ⁊ ipse hic et illi adhuc essent. Sic enim est locutus homo congruẽs hominibus: vt mos loquendi sese habet et humanus vsus. An non quotidie dicimus / iam non est: de aliquo quãtocius abituro? Et maxime hoc de moriturus solet dici: qõq; et ipse dominus tanq; preuidens quid lecturos moueri posset adiecit: [et ego ad te venio:] sic exponẽs quodãmodo cur dixerit / iam nõ sum in mundo. Commẽdat ergo eos patri quos corporali absentia relicturus est dicẽs. [Pater sancte: serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi.] Nempe sicut homo deum rogat pro discipulis suis quos accepit a deo. Sed attende quid sequitur [Vt sint (inquit) vnum sicut et nos.] Non ait vt nobiscũ sint vnum: aut minus vnum ipsi et nos: sicut vnũ sumus nos: sed ait: vt sint vnũ sicut et nos. Ipsi vtiq; in natura sua sint vnũ: sicut et nos in nostra vnum sumus. Quod procul dubio verũ non diceret: nisi secundum hoc diceret quod eiusdem nature deus est cuius et pater: secundum quod alibi dixit: ego et pater vnum sumus: nõ fm id quod etiam homo est: nam fm hoc / pater maior me est dixit. Sed quoniã vna eademq; persona est deus et hõ: intelligimus hominez in eo quod rogat: intelligimus autem deum in eo quod vnum sunt et ipse ⁊ ille quem rogat. Sed est adhuc cõsequentib⁹ locus: vbi de hac re diligentius disputandum est. Hic autem sequitur. [Cum essem cum eis: ego seruabam eos in nomine tuo.] Me inquit veniẽte ad te serua eos in nomine tuo: in quo eos quando cũ eis eram et ipse seruabam. In nomine patris seruabat discipulos suos filius homo / cum eis humana presentia constitutus. Sed etiã pater in nomine filij seruabat: quos in nomine filij petentes exaudiebat. Vbi quippe idem filius dixerat. Amen amẽ dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Neq; hoc tam carnaliter debemus accipere velut vicissim nos seruent pater et filius: amborum in nobis custodiẽdis alternãte custodia: quasi succedat ali⁹ quãdo discesserit alius. Simul enim nos custodiunt pater ⁊ filius et spiritus sanctus: qr vnus est verus beatus deus. Sed scriptura nos non leuat nisi descendat ad nos: sicut verbum caro factum descendit vt leuaret: non cecidit vt iaceret. Si descẽdentem cognouimus: cum leuante surgamus: ⁊ intelligam⁹ cum ita loquitur / personas eum distinguere nõ separare naturas. Quando ergo seruabat discipulos suos filius presentia corporali: non expectabat pater ad custodiendum succedere filio discedente / sed eos ambo seruabant potentia spirituali / ⁊ quando ab eis abstulit filius presentiam corporalez: tenuit cum patre custodiam spiritualẽ / quia ⁊ custodiendos quando filius homo accepit: custodie paterne non eos abstulit / ⁊ cum pater filio custodiendos dedit / non dedit sine ipso cui dedit: sed dedit homini filio non sine deo eodẽ ipso vtiq; filio. Sequitur ergo filius ⁊ dicit. [Quos dedisti mihi custodiui: et nemo ex his periit / nisi filius perditionis / vt scriptura impleatur.] Filius perditionis dictus est traditor christi: perditioni predestinatus / secundũ scripturam que de illo in psalmo cẽtesimo et octauo maxime prophetatur. [Nunc autem (inquit) ad te venio: et hec loquor in mundo vt habeant gaudiuz meum impletũ in semetipsis.] Ecce in mundo se loqui dicit / qui pauloante dixerat / iam non sum in mũdo. Qõ cur dixerit ibi exposuim⁹: immo ipsum id exposuisse docuimus. Ergo et quia nõdum abierat hic adhuc erat: et qr moriturus erat abiturus / hic quodammodo iam non erat. Qõ sit autem hoc gaudium de quo ait / vt habeant gaudium meũ impletum in semetipsis / iam superius expressum est vbi ait: vt sint vnum sicut et nos. Hoc gaudium suum: id est a se in eos collatum in eis dicit implendum / propter qõ locutum se dixit in mũdo. Hec est pax illa et beatitudo in futuro seculo / propter quã consequendam temperanter et iuste et pie viuendũ est in hoc seculo.

supra. xv.

supra. xv.

Tractatus. cviij.

Ego dedi eis sermonẽ tuum: et mundus eos odio habuit: quia non sunt de mundo sicut ⁊ ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo de mundo non sunt sicut ⁊ ego non sum de mũdo: sanctifica eos in veritate sermo tuus veritas est: sicut tu me misisti in mũdum: et ego misi eos in mundum ⁊ pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint et ipsi sanctificati in veritate.

A

Loquens adhuc dominus ad patrem et orans pro discipulis suis dicit. [Ego dedi eis sermonez tuũ et mundus eos odio habuit.] Nondum id experti

J. trac. cx.

ẽ. trac. x.

ẽ. xiiij.

C

ẽ. tractatu. cvj.

fuerant passionibus suis que illos postea sunt secute. Sed more suo dicit ista: verbis preteriti temporis futura prenuncians. Deinde causaz subiciens cur eos oderit mundus: [qz non sunt (inquit) de mundo: sicut et ego non sum de mundo.]
supra.xv. Hoc eis regeneratione collatū est. Nam generatione de mūdo erant: propter quod iam eis dixerat / ego vos de mundo elegi. Donatuz est ergo eis vt sicut ipse nec ipsi essent de mūdo: eos ipso liberante de mundo. Ipse autem de mundo nunq̄ fuit / quia etiam secundū formā serui de spiritu sancto ipse natus est: de quo illi renati. Nam si propterea illi iam nō de mundo quia renati sunt de spiritu sancto: propterea ille nunq̄ de mundo quia natus est de spiritu sancto. [Non rogo (inquit) vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo.] Adhuc enim necessarium habebant q̄uis iam non essent de mūdo: esse tamē in mundo. Repetit eandem sententiā. [De mūdo (inquit) non sunt / sicut et ego non sum de mundo: sanctifica eos in veritate.] Si ceni seruantur ex malo / quod superi⁹ orauit vt fieret. Queri autem potest quomodo de mundo iā non erant si sanctificati in veritate nondum erant: aut si iam erant / cur poscat vt sint. An quia et in veritate sanctificati in eadem proficiunt sanctitate fiuntq̄ sanctiores? Neq̄ hoc sine adiutorio gratie dei / sed illo eoruz sanctificante profectū
Phil.j. qui sanctificauit inceptum. Unde et apostolus dicit. Qui in vobis opus bonum cepit: perficiet vsq̄ in diem christi iesu. Sanctificant itaq̄ in veritate heredes testamenti noui: cuius veritatis vmbre fuerūt sanctificationes veteris testamēti / et cum sanctificātur in veritate: vtiq̄ sanctificant in chri-
ē.cxiiij. sto qui veraciter dixit. Ego sum via veritas et vita. Itē quā-
ē.cviij. do ait / veritas liberabit vos / paulo post exponens quid dixerit: si vos inquit filius liberauerit / tunc vere liberi eritis: vt ostenderet hoc se prius dixisse veritatem q̄ postmodum filium. Quid ergo aliud z hoc loco dixit: sanctifica eos in veritate / nisi sanctifica eos in me? Deniq̄ sequitur: et hoc apertius insinuare nō desinit. [Sermo (iquit) tuus veritas est.] Quid aliud dixit / q̄ ego veritas sum. Grecum quippe euangelium: logos habet / quod etiam ibi legitur vbi dictum est. In principio erat verbum / et verbum erat apud deum: z deus erat verbum. Et vtiq̄ verbum ipsum nouimus vnigenitum dei filium: quod caro factū est z habitauit in nobis. Unde et hic potuit poni: et in quibusdam codicibus positū est / verbum tuum veritas est: sicut in quibusdam codicibus etiam ibi scriptum est: in principio erat sermo. In greco autem sine vlla varietate: z ibi et hic logos est. Sanctificat itaq̄ pater in veritate: id in verbo suo in vnigenito suo suos heredes eiusq̄ coheredes. Sed nunc adhuc de apostolis loqtur. Nā
B secutus adiungit. [Sicut me misisti in mundum: et ego misi eos in mundum. Quos misit nisi apostolos suos? Nam z ipsum nomen apostolorum quoniam grecum est: nihil nisi missus significat in latino. Misit ergo deus filiuz suū non in car-
Rom.viij. ne peccati: sed in similitudine carnis peccati. Et misit filius
j.Tim.ij. eius eos quos natos i carne peccati / sanctificauit a labe peccati. Sed quoniam per hoc quod mediator dei et hominum homo christus iesus factus est caput ecclesie / illi sunt mēbra eius: ideo ait quod sequitur: [et ego pro eis sanctifico me ipsum.] Quid est enim et pro eis ego sanctifico meipsum: nisi eos in meipso sanctifico cum et ipsi sint ego? Quoniam de q̄bus hoc ait vt dixi membra sunt eius / et vnus est christus caput et corpus: docēte apostolo atq̄ dicente de semine abrae.
Gal.iij. Si autem vos christi / ergo semen abrae estis. Cum dixisset superius / non dicit z seminibus tanq̄ in multis: sed tanq̄ in vno z semini tuo quod est christus. Si ergo semen abrae hoc est christus: quid aliud dictum est quibus dictum est: ergo semen abrae estis / nisi ergo christi estis? Inde est quod alio lo-
Col.j. co idem ipse apostolus ait. Nunc gaudeo in passionibus pro vobis: et adimpleo ea que desunt pressurarum christi in carne mea. Non dixit pressurarum mearum sed christi quia mēbrum erat christi: et in persecutionibus suis quales christuz in suo toto corpore pati oportebat: etiam ipse pressuras eius pro sua portione adimplebat. Quod vt etiam hoc loco certū sit: attende sequentia. Cum enim dixisset / et pro eis ego sanctifico meipsum: vt itelligeremus hoc eum dixisse quod eos sanctificaret in se: ipse mox addidit: [vt sint et ipsi sanctificati in veritate.] Quod quid est aliud q̄ in me: siquid quod veritas est verbum illud in principio deus: in quo z ipse filius hominis sanctificat⁹ est ab initio creationis sue: quādo verbum factum est caro: quia vna persona facta est verbum z homo / tunc ergo sanctificauit se in se: hoc est se hominē in se verbo. Sed quia vnus est christus verbum et homo sanctificās hominem in verbo: propter sua vero membra: z pro eis inq̄t ego: id est quod prosit etiam ipsis quia et ipsi sunt ego: sicut profuit mihi in me quia homo sum sine ipsis. Et ego sanctifico meipm: hoc est ipsos in me: tanq̄ meipsum sanctifico ego quoniam in me etiam ipsi sunt ego: vt sint ipsi sanctificati in veritate. Quid est et ipsi / nisi quēadmodum ego in veritate: quod ipse sum ego? Deinde iam non solum de apostolis: sed etiam de suis ceteris mēbris incipit dicere: qō donante ipso alio sermone tractandum est.

Tractatus.cix.

Non pro his rogo tantū sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me.

A Dominus iesus iam sua propinquante passione cū orasset pro discipulis suis quos z apostolos nominauit / cum quibus cenauerat vltimam cenam: de qua traditor eius per buccellā manifestatus exierat / et cum quibus post eius egressum anteq̄ pro eis oraret / multa iam fuerat locut⁹: adiungit et ceteros qui in eum fuerant credituri / z ait ad patrem. [Non pro his autem rogo tā tum: id est pro discipulis qui cum illo tunc erant: [sed et pro eis (inquit) qui credituri sunt per verbum eorū in me.] Ubi omnes nos intelligi voluit: non solum qui tunc erant in carne: sed etiam qui futuri erant. Quotquot enim postea crediderūt in eum / per verbum apostolorū sine dubio crediderūt: et donec veniat credituri sunt. Ipsis enim dixerat. Et vos testimoniuz perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Et per ē.xv.v. eos euangelium ministratum est z anteq̄ scriberetur. Et vtiq̄ quisquis in christum credit / euangelio credit. Non itaq̄ intantum intelligendi sunt quos ait credituros in se per verbum eoruz qui ipsos cum in carne viuerent apostolos audierunt. Sed et post obitum eorum et nos longe post nati per verbum eorum credimus in christum: quoniam ipsi qui cū illo tunc fuerant: qō ab illo audierunt ceteris predicauerūt: atq̄ ita verbum eorum vt etiaz nos crederemus ad nos vsq̄ peruenit vbicūq̄ est eius ecclesia / et peruenturum est ad posteros quicunq̄ vbicunq̄ in eum credituri sunt postea. Po- B test itaq̄ videri iesus in hac oratione non orasse pro quibusdam suis: nisi diligenter scrutemur in eadem oratione verba eius. Si enim pro eis prius orauit sicut iam ostendimus qui cum illo tunc erant: postea vero etiam pro eis qui per verbū eorum in illum fuerant crediturī / potest dici nō orasse pro illis qui neq̄ tunc erant cum illo quando ista dicebat: neq̄ per verbum eorū postea / sed in eum siue per ipsum siue quomodolibet: tamen ante crediderant. Nunquid enim cum illo tūc erat nathanael? Nunquid ioseph ille ab arimathia qui cor- j.xix.d. pus eius a pilato petijt / quem iam discipulum ei⁹ fuisse iste ipse iohannes euangelista testatur. Nunquid maria mater eius et alie femine: quas eius discipulas in euangelio iā tūc fuisse didicimus? Nunquid cum illo tunc erant de quib⁹ se- ē.xij.g. pe dicit idem euangelista: multi crediderunt in eum? Nam vnde erat multitudo illa eorum qui cum ramis partim precedebant: partim sequebantur insidentem iumento dicētes: Mat.xxj. benedictus qui venit in nomine domini: et cum eis pueri de quibus ipse ait fuisse predictum: ex ore infantium et lacten- j.Cor.xv. tium perfecisti laudem? Unde quingenti fratres quibus si- Actu.ū.j. mul post resurrectionē non apparuisset / nisi in eum ante credidissent? Unde illi cētum et nouem qui cum istis vndecim centum et viginti erant: quando simul congregati post eius ascensum expectauerunt et acceperunt promissum spiritum sanctuz. Unde erant isti omnes: nisi ex illis de quibus dictū est: multi crediderunt in eum? Non ergo pro eis tunc saluator orauit: quoniam pro eis orauit qui cum illo tunc erant: et pro alijs qui per verbum eorum in eum non iam crediderant sed fuerant crediturī. Isti autem nec cum illo tunc erant: z in eum iam ante crediderant. Omitto dicere de symeone sene Luce.iij. qui infantulum credidit: de anna prophetissa / de zacharia z elisabeth qui eum prophetauerunt anteq̄ de virgine nasceretur / de filio eorum iohanne precursore eius amico sponsi: qui eum et in spiritu sancto agnouit et absentē predicauit: et

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

alijs agnoscendum cum presens esset ostendit. Hos omitto quoniam respōderi potest orandum pro talibus mortuis nō fuisse: qui cum magnis suis meritis hinc abierant: ⁊ recepti quiescebant. Hoc enim et de antiquis iustis similiter respondetur. Quis enim eorum a dānatione totius masse perditionis que per vnum hominem facta est saluus esse potuisset/nisi in vnum mediatorem dei et hominū in carne venturum reuelante spiritu sancto credidisset? Sed nūquid et pro apostolis orandū fuit: et pro tam multis qui in hac vita adhuc erāt nec cum illo tunc erant: et ante iam crediderant orandū non fuit? Quis hoc dixerit? Intelligendum est igitur qō nondū in eum sic crediderant quomodo in se credi volebat: quādo-
Mat.xvj. quidem ⁊ ipse petrus cui confitenti et dicenti: tu es christus filiꝰ dei viui: tam magnum testimoniū perhibuerat/magis cum mori nolebat quā mortuum resurrecturū esse credebat/ vnde mox ab eo appellat' est sathanas. Fideliores itaq; reperiuntur qui defuncti iam fuerant ⁊ resurrecturum christū reuelante spiritu non vtiq; dubitabant/q̄ illi qui cum crediderant ipsum redempturum israel visa eius morte spem totā q̄ de illo habuerant perdiderunt. Nihil itaq; melius credimus q̄ post eius resurrectionē impartito spiritu sancto edoctis et cōfirmatis apostolis eisq; in ecclesia primitus doctoribus cōstitutis/per eorum verbum sic alios credidisse quēadmodum in christum credi oportebat: id est vt fidem resurrectionis eius tenerent: ac per hoc et illos omnes qui iam in eum credidisse videbantur ad eorum numerum pertinuisse pro quibus orabat dicens. Non pro his autez rogo tantum/
C sed ⁊ pro his qui crediturī sunt per verbū eorum in me. Sed restat nobis ad istam questionem adhuc soluendam beatus
Lu.xxiij. apostolus paulus: et latro ille crudelis in scelere/fidelis in cruce. Paulus q̄ppe apostolus non ab hominibus neq; per hominem sed per iesum christum se dicit factum apostolum: et de ipso suo euangelio loquēs ait. Neq; enim ego ab homi-
Gal.j. ne accepi illud neq; didici: sed per reuelationem iesu christi. Quomodo igitur erat in eis de quibus dictum est: crediturī sunt per verbum eorum in me? Latro vero ille tunc credidit: quando in eis doctoribus fides qua fuerat qualiscunq; defecit. Nec ipse itaq; per eorum verbum credidit in christū iesum: et tamē sic credidit: vt quē viderat crucifixum: confiteretur non solum resurrecturum verūetiam regnaturum dicēdo. Memento mei cum veneris in regnum tuum. Proinde relinquitur: vt si dominus iesus hac oratione pro suis omnibus quicūq; in hac vita que tentatio est superterram: vel tūc erant vel futuri erant: orasse credendus est: sic intelligamus qō dictum est per verbum eorum vt ipsum verbū eorum/verbum fidei qō predicauerunt in mundo hoc significatuz esse credamus. Dictum autē esse verbum eorum quoniā ab ipsis est primitꝰ ac precipue predicatum. Jam enim ab ipsis predicabatur in terra: quando per reuelationē iesu christi ipsuz verbum eorū paulus accepit. Unde et contulit cum eis euā-
Gal.ij. gelium: ne forte in vacū cucurrisset aut curreret/et dextras ei dederunt/quia et in illo fruis non per eos illi datū: tamen verbum suum qō iam predicabant et in quo fundati fuerant inuenerunt. De quo verbo resurrectionis christi idem dicit
j.Cor.xv. apostolus. Siue ego siue illi: sic predicauimus/et sic credi-
Rom.x. distis. Et iterū. Hoc est inquit verbum fidei qō predicam?: quia si confessus fueris in ore tuo quia dominus est iesus: et crediderīs in corde tuo quia deꝰ illum suscitauit a mortuis: saluus eris. Et in actibus apostolorū hoc legitur/qō in chri-
Act.xiij sto deus difinierit fidem omnibus/suscitās eum a mortuis. Hoc verbum fidei qui principaliter ac primitus per apostolos qui ei cohereserant predicatum est: ideō verbum eorum dictum est. Neq; enim propterea nō est verbum dei quia dictū est verbum eorum/cum dicat idem apostolus thessalonicen-
j.Thes.ij. ses excepisse ase nō vt verbum hominum: sed sicut est inquit vere verbum dei. Ideo ergo dei: quia deus id donauit. Eorum verbum vero dictū est: quia hoc predicandum illis deꝰ primitus ac precipue cōmendauit. Ac per hoc etiā ille latro in sua fide verbum eorum habebat qō eorum propterea dictū erat/quoniam predicandum ad eorum officium primitus ac precipue pertinebat. Denicq; cum murmur factuz esset de ministerio mensarum a viduis grecorum anteq; paulus credidisset in christū: responderunt apostoli qui domino ante co-
Act.vj. heserant. Non est bonum nos relinquere verbū dei: et ministrare mensis. Tunc ordinandos diaconos prouiderunt: ne ipsi a predicandi verbi auocarentur officio: vnde merito dictum est verbum eorum qō est verbum fidei: per quod omnes in christum vndecunq; id audierint crediderunt/vel auditurī et crediturī sunt. Ergo illa oratione pro omnibus quos redemit: siue tūc in carne viuentes siue postea futuros redemptor noster orauit/cum rogās pro apostolis qui cum illo tūc erant: adiunxit etiam illos qui per eorum verbum in eū fuerant crediturī. Quid autem adiūctis illis deinde dicat: alia est disputatione tractandum.

Tractatus.cx.

¶ Ut omnes vnū sint sicut tu pater in me et ego in te vt et ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus q; tu me misisti. Et ego claritatē quā tu dedisti mihi dedi eis: vt sint vnum sicut et nos vnum sumus. Ego in eis et tu in me vt sint cōsūmati in vnum: et cognoscat mundus quia tu me misisti et dilexisti eos sicut et me dilexisti.

A Cum dominus iesus orasset pro discipulis suis q̄s tunc secum habebat atq; adiunxisset suos alios dicens. Non pro his autem rogo tantum: sed et pro eis qui crediturī sunt per verbum eorum in me: vt quererem/quid vel quare pro illis rogaret/cōtinuo subintulit dicens. [Ut omnes vnum sint: sicut tu pater in me et ego in te: vt et ipsi in nobis vnum sint.] Et superius cum ad- trac.cxvij. huc pro solis discipulis quos secū habebat oraret: pater sancte inquit serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnum sicut et nos. Hoc ergo nunc etiam ⁊ pro nobis rogauit qō tunc pro illis: vt omnes/hoc est et nos ⁊ illi vnum simus. Ubi diligenter aduertendum est non dixisse dominū vt omnes vnum simus: sed vt omnes vnū sint: sicut tu pater in me: et ego in te: subintelligitur vnum sumus. Quod apertius dicitur postea: q; ⁊ prius dixerat de discipulis qui cū illo erāt: vt sint vnum sicut et nos. Quāobrem ita est pater in filio ⁊ filius in patre: vt vnum sint quia vnius substātie sunt. Nos vero esse quidem in eis possumus/vnū tamen cum eis esse non possumus: q; vnius substantie nos et ipsi non sumus: inq̄tū filiꝰ cum patre deus est. Nam inq̄tum homo est: eiusdē substantie est cuius et nos sumus. Sed nunc illud potius voluit cōmendare quod alio loco ait: ego et pater vnū sumus. Ubi Joh.x. eandem patris ⁊ suam significauit esse naturā. Ac per hoc et cum in nobis sunt pater ⁊ filius vel etiam spiritus sanctꝰ: nō debemus eos putare nature vnius esse nobiscum. Sic itaq; sunt in nobis vel nos in illis: vt illi vnū sint in natura sua: nos vnū in nostra. Sunt quippe ipsi in nobis/tanq̄ deus in templo suo. Sumus autem nos in illis tanq̄ creatura in creatore suo. Deinde cum dixisset/vt et ipsi in nobis vnum sint adiunxit. [Ut mūdus credat quia tu me misisti.] Quid ē hoc? B Nunquid nam tūc crediturus est mundus quādo in patre et filio vnum omnes erimus? Nonne ista est pax illa perpetua: et potius fidei merces q̄ fides? Unum enim erimus: non vt credamus: sed quia credidimus. Sed et si in hac vita ꝓpter ipsam cōmunem fidem/omnes qui vnum credimus vnū sumus iuxta illud apostoli/omnes enim vos vnū estis in chri- Gal.iij. sto iesu: etiam si non credamus: sed quia credidimus vnū sumus. Quid est ergo omnes vnū sint vt mūdus credat? Ipsi quippe omnes mundus est credens. Neq; enim alij sunt qui vnum erunt: ⁊ alius est mundus propterea crediturus q; illi vnum erunt: cum proculdubio de his dicat: vt omnes vnum sint: de quibus dixerat/non pro his tantū rogo: sed ⁊ pro eis qui crediturī sunt per verbum eorum in me/continuo subiungens: vt omnes vnū sint. Isti autem omnes quid est: nisi mūdus: non hostilis vtiq; sed fidelis? Nam ecce qui dixerat/nō s.tracta- pro mundo rogo: pro mundo rogat vt credat: quoniā est mū tu.cvij. dus de quo scriptuz est. Ne cum mundo dānemur. Pro isto j.Cor.xj. mundo non rogat neq; eni quo sit predestinatus ignorat. Et est mundus de quo scriptum est. Non enim venit filius vt iu- Joh.iij. dicet mundū sed vt saluetur mūdus per ipsum. Unde et apostolus: deus inquit erat in christo: mundū reconcilians sibi. ij.Cor.v. Pro isto mundo rogat dicens: vt mundꝰ credat: quia tu me misisti. Per hanc enim fidem mundus reconciliatur deo cū credit ī christū qui est missus a deo. Quomodo ergo intelle-

cturi sumus qđ ait: vt et ipsi in nobis vnū sint: vt credat mūdus: quia tu me misisti: misi quia non in eo causam posuit vt credat mundus quia illi vnum sunt: tanq̄ ideo credat mundus qđ eos esse vnū videt: cum ipse mundus sint omnes qui credendo vnum fiunt. Sed ozando dixit vt mundus credat: sicut ozando dixit vt omnes vnū sint. Ozando dixit: vt ꝛ ipsi in nobis vnū sint. Hoc est enim omnes vnum sint: qđ est mūdus credat: quoniam credendo vnum fiant: profecto vnum: qui cum natura essent vnum: dissentiendo ab vno non erant vnum. Denq̄ si verbum qđ ait rogo: tertio subaudiamus vł potius qđ plenius fiat vbiq̄ ponamus / erit huius expositio sententie manifestior. Rogo vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me: et ego in te. Rogo vt et ipsi in nobis vnum sint: rogo vt mundus credat quia tu me misisti. Ideo quippe addidit qđ dixit in nobis: vt quod vnū efficimur fidelissima charitate: gratie dei nouerimus tribuendū esse non nobis: sicut
Ephe.v. apostolus cum dixisset: fuistis aliquādo tenebre: nunc autez
C lux inquit: ꝛ ne sibi hoc tribuerent adiecit / in domino. Deinde saluator noster rogando patrem: se hominem demonstrabat / nunc demonstrans et seipsum quoniam cum patre deus est facere qđ rogat: [et ego (inquit) claritatē quā dedisti mihi dedi illis.] Quā claritatem / nisi īmortalitatem: quā natura humana in illo fuerat acceptura? Nam nec ipse adhuc acceperat eam: sed more suo propter immobilitatem predestinationis: preteriti tēporis verbis futura significat: qđ nunc clarificandus / hoc est suscitandus a patre / et ipse sit nos ad
supra.v. eam claritatem suscitaturus in fine. Simile est hoc ei qđ alibi dicit. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic ꝛ filius quos vult viuificat. Et quos: nisi eosdem quos pater. Quecunq̄ enim pater facit: nō alia sed hec et filius / nec aliter sed
ē.ij.d. similiter facit. Ac per hoc suscitauit ꝛ seipsum etiaz ipse. Nā vnde est: soluite templum hoc inquit: ꝛ in triduo resuscitabo illud? Proinde immortalitatis claritatez q̄ sibi a patre datam dicit: etiaz se sibi dedisse intelligendus est ꝛ si non dicit. Ideo quippe sepius solum patrē facere dicit qđ et ipse facit cum patre: vt quicqđ est / ei tribuat de quo est. Sed et aliquā do etiam tacito patre se dicit facere qđ ipse facit cum patre: vt intelligamus ita filiuz non esse a patris opere separandū: quando se tacito patre dicit aliquid operari: quēadmodum nec pater ab opere filij separat: quādo ipso tacito filius operari dicitur qđ nihilominus pariter operātur. Cum ergo tacet filius in opere patris operationē suam / humilitatem cōmendat vt sit nobis salubrior. Cum vero vicissim in ope suo tacet operationē patris / paritatem suam cōmendat: ne credatur inferior. Isto modo igitur et hoc loco nec se facit alienum a patris opere: q̄uis dixerit claritatē quā dedisti mihi quia et ipse dedit eam sibi / nec patrem facit alienum ab opere suo: q̄uis dixerit: dedi eis: quia et pater illam dedit eis. Inseparabilia nāq̄ sunt opera non solum patris et filij: verū etiam spiritus sancti. Sicut autem ex eo qđ patrem pro suis omnibus rogauit: hoc fieri voluit vt omnes vnum sint: ita ex hoc etiā suo beneficio qđ ait: claritatem quā dedisti mihi dedi eis id fieri nihilominus voluit. Nam continuo subiecit.
D [Et sint vnum: sicut et nos vnum sumus.] Deinde addidit: [ego in eis: et tu in me: vt sint consummati in vnum.] Vbi se mediatorem inter deum ꝛ hominem breuiter intimauit. Neq̄ enim hoc ita dictū est tanq̄ pater non sit in nobis: aut nos
ē.xiiij.d. in patre non simus: cum et alio loco dixerit: veniemus ad eū et mansionem apud eū faciemus: et hic pauloante non dixerit: ego in eis ꝛ tu in me: qđ dixit modo: aut ipsi i me ꝛ ego in te. Sed tu in me ꝛ ego in te / et ipsi in nobis. Quod ergo nunc ait: ego in eis ꝛ tu in me / ita dictū est ex persona mediatoris: sicut illud quod apostolus ait: vos christi / christus vero dei Quod vero addidit: vt sint consummati in vnū: ostendit eo perduci recōciliationem que fit per mediatorez: vt perfecta beatitudie cui iam nihil possit adjici perfruamur. Unde id quod sequitur: [vt cognoscat mūdus quia tu me misisti:] nō sic accipiendum puto tanq̄ dixerit iterum / vt credat mundus. Aliquando enim et cognoscere pro eo qđ est credere ponitur: vt est quod ait aliquāto superius / et cognouerunt vere
ē.trac.cvj. quia a te exiui: et crediderunt qꝛ tu me misisti. Hoc dixit posterius crediderunt / qđ prius dixerat cognouerūt. Sed hic quādoquidem de consummatione loquitur: talis est intelligenda cognitio qualis erit per speciem: non qualis nunc est per fidem. Nam videt ordo esse seruatus in eo qđ pauloante dixit: vt credat mundus: hic autem: vt cognoscat mundus. Ibi enim q̄uis dixerit / vt omnes vnum sint: ꝛ in nobis vnū sint / non ait tamen / sint consummati in vnum: atq̄ ita subnexuit: vt credat mūdus quia tu me misisti. Hic vero vt sint inquit consummati in vnū: ac deinde non addidit vt credat mūdus: sed vt cognoscat mūdus quia tu me misisti. Quidni enim credimus qđ non videmus / nondum sumus ita consummati quēadmodum erimus cum meruerimus videre qđ credim⁹. Rectissime igitur ibi ait vt credat mūdus / hic vt cognoscat mundus: tamē et ibi ꝛ hic: quia tu misisti: vt nouerimus quā tum pertinet ad patris et filij inseparabilē charitatem / hoc nos modo credere quod tendimus credēdo cognoscere. Si autem diceret vt cognoscāt quia tu me misisti: tantūdem valeret quantū hoc qđ ait / vt cognoscat mundus. Ipsi sunt enī mundus non permanens inimicus: qualis est mundus dānationi predestinatus: sed ex inimico amicus effectus: ꝓpter quem deus erat in christo mundum reconcilians sibi. Ideo
dixi ego in eis: et tu ī me. Tanq̄ diceret. Ego in eis ad quos ij. Cor.v.
misisti me: et tu in me: mundū reconcilians tibi per me. Propterea sequitur etiam illud quod ait. [Et dilexisti eos: sicut et me dilexisti.] In filio qđppe nos pater diligit: quia in ipso E
nos elegit ante constitutionem mundi. Qui enim diligit vni Ephe.j.
genitu: profecto diligit ꝛ membra eius que adoptauit in eū et per eum / nec ideo pares sumus vnigenito filio per quē creati et reconciliati sumus: quia dictum est dilexisti eos sicut ꝛ me. Neq̄ enim semper equalitatez significat qui dicit: sicut illud ita et illud: sed aliquando tantum quia est illud est et illud / aut qꝛ est illud vt sit et illud. Quis enim dixerit eo ꝓprius modo in mundū a christo apostolos missos: quomodo ē ipse missus a patre? Ut enim alias taceā differentias quas commemorare longum est: missi sunt certe illi cum iam homines essent: missus est autem ipse vt homo esset: ꝛ tamen superius ē.tra. cviij
ait: sicut me misit in mūdum: ꝛ ego misi eos in mundū. Tanq̄ diceret. Quia misisti me misi eos ita et hoc loco: dilexisti eos inquit sicut et me dilexisti. Quod nihil aliud est: q̄ dilexisti eos quia et me dilexisti. Non enim membra filij non diligeret qui diligit filium: aut alia causa est diligēdi membra eius: nisi quia diligit eum: sed diligit filiuz scōm diuinitatē: quia genuit illum equalem sibi. Diligit eum etiam fm id qđ homo est: quia ipsum vnigenitum verbum caro factum est: ꝛ ꝓpter verbum est ei caro verbi caro. Nos autē diligit quo modo sumus eius membra quē diligit: ꝛ hoc vt essemus ꝓpter hoc nos dilexit anteq̄ essemus. Qua ꝓpter incōprehē sibilis est dilectio qua diligit de⁹: neq̄ mutabilis. Non enim ex Ephe.j.
eo quo ei reconciliati sumus per sanguinem filij eius nos cepit diligere sed ante mundi constitutionez dilexit nos: vt cū eius vnigenito etiam nos filij eius essemus: priusq̄ omnino aliquid essem⁹. Quod ergo recōciliati sumus deo per mortē filij eius: non sic audiatur: non sic accipiatur: quasi ideo nos recōciliauerit ei filius / vt tam incipere et amare quos oderat sicut reconciliatur inimicus inimico vt deinde sint amici: et inuicem diligant qui oderant inuicem. Sed iam nos diligēti reconciliati sumus ei: cum quo ꝓpter peccatum inimicitias habebamus. Qđ vtrum verum dicā / attestatur apostolus. Commendat inquit dilectionem suā deus in nobis: quo Rom.v.
niam cū adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est. Habebat itaq̄ illam erga nos charitatem etiam cū inimicitias aduersum eum exercētes operaremur iniquitatem et tamē ei verissime dictum est: odisti domine omnes q̄ Ps.v.
F
operantur iniquitatē. Proinde miro ꝛ diuino modo: ꝛ quando nos oderat diligebat. Oderat enim nos quales ipse nō fecerat: ꝛ quia iniquitas nostra opus eius nō omni ex parte cōsumpserat / nouerat simul in vnoquoq̄ nostrū et odisse qđ feceramus ꝛ amare qđ fecerat. Et hoc quidē in omnibus intelligi potest de illo cui vere citer dicitur. Nihil odisti eorū que Sapiē. xj.
fecisti. Non enī quod cūq̄ odisset esse voluisset: aut oīno esset qđ omnipotēs esse noluisset: nisi ꝛ in eo qđ odit esset etiaz qđ amaret. Merito qđppe odit: et velut a regula sue artis alienū improbat vitium. Amat tamē suum etiā in viciosis: vel sanationis beneficium / vel dānationis iudicium: ita et de⁹ nihil odit eorum que fecit: naturarū enim non vitiorum conditor mala que odit ipse non fecit: ꝛ de malis eisdem vel sanādo ea per misericordiam: vel ordinādo per iudiciū bona sunt ipsa

que fecit. Cum igitur eorũ que fecit nihil oderit: quis digne eloqui possit quantũ diligat mẽbra vnigeniti sui et q̃to amplius ipsum vnigenitu3 in quo condita sunt omnia visibilia et inuisibilia: que in suis generib9 ordinata ordinatissime diligit? Membra quippe vnigeniti: ad angelorum sanctorum equalitate3 gratie sue largitate perducit: vnigenitus autem cum sit dominus omniũ: procul dubio est domin9 angelorũ. Natura qua deus est nõ angelis sed et patri potius equalis. Gratia vero qua homo est: quod ãmodo non excedit excellẽtiam cuiuslibet angeli: cũ sit vna ps̃ona carnis ⁊ verbi? Et q̃ non desint qui etiã nos angelis preferant: quia pro nobis inquiunt non pro angelis mortuus est christus: id qđ est aliud q̃ de impietate velle gloriari? Et enĩ christus sicut ait apl's: iuxta tempus pro impijs mortuus est. Hic ergo non meritũ nostrum: sed dei misericordia cõmẽdatur. Nam quale est cõ se velle laudari: quia vitio suo tam detestabiliter egrotauit: vt non possit aliter q̃ medici morte sanari? Nõ est hec nostrorum gloria meritorum: sed medicina morborum. An ideo nos preferimus angelis: quia cũ ⁊ angeli peccauerint: nihil eis tale vt sanarentur impẽsum est: quasi aliquid eis vel parum fuerit impẽsum et nobis amplius? Quod si et hoc factũ esset: adhuc queri posset: vtrum ideo fuisset factum qđ ſteteramus excellentius: an qđ desperatius iacebamus? Cũ vero nouerimus bonorum omniũ creatorem reparandis angelis malis nihil gratie cõtuliſſe / cur non potius intelligimus q̃ tanto damnabilior eorum iudicata sit culpa / q̃ cito erat natura sublimior? Tanto enĩ minus q̃ nos peccare debuerũt: quãto meliores nobis fuerunt. Nunc autẽ in offendẽdo creatore / tanto execrabilius beneficio eius ingrati extiterunt: quãto beneficẽtius sunt creati. Nec eis satis fuit desertores esse illius: nisi et nostri fierent decceptores. Hoc itaq̃ nobis magnum bonum conferet qui dilexit nos sicut dilexit christum: vt propter ipsum cuius membra nos esse voluit: equales angelis sanctis simus: quibus et natura inferiores cõditi sumus: et peccato idignores facti: qui eorum fieri qualescunq̃ socij deberemus.

Tractatus. cxj.

Pater quos dedisti mihi: volo vt vbi sum ego et illi sint mecũ: vt videãt claritatẽ meam quã dedisti mihi / q̃ dilexisti me ante cõstitutionem mũdi. Pater iuste mũdus te non cognouit / ego aũt te cognoui / et hi cognouerunt q̃ tu me misisti / et notum feci eis nomẽ tuum ⁊ notum faciã / vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis.

A TAm magnam spem dominus iesus suos erigit: qua maiorem omnino esse nõ possit. Audite ⁊ estote in spe gaudentes propter qđ vita ista non amãda sed tolleranda sit: vt esse possitis in eius tribulatione patientes. Audite inq̃t: et quo spes vestra leuek attendite. Christus iesus dicit: filius dei vnigenitus qui patri coeternus et equalis est dicit: qui ꝓpter nos homo factus est sed sicut omnis homo mendax non factus est dicit / via / vita / veritas dicit: qui mundum vicit de his quibus vicit: dicit. Audite credite: sperate: desiderate qđ dicit. [Pater (inquit) quos dedisti mihi: volo vt vbi ego sum et illi sint mecum.] Qui sunt isti quos ait a patre datos sibi? Nonne illi de quib9 alio loco dicit: nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eũ? Jã quomodo ea que fieri dicit a patre: faciat ipse cum patre: si quid in hoc euangelio profecimus nouimus. Ipsi sunt ergo quos a patre accepit: quos ⁊ ipse elegit de mundo atq̃ eligit vt iam non sint de mundo sicut nõ est ⁊ ipse de mundo: vt sint tamen etiam ipsi mundus credens ⁊ cognoscens q̃ christus a deo patre sit missus: vt mundus ex mundo liberaretur: ne mundus deo reconciliãdus cum mundo inimicissimo dãnaretur. Sic enim ait in hui9 oratonis exordio: dedit ei potestatez omnis carnis: id est omnis hominis: vt omne qđ dedisti ei det eis vitam eternam: vbi ostendit potestatez se quidẽ omnis hominis accepisse vt liberet quos voluerit: dãnet q̃s voluerit: qui viuos et mortuos iudicabit: sed eos sibi esse daturos quibus omnibus det vitã eternam. Sic enim ait: vt omne qđ dedisti ei det eis vitam eternam: ꝓinde non ei dati sunt quibus vitam non dabit eternam: q̃nus et ipsorum potestas data sit cui potestas data cõmunis carnis: id est oĩs hominis. Jta mũdus reconciliatus ex inimico liberabitur mũdo: cum in illũ exerit potestatem suã vt eum in mortez mittat eternam. Hunc aũt facit suum: cui vitam donat eternã. Qua propter oĩbus prorsus oubus suis bonus pastor: oĩbus mẽbris suis magnũ caput promisit hoc premiũ / vt vbi ipse est ⁊ nos cum illo simus. Nec poterit nisi fieri qđ omnipotẽti patri se velle dixit oĩpotens filius. Vbi est enim et spiritus sanctus pariter etern9 pariter deus: spiritus vnus duorũ ⁊ substantia volũtatis amborũ. Nam illud qđ dixisse legitur propinquãte passione: verũ non qđ ego volo sed quod tu vis pater: quasi alia patris alia filij sit voluntas aut fuerit: son9 est nostre infirmitatis q̃nus fidelis quã in se caput nostrũ transfigurauit: quando etiam peccata nostra portauit. Ună vero esse patris ⁊ filij voluntatẽ: quorum etiã spirit9 vnus est: quo adiuncto cognoscimus trinitatẽ / et si intelligere nondũ permittit infirmitas: credat pietas. Sed quoniã quibus promiserat: ⁊ q̃ firma sit ipsa promissio: pro sermonis breuitate iam dixim9 / hoc ipsum quantũ valemus quid sit qđ dignatur ꝑmittere videamus. Quos dedisti mihi inq̃t: volo vt vbi ego sum ⁊ ipsi sint mecũ. Quantũ attinet ad creaturam in qua factus est ex semine dauid fm carnem: nec ipse adhuc erat vbi futur9 erat. Sed eo modo dicere potuit vbi ego sum: quo intelligeremus q̃ cito fuerat ascensurus in celũ: vt iam ibi esse se diceret vbi fuerat mox futurus. Potuit et illo modo quo ante iam dixerat loquẽs ad nichodemũ: nemo ascendit in celum / nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Nam ⁊ ibi non dixit erit sed est ꝓpter vnitatẽ persone: in qua et deus hõ est: ⁊ homo de9. In celo ergo nos futuros esse promisit. Illa enĩ forma serui leuata est quã sumpsit ex virgine: et ad patris dexterã collata ꝓpter spem tãti huius boni. Et apostolus ait. Deus aũt qui dives est in misericordia ꝓpter multã charitatem qua dilexit nos: et cũ essemus mortui peccatis cõuiuificauit nos in christo: cuius gr̃a sum9 salui facti: et simul excitauit ⁊ simul sedere fecit in celestib9 in christo Ie su. Hoc ergo potest itelligi dixisse dominũ: vt vbi ego sum et illi sint mecum. Et ipse quidez de se dixit qđ ibi iam esset. De nobis autem velle se dixit vt essemus ibi cũ illo / non quod iã essemus ostendit. Apostolus autez q̃ dominus velle se dixit vt fieret / tanq̃ factu3 fuerit est locutus. Non enĩ ait excitaturus est nos ⁊ in celestibus sedere facturus: sed excitauit et sedere in celestibus fecit: quia nõ inaniter sed fideliter iam deputat factum: qđ futurũ3 esse nõ dubitat. Quod vero attinet ad formã dei in qua equalis est patri: si scõm eam velim9 intelligere quod dictũ est: volo vt vbi ego sum et illi sint mecũ: abscedat ab animo omnis imaginũ corporalium cogitatio: quicquid menti occurrerit / longum / latũ / crassum / qualibet luce corporea coloratum: per quelibet locorũ spacia vel finita vel infinita diffusum. Ab his omnib9 quantũ potest aciem sue contẽplationis vel intẽtionis auertat: ⁊ non inquirat eq̃lis patri filius vbi sit: q̃n nemo inuenit vbi non sit. Sed qui vult querere / querat potius vt cũ illo sit: non vbiq̃ sicut ille: sed vbicũq̃ esse potuerit. Qui enĩ homini penaliter pẽdenti et salubriter confitẽti ait: hodie mecũ eris in paradiso: fm id qđ homo erat: anima ei9 ipso die futura fuerat in inferno: caro in sepulchro. Scõm autẽ id qđ deus erat / vbiq̃ et in paradiso erat: et ideo latronis anima a pristinis facinorib9 absoluta / et illius munere iam beata: q̃nus vbiq̃ sicut ille esse nõ poterat: tamẽ etiaz ipso die cũ illo in paradiso poterat: vnde ille qui vbiq̃ semper est non recesserat. Propterea nimirum non ei satis fuit dicere: volo vt vbi ego sum ⁊ illi sint: sed addidit mecum. Esse cũ illo enim magnũ bonum est. Nam et miseri esse possunt vbi est ille: quoniã quicunq̃ vbicũq̃ fuerint est ⁊ ille. Sed beati soli sunt cũ illo quia beati esse nõ poterunt nisi ex illo. An non deo veraciter dictũ est: si ascendero in celum tu ibi es: ⁊ si descendero ad infernũ ades? Aut vero christus nõ est dei sapientia / que attingit vbiq̃ propter suã munditiam? Sed lux lucet in tenebris: nec eam tenebre comprehendunt. Ac per hoc vt de re visibili q̃nus longe dissimile qualecunq̃ sumamus exemplum: sicut cecus etiam si ibi sit vbi lux est / non est tamen ipse cum luce: sed absens est a presenti: ita infidelis atq̃ impius aut etiam si fidelis et pius / nondũ

B

C

Matthei xxvj.

Rom. j.

ẽ.iij.

Ephe.ij.

Lu. xxiij.

Psalm. cxxxviij. Sapiẽ. vij Joh. j.

ẽ.vj.c.

ẽ.xvij.a.

tamen ad intuendum lumen sapientie idoneus / etiam si esse nusq̃ possit vbi nō sit et christus: non est tamē ipse cū christo dumtaxat per speciem. Nam hominē pie fidelem non est du-
Wat.xij. bitandū cum christo esse per fidem. Propter qō dicit. Qui non est mecum aduersus me est. Sed cum patri deo dicebat: quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum: de specie illa omnino dicebat in qua videbimus eum sicuti est. Ne modo serenissimū sensum nubilosa contradictione pturbet: cōsequentia perhibeāt testimonium precedentib⁹ verbis. Nempe cum dixisset / volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum / cōtinuo secutus adiunxit. [Vt videant claritatem meā quā dedisti mihi qz dilexisti me ante constitutionez mūdi.] Vt videant dixit non vt credant. Fidei merces est ista nō fi-
Heb.xj. des. Si enīz fides ad hebreos in epistola recte diffinita est: conuictio rerum que non videntur / cur non merces fidei definatur visio rerum que credite sperabant? Cum viderim⁹ enim claritatem quā dedit pater filio: etiā si eam dici hoc loco intelligamus / non quā pater equali filio gignens eum dedit: sed quā facto homini filio dedit ei post mortē crucis: quā do ergo videbim⁹ ullam filij claritatem: profecto tunc fiet iu-
Esa.xxvj. dicium viuorum atq̃ mortuorum. Tunc tolletur impius vt
fm aliam translationem. non videat claritatem dei. Et nisi illam qua deus est? Beati enim mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Nec mundi corde sunt impij propterea non videbunt. Tunc ibunt ipsi in supplicium eternum. Sic enim tolletur impius ne vide-
Wat.v. Wat.xxv. ō.xvij. at claritatez dei: iusti autem ibunt in vitam eternam. Et que est vita eterna? Vt cognoscant inquit te solum verum deum et quem misisti iesum christum. Non vtiq̃ sicut eum cognouerunt / qui licet non mundi corde tamen in forma seruili clarificata iudicantem videre potuerunt. Sed sicut cognoscendus est a mundis corde solus verus deus: cum patre et spiritu sancto filio: quia ipsa trinitas est solus verus deus. Si ergo scōm id quod filius dei deus est patri eqlis atq̃ coetern⁹: accipiamus hoc dictum / volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum: in patre cum christo erimus. Sed ille sicut ille / nos sicut nos vbiciq̃ corpore fuerimus. Si enī loca dicenda sunt et quibus non corpora continentur: et locus est cuiq̃ rei vbi est: locus christi eternus vbi semper est / ipse pater est ⁊ locus patris filius est: quia ego inquit in patre / et pater in me est.
ō.xiiij.c. ō.tra.cx.a. Et in hac oratione / sicut tu pater inquit in me ⁊ ego in te. Et locus interea noster ipsi sunt / quia sequitur: vt et ipsi in nobis vnum sint. Et nos locus dei sumus / quoniam templum eius sumus / sicut orat pro nobis qui mortuus est pro nobis: viuitq̃ pro nobis vt in ipsis vnum simus: quia factus est in
Pō.lxxv. D pace locus eius / ⁊ habitatio eius in syon: q̃ nos sumus. Sed quis idoneus loca ista vel que sunt in locis istis sine spaciosis capacitatibus et sine corporeis molibus cogitare? Non parum tamē proficitur / si saltem quicquid tale oculo cordis occurrit / negatur / respuitur / improbatur. Et lux quedam in qua ista neganda / respuenda / improbanda cernuntur / sicut potuerit cogitatur: et q̃ sit certa cognoscitur ⁊ amatur: vt inde surgatur atq̃ ad interiora tendatur. Que cum penetrare mens inualida et minus q̃ illa sunt pura nequiuerit / non sine amoris gemitu et desiderij lachrimis inde pellatur: ⁊ patienter ferat q̃diu fide mūdetur / atq̃ vt illic habitare valeat sanctis moribus preparetur. Quomodo ergo nō erimus cū christo vbi est: quādo in patre cum illo erimus in quo est. Ne
Col.iij. q̃ hinc apostolus nobis q̃uis nondum rem tenentibus: sed tamen spem gerentibus tacuit. Ait enīz. Si resurrexistis cū christo que sursuz sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens / que sursum sunt sapite non que super terraz. Mortui enim estis inquit: ⁊ vita vestra abscondita est cum christo in deo. Ecce interim fide ac spe vita nostra vbi christus est cuz illo est: quia cum christo in deo est. Ecce velut iam factū est qō orauit vt fieret dicens: volo vt vbi ego sum ⁊ ipsi sint mecum Sed nunc per fidē: quando autem fiet per speciem? Cū christus inquit apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Tunc apparebimus qō tunc erimus: quia tunc apparebit non inaniter nos id credidisse ac speraſſe anteq̃ essemus. Faciat hoc filius qui cum dixisset vt videant claritatez meā quā dedisti mihi / continuo subiunxit: [qz dilexisti me ante constitutionem mundi.] In illo enim dilexit et nos ante constitutionem mundi: et tunc predestinauit qō in fine facturus est mundi. [Pater (inquit) iuste: mund⁹ te non cognouit: quia iustus es: ideo te nō cognouit. Mundus quippe ille dānationi predestinatus merito non cognouit / mūdus vero quem christus reconciliauit sibi / nō merito sed gratia cognouit. Quid est enim eum cognoscere: nisi vitam eternaz: quā mundo dānato vtiq̃ non dedit / reconciliato dedit? Propterea vtiq̃ mundus te non cognouit qui iustus es. Nec et meritis eius vt te non cognosceret tribuisti: ⁊ propterea mundus reconciliatus cognouit quia misericors es et vt cognosceret non ei⁹ merito sed gratia subueniſti. Deniq̃ sequitur. [Ego autem te cognoui.] Ipse fons gratie est deus natura / homo autem de spiritu sancto et virgine in effabili gratia. Deniq̃ propter ipsum quia gratia dei per iesum christum dominum nostrum: [et hi cognouerunt (inquit) qz tu me misisti.] Ipse est mundus reconciliatus. Sed quia tu me misisti: ideo cognouerūt. Ergo gratia cognouerūt. [Et notum feci eis (inquit) nomen tuum: et notum faciam.] Notum feci per fidem / notum faciam per speciem. Notum feci cum fine peregrinantibus / notum faciam sine fine regnantibus. [Vt dilectio (inquit) qua dilexisti me in ipsis sit: et ego in ipsis.] Non est vsitata locutio: dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis: vsitate quippe diceretur dilectio qua dilexisti me. De greco quidē ista translata sunt. Sed sūt similes et latine sicut dicimus / fidelem seruitutem seruiuit: strenuam militiam militauit / cum dici debuisse videatur / fideli seruitute seruiuit: strenua milicia militauit. Qualis autem ista locutio est: dilectio qua dilexisti me: tali ⁊ apostolus vsus est. Bonum certamen certaui: non ait: bono certa-
j. Thi .vj. mine. qō vsitatius etiaz rectiusq̃ diceretur. Quomodo autē dilectio qua dilexit pater filium est et in nobis: nisi quia mēbra eius sumus / ⁊ in illo diligimur cum ipse diligitur totus: id est caput et corpus? Ideo subiunxit et ego in ipsis / tanq̃ diceret: quoniam ego sum in ipsis. Aliter enim est in nobis tanq̃ in templo suo: aliter autem quia et nos ipse sumus: cuz scōm id quod vt caput nostruz esset homo factus est: corpus eius sumus. Finita est saluatoris oratio: incipit passio. Ergo et iste sermo finiat: vt de passione qō ipse donauerit aliis sermonibus disputetur.

Tractatus.cxij.

Cum hec dixisset iesus. Egressus est cū discipulis suis trans torrētem cedron vbi erat ortus / in quem introuit ipse ⁊ discipuli eius. Sciebat autē et iudas qui tradebat eum locū: quia frequēter iesus cōuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortē a pontificib⁹ et pharisēis ministros / venit illuc cū laternis et facibus et armis. Jesus itaq̃ sciens omnia que vētura erāt super eum: processit et dixit eis. Quem queritis? Responderūt ei. Jesum nazarenū. Dicit eis iesus. Ego sum. Stabat autem ⁊ iudas q̃ tradebat eū cū ipsis. Vt ergo dixit eis iesus ego sum: abierunt retrorsum et ceciderūt in terrā. Jterum ergo interrogauit eos. Quem queritis? Illi autem dixerunt. Jesum nazarenū. Respondit iesus. Dixi vobis qz ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. Vt impleretur sermo quē dixit / qz quos dedisti mihi / non perdidi ex eis quē q̃. Symō ergo petrus habens gladium eduxit eum / et percussit pōtificis seruum: et abscidit ei⁹ auriculam dextram. Erat autē nomen seruo malchus. Dicit ergo iesus petro. Mitte gladiū tuū in vaginam. Calicem quē dedit mihi pater / non biba illum? Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorum cōprehenderunt iesum: et ligauerunt eum. Ca.xviij.

Expositio diui Augustini In euāgeliū scōm Johānē.

A Terminato magno p̄oliox̄q; sermone quē post cenam dominus fundendo p̄o nobis, primo sanguine ad discipulos habuit qui cum illo tūc erant: adiuncta oratiōe quā direxit ad patrē: deinceps eius passionē iohannes euāgelista sic exorsus est. [Hec cū dixisset iesus: egressus est cum discipulis suis transtorrentem cedron, vbi erat ortus: in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autē t iudas qui tradebat eum locum: quia frequēter iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.] Hoc gō narrat ingressum dominum cum discipulis suis in hortum, non continuo factum est cum eius illa finis esset oratio de cuius verbis ait: hec cum dixisset iesus. Sed alia quedam sunt interposita, que ab isto p̄termissa: apud alios euāgelistas leguntur: sicut apud hunc inueniuntur multa que illi similiter in sua narratione tacuerūt. Quomodo autem inter se omnes conueniāt: ne veritati que per alium p̄omitur ab alio repugnetur, quisquis nosse desiderat, non in his sermonibus sed in alijs laboriosis litteris querat, nec stando et audiēdo: sed potius sedēdo et legendo: vel legenti autem mentēq; intentissimam p̄bēdo illa condiscat. Credat tamen antēq; sciat: siue id etiam scire in hac vita possit: siue per aliqua impedimenta non possit nihil: ab aliquo euangelista esse scriptum: quantū ad hos attinet quos in auctoritatez canonicam recepit ecclesia: gō vel ipsius vel alterius non minus veraci narrationi possit esse contrarium. Nunc itaq; huius beati iohānis narrationez quā suscepimus tractandā: sine aliorū comparatione videamus: in eis que manifesta sunt non immorātes: vt hoc vbi opus est causa poscente faciamus. Non ergo sic accipiamus gō ait: hec cum dixisset iesus: egressus est cū discipulis suis transtorrētem cedron: vbi erat hortus: in quē introiit ipse et discipuli eius: tanq; cōtinuo post illa verba in illum hortū fuerit ingressus: sed ad hoc valeat gō dictum est: hec cum dixisset iesus: vt non eum ante opinemur ingressum q̄ illa verba finiret. [Sciebat autem (inquit) et iudas qui tradebat eum locum.] Ordo verborum est. Sciebat locum qui tradebat eum: [quia frequenter (inquit) iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.] Ibi ergo lupus ouina pelle contectus: et inter oues alto patrisfamilias consilio toleratus didicit: vbi ad tempus exiguum dispergeret gregem: insidijs appetendo pastorem. [Judas ergo (inquit) cum accepisset cohortem: et a principib⁹ et phariseis ministros: venit illuc cum laternis et facibus et armis.] Cohors nō iudeorum sed militum fuit. A p̄side itaq; itelligatur accepta tanq; ad tenendum reum. Seruato ordine legitime potestatis: vt nullus tenentibus auderet obsistere: q̄q; et manus tanta fuerit congregata: et sic armata veniebat vt vel terreret vel etiam repugnaret: si quisq; christum defendere auderet. Ita quip pe eius abscōdebatur potestas et obtundebatur infirmitas: vt hec inimicis necessaria viderentur aduersus eum in quē nihil valuisset nisi gō ipse voluisset: bene vtens bonus malis et faciens bona de malis ad faciendos bonos ex malis t discernendo a malis. [Jesus itaq; (sicut euāgelista secutus adiungit:) sciens omnia que ventura erāt super eum: p̄cessit
B et dicit eis. † Quid queritis? Responderunt ei. Jesum nazaren. Dicit eis iesus. Ego sum. Stabat autē t iudas qui † tradidit eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum et ceciderunt in terram.] Vbi nunc militū cohors et ministri principū et phariseorum? Vbi terror et munimē armatorum? Nempe vna vox dicentis ego sum: tantam turbam odijs ferocem, armisq; terribilem sine telo vllo percussit: repulit: strauit. Deus enim latebat in carne t sempiterna dies ita membris occultabatur humanis: vt laternis et facibus quereretur occidendus a tenebris. Ego sum dicit: t impios deiecit. Quid iudicaturus faciet: qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit: qui moriturus hoc potuit? Et nunc vbiq; per euāgelium, ego sum dicit christus: et a iudeis expectatur antichristus, vt retro redeant et in terrā cadant: quoniam deserentes celestia, terrena desiderant. Certe ad comprehendendum iesum persecutores cum traditore venerunt: quem querebant inuenerunt. Audierunt ego sum quare non comprehenderunt? sed abierunt retro t ceciderūt: nisi quia hoc voluit qui potuit quicquid voluit? Verū si nunq; se ab eis permitteret apprehendi: non quidem illi facerēt propter gō venerant: sed nec ipse faceret propter quod venerat. Eum quippe illi occidendū querebant seruiēdo: sed querebat nos et ipse moriendo. Proinde quia tenere volentib⁹ nec valentibus ostēdit potestatem suam: tam teneant eum vt faciat de nescientibus voluntatem suam. [Iterum ergo eos interrogauit. † Quid queritis? Illi autem dixerunt: Jesum † Al. Quē nazarenum. Respondit iesus. Dixi vobis: quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire, vt adimpleret⁹ sermo quē dixit. Quia quos dedisti mihi: non perdidi ex eis quemq;.] ō. tra. cvij. Si me inquit queritis: sinite hos abire. Inimicos videt: et hoc faciunt gō iubet. Sinunt hos abire: quos non vult perire. Nunquid autem non erant postea morituri? Cur ergo si tunc morerētur perderet eos: nisi quia nondū sic in eum credebat: quomodo credunt quicunq; non pereunt? [Simō ergo petrus habens gladium eduxit eum t percussit seruum † † Al. pōtificis. principis, et abscidit ei⁹ auriculā dextram. Erat autem nomen seruo malchus.] Solus hic euangelista etiam nomē huius serui expressit: sicut Lucas solus gō eius auriculam dominus tetigerit et sanauerit eam. Malchus interpretatur regnaturus. Quid ergo auris p̄o domino amputata t a domino sanata significat: nisi auditum amputata vetustate renouatum, vt sit in nouitate spiritus: et non in vetustate littere. Quod cui p̄stitum fuerit a christo, quis dubitet regnaturum esse cum christo? Quod autē seruus dictus est: t hoc ad illam pertinet vetustatē, que in seruitutē generat gō est agar. Sed cum accessit sanitas: figurata est et libertas. Factum tamen petri dominus improbauit: t p̄gredi vltra p̄hibuit dicens. [Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quē dedit mihi pater nō vis vt bibam illum?] In suo quippe facto ille discipulus magistrū defendere voluit: non gō faciendus est cogitauit. Et ille igitur ad patientiam cōmonendus fuit et hoc ad intelligentiam conscribendum. Quod autē a patre sibi dictū calicem passionis: p̄fecto illud est gō ait apostolus. Si deus p̄o nobis: quis cōtra nos. Qui filio p̄prio non pepercit: sed p̄o nobis omnibus tradidit eum? Verum auctor calicis huius est etiam ipse qui bibit: vnde idem apostolus iterum dicit, christus dilexit nos et tradidit semetipsum p̄o nobis: oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. [Cohors autem et tribunus et ministri iudeorum: cōprehenderunt iesum: et ligauerunt eum.] Comprehenderūt ad quem non accesserunt: quoniaz dies ille: illi vero tenebre permanserunt, nec audierunt, accedite ad eum et illuminamini. Si enim sic accederent, non eum manibus occidendū sed recipiendū corde comprehenderent. Nunc autem quando eum illo modo comprehenderunt: tunc ab illo longius recesserunt, et ligauerunt eum a quo solui potius velle debuerunt: et erant fortassis in eis qui tūc imposuerunt christo vincula sua: atq; ab eo postea liberati dixerunt. Dirupisti vincula mea. Hec hodie satis sint: tractabuntur deo volente sermone alio que sequuntur.

Tractatus. cxiij.

¶ Et adduxerūt eum ad annam primum. Erat enim socer cayphe qui erat pontifex anni illius. Erat autem cayphas qui consilium dederat iudeis: quia expedit vnum hominem mori p̄o populo. Sequebatur autez iesum symon petrus et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, et introiuit cum iesu in atrium pōtificis, petrus autem stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pōtifici et dixit ostiarie et introduxit petrum. Dicit ergo petro ancilla ostiaria. Nunquid et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille. Non sum. Stabant autem serui et ministri ad prunas quia frigus erat et calefaciebant se. Erat autē cū eis t petrus stans t calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis et de doctrina

eius. Respõdit ei iesus. Ego palã locutus sum mundo/ego semper docui in synagoga et in templo quo omnes iudei cõueniunt: et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas: interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis? Eccehi sciunt que dixerim ego. Hec autem cum dixisset: vnus assistens ministrorum dedit alapã iesu dicens. Sic respondes pontifici? Respondit ei iesus. Si male locutus sum: testimoniũ perhibe de malo: si autem bene: quid me cedis? Et misit eum annas ligatum ad caypham pontificem. Erat autem simon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nunquid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit. Non sum. Dicit ei vnus ex seruis pontificis cognatus ei⁹ cui⁹ abscidit petrus auriculam. Nonne ego te vidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit petrus Et statim gallus cantauit.

A Ephe.v.

Hostea cũ persecutores tradente iuda comprehensum dominũ ligauerunt qui dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis et cui pater non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit eum: vt intelligatur iudas non laudabilis vtilitate traditionis huius: sed sceleris voluntate damnabilis [adduxerunt eum] sicut iohannes euangelista narrat [ad annam primum] nec tacet causam cur ita factum sit. [Erat enim (inquit) socer cayphe: qui erat pontifex anni illius. Erat autem (inquit) cayphas

† M. de rat. ẽ.xj.g. Mat.xxij.

qui consilium † dederat iudeis: quia expedit vnum hominẽ mori pro populo.] Merito et matheus cum id breuius narrare voluisset: eum ad caypham ductum fuisse commemorat: quia & ad annam prius ideo ductus est qõ socer eius fuerit. Vbi intelligendum est hoc eundem caypham fieri voluisse. [Sequebatur autem (inquit) iesum simon petrus et alius discipulus.] Quisnam ille sit discipulus non temere

j.xix.c.

affirmandum est quia tacetur. Solet autem se idem iohannes significare ita et addere: quem diligebat iesus. Forasis ergo et hic ipse est: quisquis tamen sit: sequentia videamus. [Discipulus autem ille (inquit) erat notus pontifici: et introiuit cum iesu in atrium põtificis. Petrus autem stabat ad hostium foris. Exijt ergo alius discipulus qui erat notus pontifici: et dixit hostiarie: et introduxit petrum. Dicit ergo petro ancilla hostiaria. Nunquid et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille. Non sum.] Ecce columna firmissima ad vnius aure impulsum tota contremuit. Vbi est illa promittentis audacia/et de se plurimum presumentis. Vbi sunt verba illa quãdo ait: quare nõ possum te sequi modo: animam meam p te ponã? Docetne est sequi magistrũ: se negare discipulum? Siccine pro domino anima ponitur vt hoc ne fiat vox ancillule formidetur? Sed quid mirum si deus vera predixit: homo autem falsa presumpsit? Sane in

xj.q.iij.nõ

ista que iam cepta est negatione apostoli petri: debemus aduertere non solum ab eo negari christum qui dicit eum non esse christum: sed ab illo etiam qui cum sit negat se esse christianum. Dominus enim non ait petro / discipulum meum tenegabis: sed me negabis. Negauit ergo ipsum: cum se negauit eius esse discipulum. Quid autem aliud isto modo qõ se negauit esse christianum? Quis enĩ discipuli christi non

Actuũ.xj.

dum appellarentur hoc nomine: post ascensionem quippe eius in anthiochia primũ ceperunt appellari discipuli christiani. Jam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda. Jam erant discipuli qui postea appellati sunt christiani: et hoc cõmune nomen sicut cõmunem etiam fidem ad posteros transmiserunt. Qui ergo se christi negauit esse discipulum: ipsam rem negauit: cuius nomen est vocari christianum. Et multi postea non dico senes et anus in quibus huius vite societas facilius potuit mortem pro christi confessione contemnere: nec solum iuuentus vtriusq; sexus: de qua etate conuenienter videtur exigi fortitudo: sed etiam pueri puelleq; potuerunt et innumerabilis societas sanctorum martyrum in regnũ celorum fortiter et violenter intrare: quod tunc iste non potuit qui claues regni eius accepit. Ecce vnde dictum est/finite hos abire: quando se pro nobis tradidit qui suo sanguine nos redemit: vt impleretur sermo quem dixit. Quia quos dedisti mihi: non perdidi ex eis quemq;. Vltiq; enim petrus si negato christo hinc iret: quid aliud qq; periret. [Stabãt autem serui et ministri ad prunas quia frigus erat: et calefaciebant se.] Non hyems erat: & tamen frigus erat: quia solet etiam equinoctio verno aliquando contingere. [Erat autem cum eis et petrus stans & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis eius/et de doctrina eius. Respondit ei iesus. Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagogis: et in templo quo omnes iudei conueniunt: et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciũt que dixerim ego.] Non preterea unda nascitur questio quomodo dixerit dominus iesus/ego palam locutus sum mundo: et maxime illud quod ait: in occulto locutus sum nihil. Nonne in hoc ipso recentiore sermone quem post cenã discipulis est locutus ait illis: hec in prouerbijs locutus sum vobis: venit hora cum iam nõ in prouerbijs loquar vobis: sed palam de patre meo annunciabo vobis? Si ergo ipsis p iunctioribus discipulis suis non loquebatur palam: sed horam promittebat quando palam fuerat locuturus: quomodo palam locutus est mundo? Deinde illi ipsis sicut aliorum quoq; euangelistarum testatur auctoritas: in eorum comparatione qui discipuli eius non erant: multo vtiq; manifestius loquebatur: quãdo cum solis erat remotus a turbis. Tunc sensum eis & parabolas aperiebat: quas clausas proferebat ad alios. Quid est ergo in occulto locutus sum nihil. Sed intelligẽdum est ita eum dixisse palam locutus sum mundo: ac si dixisset: multi me audierunt. Ipsum autem palam modo quodam erat palam: modo autem quodam non erat palam. Palam quippe erat: quia multi audiebant: et rursum non erat palam: quia non intelligebant. Et quod seorsum discipulis loquebatur: non in occulto vtiq; loquebatur. Quis namq; in occulto loquitur qui coram tot hominibus loquitur: cum scriptum sit

Deut.xvij

In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum: presertim si hoc loquitur paucis: quod per eos vult innotescere et multis: sicut ipse domin⁹ ait illis quos adhuc paucos habebat. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumĩe: et quod

Mat.x.

in aure auditis: predicate super tecta. Ergo et hoc ipsum quod ab eo dici videbatur occulte: quodãmodo non diceb⁹tur in occulto: quia non ita dicebatur vt ab eis quibus dictũ fuerat taceretur: sed ita potius vt vsq; quaq; predicaretur. Sic ergo dici potest aliquid et palam simul et non palam: vel in occulto simul et non in occulto: quomodo dictum est: vt videntes videant: et non videant. Quomodo enim videant: nisi quia palam non in occulto? Et quomodo idem ipsi rursus non videant: nisi quia non palam sed in occulto? Ea tamen ipsa que audierant et non intellexerant: talia erant vt non possent iuste ac veraciter criminari. Et quotiens cunq; interrogando tentarunt vt inuenirent vnde et accusarent eũ sic eis respondit: vt omnes eorum retunderentur doli: et calumnie frustrarentur. Ideo dicebat/quid me interrogas: interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quid dixerim ego. [Hec autem cum dixisset vnus assistens ministrorum: dedit alapam iesu dicens. Sic respondes pontifici? Respõdit ei iesus. Si male locutus sum testimoniũ perhibe de malo: si aũt bene: quid me cedis?] Quid ista responsione verius: mansuetius: iustius? Eius est enim de quo pphetica vox pcesserat. Intende pspere pcede & regna: propter veritatẽ & mãsuetudinẽ et iustitiã. Si cogitem? ãs acceperit alapam: nõne vellem? eũ q pcussit aut celesti igne consumi: aut terra debiscẽte sorberi: aut correptũ demonio volutari: aut aliqua huiusmodi qualibet pena: vel etiam gratuito puniri? Quid enim horum per potentiã iubere nõ potuisset per quẽ factus est mundus: nisi patientiam nos docere maluisset qua vincatur mundus? Forte hic dicit aliquis. Cur non fecit quod ipse precepit? Percutienti enĩ nõ sic respondere: sed maxillam debuit alteram prebere. Quid qõ et

Mat.v.

In Anthiochia ceperunt se nuncupare christianos

veraciter mansuete iusteq; respondit: et non solū alterā maxillam iterū percussuro: sed totū corpus figendum preparauit in ligno. Et hinc potius demonstrauit: quod demōstrandum fuit: sua scz magna illa precepta patientie: non ostentatione corporis sed cordis preparatione facienda. Fieri enī potest vt alteram maxillam visibiliter prebeat homo: et iratus. Quāto ergo melius et respōdet vera placatus: ⁊ ad perferenda grauiora / tranquillo animo sit paratus? Beat⁹ est enim qui in omnibus que iniusta pro iustitia patitur: potest veraciter dicere. Paratū cor meum deus paratū cor meus Hinc sit quippe qō sequitur. Cantabo et psalmū dicam domino. Qō paulus ⁊ barnabas: etiam in vinculis durissimis facere potuerunt. Sed ad narrationis euangelice sequētia redeamus. [Et misit eum annas ligatum ad caypham pontificem.] Ad illū enī sicut mattheus dicit ab initio ducebāt: quoniā ipse erat illius anni princeps sacerdotum. Alternos quippe intelligendi sunt agere solere annos ambo pōtifices id est principes sacerdotū qui erant illo tēpore annas et cayphas. Quos et lucas euangelista commemorat: narrās quo tempore ceperit dīus a precursore iohanne predicare regnū celorū et cōgregare discipulos. Sic enī dicit. Sub principibus sacerdotū anna et caypha: factus est verbum dīi super iohannem zacharie filium in deserto / ⁊ cetera. Proinde isti ambo pontifices vicissim suos annos agebant. Et erat tunc annus cayphe quādo passus est christ⁹. Ideo fm mattheū cum cōprehēsus esset / ad eū ductus est: sed prius ad annam fm iohannē venerūt cum illo: nō quia collega sed quia socer eius erat. Et credendū est fm voluntatem cayphe id esse factum: vel etiā domus eorum ita fuisse positas vt nō deberet annas a transeūtibus preteriri. Sed cū dixisset euangelista qō eum ligatū miserit annas ad caypham: reuersus est ad locum narrationis vbi reliquerat petrum: vt explicaret quod in domo anne de trina eius negatione contigerat. [Erat autem inquit simon petrus stans et calefaciens se.] Hoc recapitulat quod ante iam dixerat. Deinde que secuta sunt iungit. [Dixerunt ergo ei. Nunquid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit. Nō sum.] Jam semel negauerat ad ancille vocem: ⁊ ecce iterum eodem timore perterritus negauit. Deinde vt tertia negatio ficeretur ⁊ verbū domini predicentis impleret. [Dicit ei vnus ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam. Nonne ego te vidi in horto cū illo? Iterū ergo negauit petrus: ⁊ statim gallus cantauit.] Ecce medici completa est predictio: egroti cōuicta presumptio. Non enim factum est quod iste dixerat: animam meam pro te ponam. sed factum est quod ille prediderat ter me negabis. Sed trina petri negatione completa. iam et iste sermo compleatur: vt deinceps que de dīo apud pontium pilatum presidem gesta sunt / ab alio considerem⁹ exordio.

Non dicit. Animam meam pro me ponam. sed non dicit.

Pō.lvj.

D Mat.xxvj

Luce.iij.

Mat.xxvj vbi.ō.a

ō.xiij.

Tractatus.cxiiij.

¶Adducunt ergo iesum ad caypham in pretorium. Erat autem mane et ipsi non introierūt in pretorium vt non contaminarētur sed manducarent pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras ⁊ dixit. Quā accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt et dixerunt ei. Si nō esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum: Dicit ergo eis pilatus. Accipite eum vos et fm legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo iudei. Nobis non licet interficere quēq; vt sermo iesu impleretur quem dixit: significās qua morte esset moriturus.

B

De cuz domino vel de domino nostro iesu christo apud pontium pilatum presidem gesta sunt. quantum iohannes euangelista indicat / deinde videamus: Redit enim ad locum narrationis sue vbi eā reliquerat vt explicaret petri negationem. Jam quippe dixerat / et misit eum annas ligatum ad caypham pontificem atq; inde regressus euangelista vbi dimiserat petrum calefacientem se ad ignem in atrio: postq; totam eius negationem que terfacta est terminauit: iterum pcurrit ad ordinē hystorie. [Adducunt ergo iesum inquit a caypha in pretoriū.] Ad caypham quippe ab anna collega et socero eius dixerat missum. Sed si ad caypham. cur in pretoriuz? Quod nihil aliud vult intelligi: q; vbi preses pilatus habitabat. Aut igitur aliqua vrgente causa de domo anne quo ad audiēdū iesum ambo conuenerant: cayphas perrexerat ad pretoriuz presidis et socero suo iesum reliquerat audiendum: aut in domo cayphe pretoriuz pilatus acceperat: ⁊ tanta domus erat: vt seorsum habitantē dominuz suum: seorsum iudicē ferret. [Erat autē mane. et ipsi] id est. qui ducebant iesum [non introierūt in pretorium] hoc est in eam partem domus quaz pilatus tenebat. si ipsa erat domus cayphe Cur autem non introierūt in pretorium / exponens causam: [vt non contaminarent⁹ inquit sed vt manducarent pascha.] Dies agi ceperant azymorum: quibus diebus cōtaminatio illis erat in alienigene habitaculū introire. O impia et stulta cecitas: Habitaculo videlicet contaminarentur alieno: ⁊ nō contaminarentur scelere proprio? Alienigene iudicis pretorio contaminari timebant. et fratris innocentis sanguinē fundere nō timebant: vt hoc solum interim dicam vbi seua malorum cōscientia tenebantur. Nam q; etiā dīus erat qui eorum impietate vndebatur ad mortem / ⁊ vite datoz occidebatur. nō eorū cōscientie sed ignoratie deputetur. [Exiuit ergo pilatus ad eos foras et dixit. Quā accusationē affertis aduersus hominez hunc? Responderūt et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor: nō tibi tradidissemus eum.] Interrogentur atq; respondeāt ab immundis spiritibus liberati / sanati languidi / leprosi mundati / surdi audientes / muti loquentes / ceci videntes / mortui resurgentes. ⁊ quod oīa superat / stulti sapientes: vtrū sit malefactor iesus. Sed ista dicebāt de quibus per ꝓphetam iam ipse predixerat. Retribuebant mihi mala pro bonis. [Dixit ergo eis pilatus. Accipite eū vos: et fm legē vestram iudicate eū. Dixerūt ergo ei iudei. Nobis nō licet interficere quemq;.] Quid est quod loquit insana credulitas. An nō interficiebant quem interficiēdum offerebāt. An forte crux non interficit? Sic desipiunt qui non sectantur: sed insectantur sapientiam? Quid est autem. Nobis non licet interficere quemq;? Si malefactor est: cur nō licet? Nōne lex eis precepit: ne malefactoribus presertim qualem istum putabant a suo deo seductoribus parcant? Sed intelligendum est eos dixisse non sibi licere interficere quemq;: ꝓpter festi diei sanctitatem quem celebrare iam ceperant: ꝓpter quem de ingressu pretorij etiam contaminari metuebant. Jta ne obduruistis falsi israelite? Jta ne omnem sensum nimia malicia perdidistis: vt ideo vos a sanguine innocentis impollutos esse credatis: quis eum fundendum alteri tradidistis? Nūquid ⁊ pilatus illum qui potestati eius a vobis ingeritur occidendus: suis est manibus occisurus? Si nō eum voluistis occidi: si non insidiati estis: si non vobis tradendum pecunia comparastis: si non comprehendistis / vinxistis / adduxistis / odistis: si non occidendum manibus obtulistis: vocibus poposcistis: non eum a vobis interfectum esse iactate. Si autem illis omnibus vestris precedentibus factis etiā crucifige crucifige clamastis: audite quid contra vos ꝓpheta clamat. Filij hominū dentes eorum arma et sagitte: ⁊ lingua eorum machera acuta. Ecce quibus armis: quibus sagittis: qua machera iustum interfecistis: quando vobis interfiere quēq; non licere dixistis. Minc est qō ad cōprehendendum iesum cum sacerdotum nō venissent principes sed misissent: lucas tamen euāgelista in eodem narrationis sue loco ait. Dixit autē ad eos qui venerāt ad se principes sacerdotum et magistratus templi: seniores. Quasi ad latronem existis: et cetera. Sicut ergo principes sacerdotum non per seipsos sed per eos quos miserant ad comprehēdendum iesum: quid aliud q; ipsi in sue iussionis potestate venerunt: sic oēs qui crucifigendum iesum impijs vocibus clamauerunt: non quidem per seipsos eum: sed tamen ipsi per illū qui eorum clamore ad hoc nephas impulsus est occiderunt. Qō vero iohānes euāgelista subiūgit [vt fmo iesu ipleret quē dixit: significās q; morte esset moriturus?] si morte crucis hic velim? accipere: tanq; ideo dixerit iudei. Nobis nō li-

De pe. dis. j. piculose B

j.xix.b.

Pō.lvj.

Lu.xxij.

C

cet interficere quēq̄: quia interfici aliud est: aliud crucifigi. nō video quomodo id possit consequenter intelligi: cum hoc ad pilati verba respondērint quib⁹ eis dixerat. Accipite eū vos: et ſm legem vestram iudicate eum. Nūquid ergo eum non poterant accipere: ꝛ ipsi eum crucifigere. Si per tale genus supplicij interfectionē cuiusq̄ vitare cupiebant? Quis autem non videat q̄ sit absurdum eis licere quēq̄ crucifigere: quibus non licet quēq̄ interficere? Quid q̄ ipse dominꝰ eandem mortem suam: id est mortem crucis: etiam interfectionem vocat: sicut legimꝰ apud marcū vbi ait. Ecce ascendimus hierosolimam: ꝛ filius hominis tradetur principibꝰ sacerdotum et scribis et damnabunt eū morte: et tradēt eum gentibus et illudent ei: et conspuent eum: et flagellabunt eū: et interficient eum: ꝛ tertia die resurget. Mimirum ergo ista dicendo significauit dominꝰ qua esset morte moriturus: nō q̄ hic mortem crucis vellet intelligi: sed q̄ eum iudei fuissent gentibus traditurī: hoc est romanis. Nam pilatus romanus erat: eumq̄ in iudeam romani p̄sidem miserant. Marci.x.

Vt ergo iste sermo iesu impleretur: id est vt eum sibi traditum gentes interficerent: q̄ iesus futurum esse p̄dixerat: ideo pilatus qui iudex romanus erat: cum vellet eum reddere iudeis vt ſm legem suam iudicarent eum: noluerunt eū accipere dicētes. Nobis nō licet interficere quēq̄. Ac sic impletus est sermo iesu quem de sua morte p̄dixit vt eum a iudeis traditum interficerent gentes: minore scelere q̄ iudei qui se isto modo ab eius interfectione velut alienos facere voluerunt: non vt eorum innocentia sed vt dementia monstraretur.

Tractatus.cxv.

¶Introiuit ergo iterum in p̄torium pilatꝰ et vocauit iesum/et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Respōdit iesus: a temetipso hoc dicis/an alij tibi dixerūt de me? Respondit pilatus: nunquid ego iudeus sum: gens tua et pontifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Respondit iesus. Regnum meū non est de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo esset regnum meū ministri mei vtiq̄ decertarent vt nō traderer iudeis: nunc autē regnū meū non est hinc. Dixit itaq̄ pilatus. Ergo rex es tu? Respondit iesus: tu dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundū: vt testimoniū perhibeam veritati. Oīs qui est ex veritate audit vocem meaz. Dicit ei pilatus: quid est veritas? Et cum hoc dixisset iterꝝ exiuit ad iudeos: et dicit eis. Ego nullā inuenio in eo causam: est autem cōsuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in pasca: vultis ergo dimittā vobis regem iudeorū. Clamauerūt rursum oīes dicentes. Non hunc: sed barrabam. Erat autez barrabas latro.

A Quid pilatus dixerit christo: quid ve pilato ille responderit: isto sermone cōsiderandū atq̄ tractandum est. Cum enim dictum esset iudeis. Accipite eum vos et ſm legem vestram iudicate eum: atq̄ cum illi respondissent. Nobis non licet occidere quēq̄ [Introiuit ergo iterum in p̄torium pilatus: et vocauit iesum: et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Et respondit iesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me?] Sciebat vtiq̄ dominus: et quod ipse interrogauit: et quid illi responsurus fuit. Sed tamen dici voluit: non vt ipse nesciret: sed vt scriberetur quod nos voluit vt sciremus. [Respondit ei pilatus. Nūquid ego iudeus sum. Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Respondit iesus. Regnum meū non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meū non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum †M. vtiq̄ meum: ministri mei † decertarent vt non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc.] Hoc est quod bonus magister scire nos voluit. Sed p̄ius nobis demōstranda fuerat vana hominū de regno eius opinio: siue gentium/ siue iudeorum: a quibus id pilatus audierat: quasi propterea morte fuisset plectendus quod illicitum affectauerit regnum: vel quoniam solent regnaturis inuidere regnantes: et videlicet cauendum erat: ne eius regnum siue romanis siue iudeis esset aduersum. Poterat autem dominus quod ait. Regnum meum non est de mundo hoc et cetera. ad p̄imam interrogationē p̄sidis respondere: vbi ei dixit. Tu es rex iudeorum: sed eum vicissim interrogans vtrum hoc a semetipso diceret: an audisset ab alijs: illo respondēte ostendere voluit hoc sibi apud illum fuisse a iudeis velut crimen obiectum: patefaciens nobis cogitationes hominum quas ipse nouerat quia vane sunt: eisq̄ post responsionem pilati/ etiam iudeis et gentibus opportunius aptiusq̄ respondens. Regnum meum non est de hoc mundo. Quod si interroganti pilato ꝓtinuo respondisset: non etiam iudeis sed solis gentibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Hūc ergo quoniam respondit pilatus. Nunquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi: abstulit a se suspitionem qua posset putari a semetipso dixisse: q̄ iesum regem dixerat esse iudeorū: id se a iudeis audisse demōstrās Deinde dicendo/quid feciſti: satis ostendit illud ei p̄o crimine obiectum. Tanq̄ diceret. Si regem te negas quid feciſti vt tradereris mihi? Quasi mirū non esset si puniendus iudici traderetur: qui se diceret regem. Si autem hoc nō diceret: querendum ab illo esset: quid aliud forte feciſſet vnde B tradi iudici dignus esset? ¶Audite ergo iudei ꝛ gentes. Audi circuncisio: audi p̄putiū: audite omnia regna terrena. Non impedio dominationē vestram in hoc mundo: regnuz Mat.ij. meum non est de hoc mundo. Nolite metuere metu vamissimo quo herodes ille maior cum christus natus nunciaretur expauit: et tot infantes vt ad eum moꝛs peruenireꝫ occidit: timendo magis q̄ irascēdo crudelior. Regnū (inquit) meū non est de hoc mundo. Quid vultis amplius? Venite ad regnum quod non est de hoc mundo: venite credendo: ꝛ nolite seuire metuendo. Dicit quidem in p̄ophetia de deo patre. Ego autem constitutus sum rex ab eo: super syon montem Psal.ij. sanctum eius. Sed syon illa: et mons ille: nō est de hoc mundo. Quod est enim eius regnum nisi credentes in eum: quibus dicit. De mundo non estis: sicut et ego non sum de mun- ē.viij.c. do: q̄uis eos esse velit in mūdo: p̄opter quod de illis dixit ad patrem. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues ē.xvij.d. eos a malo. Vnde et hic non ait. Regnum meum non est in hoc mundo: sed non est de hoc mūdo. Et cum hoc p̄obaret dicens. Si ex hoc mūdo esset regnum meum: ministri vtiq̄ mei decertarent vt non traderer iudeis: non ait. Nunc autē regnum meum non est hic: sed non est hinc. Hic est enim regnum eius vsq̄ in finem seculi: habens inter se cōmixta zizania vsq̄ ad messem. Messis enim finis est seculi: quādo mes- Mat.xiij. sores venient: id est angeli: ꝛ colligent de regno eius omnia scandala: quod vtiq̄ non fieret si regnum eius non esset hic. Sed tamen non est hinc: quia peregrinat in mundo. Regno suo quippe dicit. De mundo non estis: sed ego vos elegi de mundo. Erant ergo de mundo: quādo regnum eius nō erāt sed ad mundi p̄incipē pertinebant. De mūdo est ergo quic- ē.xv.c. quid hominū a vero quidem deo creatum: sed ex adam viciata atq̄ damnata stirpe generatum est. Factum est autem regnū: non iam de mundo/ quicquid inde in christo regeneratum est. Sic enim nos deus eruit de potestate tenebrarū: Col.j. et transtulit in regnū filij claritatis sue. De quo regno dicit. Regnum meū non est de hoc mundo: vel regnum meum nō est hinc. [Dixit itaq̄ ei pilatus. Ergo rex es tu? Respondit iesus. Tu dicis: quia rex sum ego.] Non q̄ regem se timuit cōfiteri: sed tu dicis: ita libratum est vt neq̄ se regem neget. Rex est enim cuius regnū non est de hoc mūdo: neq̄ regem talem se esse fatetur: cuius regnum putetur esse de hoc mundo. Talem q̄ppe ille sentiebat qui dixerat. Ergo rex es tu? cui responsum est: tu dicis quia rex sum ego. Dictum est enī C tu dicis: ac si dictum esset: carnalis carnaliter dicis. ¶Deinde ait. [Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati.] Non est producenda hui⁹ ꝓnominis syllaba q̄ ait in hoc nat⁹ sum: tanq̄ dixerit in hac rē natus sum: vel ad hoc natus sum: sicut ait: ad hoc veni in mundū. In greco nanq̄ euāgelio nihil est hui⁹ locutionis ambi-

guum: vnde manifestū est eū temporalē natiuitatē suam hic cōmemorasse: qua incarnatus venit in mundū: non illam sine initio qua deus erat: per quē pater condidit mūdum. In hoc ergo se dixit natum: id est propter hoc natū/et ad hoc venisse in mundū: vtiq; nascendo de virgine: vt testimoniū perhibeat veritati. Sed quia nō omniū est fides. adiunxit atq; ait. [Oīnis qui est ex veritate: audit vocem meam.] Audit vtiq; interioribus auribꝰ: id est obaudit mee voci: quod tantūdem valeret: si diceret/credit mihi. Cum itaq; christꝰ testimoniū perhibeat veritati: profecto testimoniū perhibet
supra.x. ū.viij.c. sibi. Eius quippe vox est. Ego sum veritas. Et alio loco. Ego testimonium perhibeo de me. Qꝫ vero ait. Oīnis qui est ex veritate audit vocem meā: gratiam cōmendauit: qua
Roīn. viij. scōm propositū vocat. De quo proposito dicit apostolꝰ. Scimus quoniā diligentibꝰ deum oīnia cooperantur in bonum his qui scōm propositū dei vocati sunt: ppositū scilicet vocantis non vocatorū. Qꝫ alibi apertius ita positū est. Conlatore euāgelio scōm virtutem dei saluos nos facientis et vocantis vocatione sua sancta/nō fm opera nostra sed fm suū propositum ⁊ gratiā. Nam si naturā cogitemus in qua creati sumus/cū oīnes veritas creauerit/quis nō est ex veritate Sed non oīnes sunt quibus vt audiant veritatem: hoc est vt obediant veritati et credant in veritatē/ex ipsa veritate prestatur nullis ꝓculdubio precedentibꝰ meritis: ne gratia nō sit gratia. Si enī dixisset: oīnis qui audit meam volūtatem ex veritate est: ideo dictus ex veritate putaret quia obtemperat veritati. Non autē hoc ait sed ait: oīnis qui est ex veritate/audit meā vocem. Ac per hoc nō ideo est ex veritate qꝫ eius audit vocem: sed ideo audit: quia ex veritate est: id est quia hoc illi donū ex veritate collatū est. Qꝫ quid est aliud qꝫ donante christo credit in christū? [Dixit ei pilatꝰ. Quid est veritas?] Nec expectauit audire respōsum: [sed cū hoc dixisset iterū exiuit ad iudeos et dixit eis. Ego nullā inuenio in eo causam. Est autē cōsuetudo vobis: vt vnū dimittā vobis in pasca. Vultis ergo dimittā vobis regem iudeoꝝ?] Credo cum dixisset pilatus quid est veritas: in mentem illi venisse ꝓtinuo cōsuetudinē iudeorum qua solebat eis dimitti vnus in pasca: et ideo nō expectauit vt respōderet ei iesus quid esset veritas: ne mora fieret cū recoluisset morem quo posset eis per pasca dimitti: qꝫ eum valde voluisse manifestum est. Auelli tamen ex eius corde nō potuit iesum regem esse iudeorū: tanꝯ hoc ibi sicut in titulo ipsa veritas fixerit de qua quid esset iterrogauit. Sed hoc audito [clamauerūt rursum oīnes dicentes. Non hunc sed barrabā. Erat autem barrabas latro.] Non reprehendimus o iudei qꝫ per pascha liberatis nocentē: sed qꝫ occidistis innocentem. Qꝫ tamen nisi fieret/verum pascha nō fieret. Sed vmbra veritatis a iudeis errantibus tenebat: et mirabili dispēsatione diuine sapientie per homines fallaces eiusdē vmbre veritas implebatur: quia vt verū pascha fieret christus velut ouis immolabatur. Hinc ea sequūtur que iniuriosa christo pilatus et cohors eius ingessit: sed alia disputatione tractanda sunt.

Tractatus. cxvj.

Lu. xix. ¶Tunc ergo apprehēdit pilatus iesum ⁊ flagellauit: ⁊ milites plectētes coronā de spinis imposuerūt capiti eius: et veste purpurea circundederūt eum: et veniebāt ad eū/et dicebant. Aue rex iudeorū. Et dabant ei alapas. Exiuit iterū pilatus foras: et dicit eis. Ecce adduco vobis eū foras vt cognoscatis quia in eo nullā inuenio causam. Exiuit ergo iesus portans spineā coronā: et purpureū vestimentū: ⁊ dicit eis. Ecce homo Cū ergo vidissent eū pōtifices et ministri: clamabant dicentes. Crucifige crucifige eū. Dicit eis pilatus. Accipite eū vos et crucifigite. Ego enī non inuenio in eo causam. Respōderunt ei iudei Nos legē habemus: et scōm legem debet mori: quia filiū dei se fecit. Cū ergo audisset pilatꝰ hūc sermonē: magis timuit. Et ingressus est in pretoriū iterū: et dicit ad iesū. Unde es tu? Jesus autem respōsum nō dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Mihi nō loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te/et potestatē habeo dimittere te? Respōdit iesus. Nō haberes potestatem aduersum me vllam: nisi tibi esset datū desuper: ꝓpterea qui me tradidit tibi maius peccatū habet Et exinde querebat pilatꝰ dimittere eum. Judei autē clamabant dicētes. Si hūc dimittis: nō es amicus cesaris. Oīnis enī qui se regem facit cōtradicit cesari. Pilatus ergo cū audisset hos sermones adduxit foras iesum: et sedit ꝓ tribunali in loco qui dicit licostratos: hebraice autē gabatha. Erat autē parasceue pasce hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Eccere rex vester. Illi autē clamabant. Tolle tolle: crucifige eū. Dicit eis pilatꝰ. Regem vestrū crucifigā. Respōderūt pōtifices. Non habemꝰ regem nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illū vt crucifigeretur.

A

Cum iudei clamassent non iesum sibi a pilato dimitti velle per pasca: sed barrabā latronē: nō saluatorē sed interfectorē: nō datorē vite sed ademptorē. [Tūc apprehēdit pilatus iesum et flagellauit.] Hoc pilatus nō ob aliud fecisse credēdus est: nisi vt eius iniurijs iudei satiati sufficere sibi existimarent: et vsq; ad eiꝰ mortē seuire desisterēt. Ad hoc pertinet qꝫ idem preses cohortē suā etiā permisit facere que sequūtur: aut fortasis et iussit: quis hoc euāgelista tacuerit. Dixit enī qd deinde fecerint milites: pilatū tamen id iussisse nō dixit. [Et milites (inqt) plectētes coronā de spinis iposuerūt capiti eiꝰ: et veste purpurea circūdederūt eum: et veniebāt ad eū et dicebant. Aue rex iudeorū. Et dabant ei alapas.] Sic implebant que de se predixerat christꝰ. Sic martyres informabātur ad oīa q̄ persecutores libuisset facere perferēda. Sic paulisper ocultata tremēda potentia: cōmēdabat prius imitanda patientia. Sic regnū qꝫ de hoc mūdo non erat: superbū mundū nō atrocitate pugnādi: sed patiēdi humilitate vincebat. Sic illud granū multiplicandū seminabat horribili cōtumelia: vt mirabili pullularet in gloria. [Exijt iterū pilatus foras: et dicit eis. Ecce adduco eū foras: vt cognoscatis q̄m in eo nullā causam inuenio. Exijt ergo iesus portans spineā coronā et purpureū vestimentum. Et dicit eis. Ecce homo.] Hic apparet nō ignorante pilato hec a militibꝰ facta: siue iusserit ea/siue permiserit: illa scilicet causa quā supra dixim⁹: vt hec eius ludibria inimici libētissime biberēt et vlterius sanguinē non sitirent. Egredit ad eos iesus portans spineam coronā et purpureū vestimentū: nō clarus imperio sed plenus opprobrio. Et dicit eis. Ecce homo. Si regi inuidetis: iam parcite quia delectū videtis. Flagellatꝰ est spinis coronatꝰ est: ludibriosa veste amictus est: amaris cōuicijs illusus est: alapis cesus est: feruet ignominia: frigescat inuidia: sed non frigescit: inardescit potius et increscit. [Cū ergo vidissent eū pontifices et ministri clamabāt dicētes. Crucifige crucifige eū. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos: et crucifigite. Ego enī non inuenio in eo causam. Responderūt ei iudei. Nos legem habemꝰ: et fm legem debet mori: quia filium dei se fecit.] Ecce altera maior inuidia. Parua quippe illa videbatur velut affectate illicito ausu regie potestatis: et tamen neutrū sibi iesus mēdaciter vsurpauit: sed vtrūq; verum est. Et vnigenitus dei filius: et rex ab eo ꝓstitutꝰ sup syon montē sanctū eius: et vtrūq; nunc demonstraret: nisi q̄to erat potētior tāto mallet esse patiētior. [Cum ergo audisset pilatus hoc † verbū magis timuit: ⁊ ingressus est pretoriū iterū et dicit ad iesum. Unde es tu? Jesus autē responsum nō dedit ei.] Hoc silentiū dñi nostri iesu christi non semel factū collatis omniū euangelistarū narrationibus reperit: et apud principes sacerdotū et apud herodem: quo eū sicut Lucas indicat miserat pilatus audiendū et apud ipsum pilatū: vt nō frustra de illo ꝓphetia precesse-

Psalm. ij.

B

† Textus hȝ hūc sermonem.

Lu. xxiij.

Esaie.liij. rit:sicut agnus coram tondente se sine voce:sic non aperuit os suū:tūc vtiq; quādo interrogātibus nō respōdit. Quis enī quibuscūq; interrogationib⁹ sepe respōderit:tamen ꝓpter illa in quib⁹ noluit respōdere ad hoc data est de agno similitudo:vt in suo silentio nō reus sed innocens haberet. Cū ergo iudicaret vbicūq; non aperuit os suū sicut agn⁹ nō aperuit: id est nō sicut male sibi cōscius qui de peccatis cōuincebat suis:sed sicut māsuetus qui ꝓ peccatis īmolabatur alienis. [Dicit ergo ei pilat⁹. Mihi nō loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te:et potestatē habeo dimittere te? Respōdit iesus. Non haberes aduersum me potestatē vllā: nisi tibi datū esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi: maius peccatū habet.] Ecce respōdit:et tamen vbicūq; nō respōdit:nō sicut reus siue dolosus:sed sicut agnus: hoc est sicut simplex atq; innocēs nō aperuit os suū. Proinde vbi nō respondebat sicut ouis silebat: vbi respondebat sicut pastor docebat. Discamus ergo qō dixit qō et per aplm docuit:quia nō est potestas nisi a deo. Et quia plus peccat q̄ potestati innocentē occidendū liuore tradit: q̄s potestas ipsa si eū timore alterius maioris potestatis occidit. Talem q̄ppe pilato deus dederat potestatē: vt etiā esset sub cesaris potestate. Quapropter nō haberes (inquit) aduersum me potestatē vllam:id est quātulācūq; habes:nisi hoc ipsum quidez tibi esset datū desuper. Sed q̄n scio q̄tum sit:nō enim tantū est vt tibi oīmodo liberū sit. Propterea qui tradidit me tibi:maius peccatū habet. Ille quippe me tue potestati tradidit inuidēdo:tu vero eandē potestatē in me exercitur⁹ es metuendo. Nec timendo quidē presertim innocētem homo hominē debet occidere:sed tamen id zelando facere multo magis malū est q̄s timendo. Et ideo nō ait verax magister/ qui me tradidit tibi ipse habet peccatū tanq̄s illenon haberet:sed ait maius habet peccatū vt etiam se habere intelligeret. Neq; enī propterea illud nullū est:quia hoc maius est. [Exinde querebat pilatus dimittere eū.] Quid est hoc qō dictū est exinde? Quasi antea nō querebat? Lege superiora et inuenies iam dudū eū querere dimittere iesum. Exinde itaq; intelligendū est ꝓpter hoc:id est ex hac causa ne haberet peccatū occidendo innocentē sibi traditū:q̄uis minus peccans q̄s iudei qui eū illi tradiderant occidendū. Exinde ergo:id est ideone hoc peccatū faceret:non nunc primū:sed ab initio querebat eū dimittere. [Iudei autē clamabant dicentes. Si hūc dimittis:nō es amicus cesaris. Oīs enim qui se regē facit:cōtradicit cesari.] Maiorem timorē se ingerere putauerūt pilato terrendo de cesare vt occideret christum:q̄s superius vbi dixerunt. Nos legem habemus et sm legē debet mori:quia filiū dei se fecit. Eorū legē quippe ille nō timuit vt occideret:sed magis filiū dei timuit ne occideret. Hūc vero nō sic potuit cōtemnere cesarē auctorē potestatis sue:quēadmodū legem gētis aliene. Adhuc tamen euāgelista sequit et dicit. [Pilatus autē cum audisset hos sermones:adduxit foras iesum:et sedit ꝓ tribunali in loco qui dicit licostratos/hebraice autē gabatha. Erat autē parasceue pasce hora q̄si sexta.] Qua hora sit dns crucifixus Marci.xv ꝓpter euangeliste alteri⁹ testimoniū qui dixit. Erat autem hora tertia et crucifixerunt eū: quoniaz magna disceptatio ē.tract.c. solet oboriri:cū ad ipsum locū vbi crucifixus narrat ventuz xvij.a. fuerit:vt potuerim⁹ si dns voluerit disserem⁹. Cū ergo pro tribunali sedisset pilatus [dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi autē clamabant. Tolle tolle:crucifige eū. Dixit eis pilat⁹ Regem vestrū crucifigā?] Adhuc terrorē quē de cesare ingesserāt superare conat:de ignominia eorū volens eos frangere dicendo. Regem vestrū crucifigā:quos de ignominia christi mitigare nō potuit:sed timore mox vincit. [Respondērūt pontifices. Non habemus regē:nisi cesarem. Tūc ergo tradidit eis illū vt crucifigeretur.] Apertissime quippe cōtra cesarem venire videret:si regem se non habere nisi cesarem ꝓfitentibus/alium regem vellet intelligere dimittendum impunitū:quē propter hos ausus ei tradiderant occidendū. Tradidit ergo eis illū vt crucifigeret. Sed nunq̄d aliud et ante cupiebat quādo dicebat:accipite eū vos:et crucifigite. Vel etiā superius/accipite eū vos et sm legem vestram iudicate eū? Cur autē illi tantopere noluerūt dicētes Nobis nō licet interficere quēq̄: et oīmodo instantes vt nō ab eis sed a preside occideret. Et ideo eū occidēdum ac-

cipere recusantes:si nūc eum accipiūt occidendū? Aut si B non fit:cur dictū est:tunc ergo tradidit eis illū vt crucifigeretur? An aliquid interest? Plane interest. Non est enim dictum:tūc ergo tradidit eis illū vt crucifigerēt eū:sed vt crucifigeretur.i.vt iudicio ac potestate presidis crucifigeret. Sed ideo illis traditū dixit euangelista:vt eos crimine implicatos a quo alienum esse conabātur ostenderet. Non enī faceret hoc pilatus:nisi vt id quod eos cupere cernebat impleret. Qō autem sequit. [Susceperūt autē iesum ⁊ eduxerūt] ē.xix.o potest ad milites iam referri: apparitores presidis. Nam postea euidētius dicit:milites ergo cū crucifixissent eum: q̄uis euangelista etiā si totum iudeis tribuit/merito facit. Ipsi enim susceperunt qō auidissime flagitauerūt:et ipsi fecerunt quicquid vt fieret extorserūt. Sed hec sequentia alio sermone iam tractanda sunt.

Tractatus.cxvij.

Susceperūt autē iesū:et eduxerūt eū. Et baiulans sibi crucē:exiuit in eum qui dicit calvarie locus:hebraice golgotha:vbi eū crucifixerūt:et cū eo alios duos hinc et hinc:mediū autem iesum. Scripsit autem et titulū pilatus/et posuit super crucē. Erat autē scriptū Jesus nazarenus rex iudeorū. Hunc ergo titulū multi legerūt iudeorū: quia ꝓpe ciuitatē erat locus vbi crucifixus est iesus. Et erat scriptū hebraice/grece/et latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudeoz. Noli scribere rex iudeorum:sed quia ipse dixit rex sum iudeorum. Respōdit pilatus:quod scripsi scripsi.

Hec dicente atq; damnante pilato pro tribunali dominū iesum christū hora quasi sexta [susceperunt A †et eduxerūt †:et baiulans sibi crucē exiit in eum †Alia lir. qui dicit calvarie locū:hebraice autem golgotha aūt iesum. vbi crucifixerūt eū.] Quid est ergo qō marcus euangelista †Aleum. dicit. Erat autē hora tertia et crucifixerūt eū:nisi quia hora Mar.xv. tertia crucifixus est dns linguis iudeoz:hora sexta manib⁹ militum:vt intelligam⁹ horam quintā iam fuisse trāsactam et aliquid de sexta ceptum quādo sedit ꝓ tribunali pilatus: que dicta est a iohanne hora quasi sexta. Et cū duceretur vt in ligno cū duob⁹ latronibus cōfigeretur:et iuxta eius crucem gererētur que gesta narrant/hora sexta integra cōpleretur:ex qua hora vsq; ad nonam sole obscurato/tenebras factas trium euangelistarū.matthei/marci/et luce cōtestatur Matthei auctoritas. Sed q̄n iudei facin⁹ interfecti christi a se in rbs xxvij. manos:id est in pilatū et eius milites trāsferre conati sunt: Mar.xv. ꝓpterea marcus suppressa ea hora qua christ⁹ a militib⁹ cru Lu. xxiij. cifixus est que agi sexta iam ceperat:tertiā potius horā esse recordatus expressit:qua hora intelligūtur apud pilatū clamare potuisse:crucifige crucifige:vt nō illi tantū reperiātur crucifixisse iesum:id est milites qui eum ligno sexta hora suspenderunt:verūetiam iudei qui vt crucifigeret hora tertia clamauerūt. Est et alia huius solutio questionis: vt non hic ē.tracta. accipiat hora sexta diei:q̄nec iohannes ait. Erat aūt hora cxvj.c. diei quasi sexta:sed aut/erat autē parasceue pasce hora quasi sexta. Parasceue autē latine preparatio est. Sed isto verbo greco libētius vtuntur iudei in huiusmodi obseruationibus:etiā qui magis latine q̄s grece loquūtur. Erat autē preparatio pasce. Pasca vero nostrū sicut dicit apostol⁹:imo- j.Cor. v. latus est christus. Cui⁹ pasce preparationē si ab hora noctis nona cōputemus:tūc enim videtur principes sacerdotū pronūciasse immolationē dñi dicentes. Reus est mortis/cum adhuc in domo pontificis audirēt vnde cōgruēter accipit inde cepisse preparationē veri pasce cuius vmbra erat pasca iudeorū:id est immolationis christi/ex quo a sacerdotibus ꝓnūciatus est immolādus: ꝓfecto ab ea noctis hora q̄ tunc nona fuisse conijcitur vsq; ad horā diei tertiam qua crucifixum esse christū/marcus euāgelista testat:sex hore sunt: tres nocturne:et tres diurne. Unde in hac parasceue pasce id est ꝓparatione īmolationis xp̄i q̄ ab hora noctis nona ceperat/q̄si sexta agebat hora.i.peracta q̄nta iā sexta currere ceperat q̄si pilat⁹ tribunal ascēdit. Adhuc enī erat ipa ꝓparatio q̄ ab hora noct⁹ nona ceperat donec fieret q̄ preparabat

supra.a.

xpi immolatio: que facta est hora tertia fm marcum / nō preparationis sed diei: eadēq; sexta nō diei sed preparationis. Sex vtriq; horis a noctis nona vsq; ad diei tertiam computatis: harum duarum solutionū istius difficilis questionis: eligat quisq; quā volet. Melius autē quid eligat iudicabit: qui de cōsensu euangelistarū que operosissime disputata sūt legerit. Q̄ō si et alie solutiones ei⁹ potuerint inueniri: cumulatius euāgelice veritatis constantia defendit aduersus calūnias infidelis atq; impie vanitatis. Nūc ad narrationem Johānis euāgeliste post ista breuiter tractata redeam⁹. Susceperūt autē (inq̄t) iesum et eduxerūt: et baiulans sibi crucem exijt in eū qui dicit caluarie locum / hebraice golgotha vbi crucifixerūt eū. Ibat ergo ad locū vbi fuerat crucifigendus: portās crucem suā iesus grande spectaculū. Sed si spectat impietas / grande ludibriū. Si pietas: grande mysteriū Si spectet impietas: grande ignominie documentū. Si pietas: grande fidei munimentū. Si spectet impietas: ridet regem p virga regni lignū sui portare supplicij. Si pietas: videt regem baiulantē lignū ad semetipsum figendū: q̄ō fixurus fuerat etiā in frontib⁹ regū: in eo spernendus oculis impiorū: in quo erant gloriatura corda sanctor̄. Dicturo enim
Gal. vj. paulo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu christi: ipsam crucē suam suo gestans humero cōmendabat: et lucerne arsure q̄ sub modio ponenda nō erat / candela brū ferebat. Baiulans ergo sibi crucē exijt in eū qui dicitur
B caluarie locū hebraice golgotha: vbi eū crucifixerūt: [et cū
Matthei eo alios duos hinc et hinc: medīū autē iesum.] Isti duo la-
xxvij. trones erant sicut alior̄ euangelistarū narratione didicim⁹
Marci. xv cū quib⁹ crucifixus et inter quos fixus est christus. De quo
Lu. xxiij. premissa dixerat ppheta. Et inter iniquos deputatus est.
Esaie. liij. [Scripsit autē et titulū pilatus: et posuit super crucē. Erat autē scriptū. Jesus nazaren⁹ rex iudeorū. Hūc ergo titulum multi legerūt iudeorū: q̄r ppe ciuitatē erat locus vbi crucifixus est iesus. Et erat scriptū hebraice / greece / et latine:] rex iudeorū. Hebraice quippe tres lingue ibi pre ceteris eminebant. Hebrea ppter iudeos in quorum lege gloriātes. Greca propter gentiū sapientes. Latina ppter rhomanos: multis ac pene oībus iam tūc gentib⁹ imperātes. [Dicebāt ergo pilato pōtifices iudeorū. Noli scribere rex iudeorū: sed quia ipse dixit rex sum iudeorū. Respōdit pilatus. Q̄ō scripsi scripsi.] Ineffabilē vim diuine operationis: etiā in cordibus ignorantiū. Nōne oculta vox quedā pilato intus quodam si dici
Ps. lvj. potest clamoso silentio psonabat: q̄ō tanto ante in psalmorū litteris ppheratū est? Ne corrūpas tituli inscriptionē. Ecce tituli inscriptionē nō corrūpit: quod scripsit scripsit. Sed etiā pontifices qui hoc corrūpi volebant: quid dicebāt? Noli scribere (inquūt) rex iudeorū: sed quia ipse dixit: rex sum iudeorū. Quid loquimini insani: quid fieri cōtradicitis: q̄ō mutare nullo pacto potestis? Nūquid enī ppterea non erit verū: quia iesus ait: rex sum iudeorū? Si corrūpi non potest q̄ō pilatus scripsit: corrūpi potest quod veritas dixit: sed iudeorū tantū rex est christus an et gentiū? Immo et gētium.
Psalm. ij. Cū enim dixisset in ppheta. Ego autē cōstitutus sum rex ab eo super syon montē scm̄ eius predicans preceptū eius: ne ppter montē syon solis iudeis eum regem quisq; diceret cōstitutū: cōtinuo subiecit. Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatē tuam: et possessionē tuā terminos terre. Unde et ipse iam per os ppriū loquens apud iudeos. Habeo (inquit)
Joh. x. alias oues que nō sunt de hoc ouili: oportet me et ipsas adducere et vocē meam audient: et fiet vnus grex et vn⁹ pastor Cur ergo magnū volum⁹ intelligi in hoc titulo sacramentū in quo scriptū erat rex iudeor̄: si rex est christus et gentiū?
Rom. xj. Quia sc̄z oleaster factus est particeps pinguedinis olee: nō olea particeps facta est amaritudinis oleastri. Haz in eo q̄ō de christo veraciter scriptū est in titulo rex iudeor̄: qui sunt
Rom. ix. intelligendi iudei: nisi semen abrae filij promissionis: q̄ sunt etiam filij dei: Dñm non qui filij carnis ait apostolus hi filij
Col. j. dei: sed qui filij promissionis deputātur in semine. Et gētes erant quib⁹ dicebat. Si autē vos christi: ergo abrae semen estis: scdm̄ promissionē heredes. Rex ergo iudeorū christus sed iudeorū circūcisione cordis: spiritu nō littera. Quorum laus nō ex hominib⁹ sed ex deo est: pertinentiū ad hierusalem liberam matrē nostram eternā in celis: saram spiritualē ancillam et filium eius de domo libertatis eijcientes. Ideo enim pilatus quod scripsit scripsit: quia dñs q̄ō dixit dixit.

Tractatus. cxviij.

Milites ergo cum crucifixissent eū acceperūt vestimēta eius et fecerūt q̄ttuor partes vnicuiq; militi partem et tunicā. Erat autē tunica incōsutilis desuper cōtexta per totū. Dixerūt ergo ad inuicem. Non scindam⁹ eam sed sortiamur de illa cuius sit vt scriptura impleret dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: et in vestem meā miserunt sortem.

Ea que gesta sunt iuxta crucem dñi cū iam crucifixus esset: isto q̄ttum dñs adiuuat sermone tractemus. [Milites ergo cū crucifixissent eū: acceperūt vestimēta eius et fecerūt quattuor partes: vnicuiq; militi partē et tunicā. Erat autē tunica incōsutilis: desuper cōtexta per totū. Dixerūt ergo ad inuicem. Non scindamus eā sed sortiamur de illa cui⁹ sit vt scriptura † impleatur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: et in vestem meā miserūt sortem.] Factū est q̄ō voluerunt iudei: non ipsi sed milites qui parebāt pilato iudicāte ipso crucifixerūt iesum. Et tamen si volūtates: si insidias: si operam: si traditionem. postremo si extor̄ q̄tes clamores eorū cogitem⁹: magis vtiq; iudei crucifixerūt iesum. Sed de partitione et sortitione vestimentor̄ ei⁹ nō est pretereūter loquendū. Quis enī oīes euāgeliste quattuor hui⁹ rei meminerint: ceteri tamen breuius q̄ iohānes: sed clause illi: iste vero apertissime Matthei mattheus ait. Postq̄ autē crucifixerūt eū: diuiserūt ve xxvij. stimenta eius sortē mittentes. Marcus. Et crucifigētes eū Marci. xv diuiserūt vestimēta eius mittētes sortem sup eis quis quid Lu. xxiij. tolleret. Lucas. Diuidētes vero vestimēta eius: miserūt sortes. Johannes autē et quot partes de vestimētis eius fecerunt dixit: id est quattuor: vt singulas tolleret. Unde appareret quattuor fuisse milites: q̄ in eo crucifigēdo presidi parerunt. Manifeste q̄ppe ait. Milites ergo cū crucifixissent eū acceperūt vestimenta eius / et fecerūt quattuor partes: vnicuiq; militi partē / et tunicā. subaudiendū est acceperunt: vt iste sit sensus. Acceperūt vestimenta eius et fecerūt quattuor partes: vnicuiq; militi partē: acceperūt r tunicam. Et sic locutus est vt de ceteris vestimentis nullā sortē missam esse videamus: sed de tunica quā simul cū ceteris acceperūt sed non similiter diuiserūt. De hac enī sequik exponens. [Erat autem tunica incōsutilis: desuper cōtexta per totū.] Cur autem de illa sortem miserūt narrans: [dixerūt (inquit) ergo ad inuicem. Non scindamus eā: sed sortiamur de illa cuius sit.] Apparet itaq; in alijs vestib⁹ equales eos habuisse partes: vt sortiri necesse non fuerit. In illa vero vna non eos habere potuisse singulas partes: nisi scinderet et pannos eius inutiliter tollerent: q̄ō ne facerent ad vnū eam peruenire sortitione maluerūt. Hui⁹ euāgeliste narrationi cōsonat etiam B ppheticū testimoniū: q̄ō et ipse cōtinuo subiungēs [vt scriptura (inq̄t) impleret dicens. Partiti sunt vestimēta mea sibi: et in vestem meā miserūt sortē.] Non enī ait sortiti sed partiti sunt: nec ait sortiētes partiti sunt: sed in ceteris vestimentis sortem oīno nō nominās. Postea dixit / et in vestē meam miserūt sortem: ppter illam reliquā tunicam. De qua re dicam q̄ō ipse donauerit: cū prius eam que oboriri potest tanq̄ euāgeliste inter se discrepent calumniam propulsauero: demonstrans nullius ceterorum verba narrationi iohānis esse contraria. Mattheus enim dicendo. Diuiserunt ve ybi. ſ. stimenta eius sortem mittentes: ad totam diuisionem vestimentorum voluit intelligi etiaz illam tunicam pertinere: de qua sortem miserūt: quia vtiq; omnes vestes diuidendo in quibus et illa fuit: de ipsa sortiti sunt. Tale est etiam q̄ō ait Lucas: diuidentes vestimenta eius miserunt sortes. Diu- ybi ſ. dentes enim venerunt ad tunicam de qua est facta sortitio: vt inter eos vniuersa vestimētorum eius diuisio compleret Quid aūt interest vtrū dicatur: diuidētes miserūt sortes q̄ō ait lucas: an diuiserunt sortē mittētes q̄ō ait matthe⁹: nisi q̄ lucas dicēdo sortes pluraliter p singulari numero posuit: que locutio in scripturis sanctis insolita non est: cuius nonnul-

† Textus. h3 iplerek. Ps. xxj.

li codices sortē reperiant habere non sortes? Marcus itaq; solus videtur aliquā intulisse questionē. Dicēdo enī mittentes sortem sup eis quid tolleret: tanq; sup oībus vestimētis non sup sola tunica sors missa sit locutus videt. Sed hic etiā breuitas obscuritatē facit. Sic enī dictum est mittētes sortē super eis: ac si diceretur: mittētes sortem cū diuiderent: qđ est factum est. Omniū quippe vestimentor eius diuisio cōpleta nō esset nisi sorte claruisset: quis etiā illam tunicā tolleret: vt sic cōtentio diuidentiū finiretur / vel nulla potius oriretur. Qđ ergo ait: quis quid tolleret: quādoquidem hoc sorti deputat: nō ad oīa que diuisa sunt vestimēta referendū est. Sors enī missa est quis illā tunicam tolleret: de qua quoniam narrare ptermisit qualis fuerit: et quēadmodū equalibus factis partibus sola remāserit: quene cōscinderet venret in sortem; p eo positū est quod ait. Quis quid tolleret. i. quis eā tolleret: tanq; si totū ita diceret. Diuiserūt vestimēta eius mittentes sortē super eis: quis tunicā que partibus
C equalib⁹ supfuerat tolleret. ¶ Querat forte aliquis quid significet in tot partes vestimentor facta diuisio: et de tunica illa sortitio. Quatripartita vestis dñi iesu christi: quatripartitam figurauit eius ecclesiā: toto scz qui quattuor partib⁹ cōstat terrarū orbe diffusam: et oīnibus eius dē partib⁹ equaliter. i. cōcorditer distributam. Propter qđ alibi dicit mis-
Matthei xxiiij. surū se angelos suos: vt colligant electos eius a q̄ttuor ventis. Qđ quid est: misi a quattuor partib⁹ mūdi: oriente: occidente: aquilone: et meridie? Tunica vero illa sortita oīm partium significat vnitatē: q̄ charitatis vinculo continetur. De
j. Cor. xiij. charitate autē locutus⁹ apl's. Supereminentiorē (inq̄t) viā
Ephe. iij. vobis demonstro. Et alio loco ait. Cognoscere etiā supemi-
Col. iij. nentē scientie charitatē xp̄i. Itemq; alij. Sup oīa autem hec charitatē: q̄ est vinculū perfectionis. Si ergo charitas et supereminentior habet viā: et supeminet scientie: et super oīa precepta est: merito vestis qua significat desuper contexta perhibet. Incōsutilis aūt ne aliquādo dissuatur: et ad vnū peruenit quia in vnū oīes colligit: sicut in apostolis cū esset etiā ipse numerus duodenarius. i. quatripertitus inter
Mat. xvj. nos: et oīes essent interrogati solus petrus respōdit / tu es christ⁹ filius dei viui: et ei dicit. Tibi dabo claues regni celorū: tanq; ligandi et soluēdi solus acceperit potestatē: cū et illud vnus pro oībus dixerit: et hoc cū oīnibus tanq; personam gerens ipsi⁹ vnitatis acceperit. Ideo vnus p omnib⁹: quia vnitas est in oīnibus. Unde et hic cū dixisset / desuper cōtexta: addidit per totū. Qđ si referamus ad id qđ significat / nemo eius est expers qui pertinere ad totuz inueniatur: a quo toto sicut greca indicat lingua / catholica vocat ecclesia. In sorte autē quid nisi dei gratia commendata est? Sic quippe in vno ad oīes peruenit: cū sors quoq; oīnibus placuit: quia et dei gratia in vnitate ad oīes puenit: et cū sors
D mittitur: nō persone vel cuiusq; meritis: sed occulto indicio dei ceditur. ¶ Nec ideo ista non aliquid boni significasse q̄s dixerit: quia per malos facta sunt: nō scz per eos qui christū secuti sed qui sunt psecuti. Quid enī de ipsa cruce dicturi sumus: q̄ certe similiter ab inimicis atq; impijs christo facta
Ephe. iij. et impacta est? Et tamen ea significari recte intelligit quod ait apl's: que sit latitudo / lōgitudo / et altitudo / et pfundū. Lata est q̄ppe in trāsuerso ligno quo extendūt pēdētes manus: et significat opera bona in latitudine charitatis. Lōga est a trāsuerso ligno vsq; ad terrā vbi dorsum pedesq; figunt et significat perseuerantiā in lōgitudine tēporis vsq; in finē Alta est in cacumine qđ p transuersum lignū sursum versum excedit: et significat supernū finē quo cūcta opera referunt qm̄ cūcta que latitudine ac longitudine bene ac pseueranter fiūt: ppter altitudinē diuinor faciēda sunt premiorū. Pro funda est in ea parte qua in terrā figit: ibi quippe et occulta est nec videri potest. Sed cūcta eius apparētia et eminētia inde cōsurgunt: sicut bona nostra de pfunditate gratie dei que cōprehēdi ac diiudicari nō potest vniuersa procedunt.
Gal. v. Sed et si crux xp̄i hoc solū significet qđ ait apl's. Qui autez iesu xp̄i sunt / carnē suam crucifixerūt cū passionib⁹ et cōcupiscentijs: q̄s magnū bonū est? Nec tamen facit hoc nisi concupiscens aduersus carnē spūs bonus: cū illā crucē christi fecerit inimicus. i. spūs malus. Postremo quid est qđ oīes nouerūt signū christi: nisi crux christi? Qđ signum nisi adhibeatur: siue frontib⁹ credentiū: siue ipsi aque qua regenerantur / siue oleo quo chrysmate vngunt / siue sacrificio q̄ alūtur nihil eorū rite perficitur. Quomodo ergo p id quod male faciunt nihil boni significat: quādo per crucē christi quā fecerunt mali in celebratione sacramentor ei⁹ bonū nobis oīe signatur? Sed hec hactenꝰ: que aut̄ sequuntur alias vt deꝰ opitulabitur differenda videbimus.

Tractatus.cxix.

¶ Et milites quidē hec fecerunt. Stabant autē iuxta crucē iesu mater eius et sororꝰ matris ei⁹ marie cleophe et maria magdalene. Cū vidisset ergo iesus matrē et discipulū stantem quem diligebat dicit matri sue. Mulier ecce filiꝰ tuꝰ. Deinde dicit discipulo ecce mat tua: et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciēs iesus quia oia cōsūmata sunt vt cōsūmaret scriptura dicit sitio. vas ergo erat positū acceto plenū. illi autez spōgeam plenā aceto ysopo circūponentes: obtulerūt ori eius: cū aūt accepisset iesus acetū dixit. Cōsūmatū est et iclinato capite tradidit spīm

A Crucifixo dño postea q̄ diuisio vestimentor ei⁹ etiam sorte missa cōpleta est: q̄ deinde narrat iohannes euāgelista videam⁹. [Et milites quidē (inq̄t) hec fecerūt. Stabāt autē iuxta crucē iesu mater eius et sorores matris ei⁹ maria cleophe: et maria magdalene. Cū vidisset ergo iesus matrē et discipulū stantem quē diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eam discipul⁹ in † sua.] Hec nimirū est illa hora: de qua † Al'. suam
iesus aquā cōuersurus in vinū: dixerat matri. Quid mihi et tibi est mulier. Nōdum venit hora mea: Hanc itaq; horam ē. tracta. viij. c
prediderat q̄ tunc nōdum venerat in qua deberet agnosci a matre moriturus: de qua fuerat mortaliter natus. Tūc ergo diuina factur? non diuinitatis sed infirmitatis matrem velut incognitā repellebat. Nūc autē humana iam patiens ex qua fuerat factus hō / affectu cōmendabat humano. Tunc enī qui mariā creauerat innotescebat in virtute: nūc vero qđ maria pependerat pēdebat in cruce. Moralis igitur insinuat locus: facit qđ faciendū ammonet: et exemplo suo suos ministros instruit precepto: bonus vt a filijs pijs impēdatur cura parētibus: tanq; lignū illud vbi erant fixa mēbra morientis: etiā cathedra fuerit magistri docentis. Ex hac sana doctrina didicerat paulus apostolus qđ docebat quādo dicebat. Si quis autē suis et maxime domesticis nō prouidet: fi- j. Tim. v.
dem negauit: et est infideli deterior. Quid autem tam cuiq; domesticū q̄s parentes filijs / aut parentib⁹ filij: Hui⁹ itaq; saluberrimi precepti ipse magister sanctorū de seipso constituebat exemplū: quādo non vt famule de⁹ quā creauerat et regebat: sed vt matri homo de qua creat⁹ fuerat et quā relinquebat / alterū pro se quodāmodo filiū puidebat. Nam cur hoc fecerit: qđ sequik indicat. Ait enim euāgelista. [Ex illa hora accepit eā discipulus in sua.] De seipso dicēs. ¶ Sic q̄p B
pe cōmemorare solet qđ eum diligebat iesus: qui vtiq; oēs sed ipsum pre ceteris et familiarius diligebat: ita vt in cōui- ē. xiij. f
uio super pectus suū discumbere faceret: credo vt isti⁹ euangelij qđ per eū fuerat predicaturus / diuinā excellentiā hoc modo altius cōmendaret. Sed in que sua iohānes matrem dñi accepit? Neq; enim nō ex eis erat qui dixerūt ei. Ecce Mat. xix.
nos dimisimꝰ oīa et secuti sumus te. Sed ibi quoq; audierat. Qui cūq; ista dimiserit ppter me: accipiet in hoc seculo centies tantū. Habebat ergo discipulus centupliciter plura q̄s dimiserat: in que susciperet eius matrez qui hec illi donauerat. Sed in ea societate beatus iohānes receperat centuplum: vbi nemo dicebat aliquid suū: sed erant illis oīnia cōmunia: sicut in apostolorū actibus scriptū est. Sic enī apo- Actuū. iiij
stoli erant quasi nihil habentes: et oīnia possidentes. Quo- ij. Cor. vj.
modo ergo matrē magistri et dñi sui discipulus et famulus accepit in sua: vbi aliqđ suū nemo dicebat? An q̄ paulo post in eodē libro legit. Quotquot enī possessores p̄diorū vel do- Act. vbiq;.
morū erāt vendētes afferebāt p̄cia eor et ponebāt ad pedes apl'or. distribuebat aūt vnicuiq; put cuiq; opꝰ erat: itelligē

dum est sic distributū fuisse huic discipulo qđ opus erat: vt illic etiā beate marie tanq̄ matris eius portio poneretur? Magisq̄ sic debem⁹ accipere qđ dictū est ex illa hora susce-pit eam discipulus in sua: vt ad eius curam quicquid ei esset necessariū pertineret: suscepit ergo eam in sua non predia q̄ nulla ppria possidebat: sed officia que ppria dispensatione exequēda curabat. Deinde subiūgit. [Postea sciens iesus quia oīa cōsummata sunt: vt cōsummaret scriptura: dicit. Sitio. Vas ergo positū erat aceto plenū. Illi autem spongi am plenam aceto hysopo circūponētes: obtulerūt ori eius.

C Cū ergo accepisset iesus acetū dixit. Cōsummatū est. Et in clinato capite: tradidit spiritum.] Quis potest que fecit ita disponere: quomodo disposuit homo iste qui passus est? Sz

j. Tim. ij. homo mediator dei et hominū: homo de quo predictū legi-tur: et homo est et quis cognoscet eū. Quomodo homines p quos hec fiebāt videbant hominē sed non agnoscebant deū. Homo nanq̄ apparebat qui deus latebat. Patiebatur hec oīa qui apparebat: et idem ipse disponebat hec oīa qui latebat. Vidit ergo quia cōsummata sunt oīa que oporte-bat vt fierent anteq̄ acciperet acetū et traderet spiritū: atq̄ vt hoc etiam cōsummaret qđ scriptura predixerat: et in siti mea potauerunt me aceto: sitio inquit. Tanq̄ diceret. Hoc minus fecistis: date quod estis. Judei quippe ipsi erāt ace-tum degenerātes a vino patriarcharū et pphetarū: et tanq̄ de pleno vase / de imāgtate mūdi huius impleti: cor habētes velut spongiā cauernosis quodāmodo atq̄ tortuosis latibu lis fraudulentū. Hysopū autē cui circūposuerūt spongiam aceto plenā. quoniā herba est humilis et pectus purgat: ip-sius christi humilitatē cōgruenter accipimus: quā circūde-derunt et se circūuenisse putauerūt. Unde est illud in psal-

Psalm. l. mo. Asperges me hysopo et mūdabor. Christi nanq̄ humi-

Phil. ij. litate mundamur: quia nisi humiliasset semetipsum factus obediens vsq̄ ad mortem crucis: non vtiq̄ sanguis eius in peccatorū remissionē: hoc est in nostrā mūdationē fuisset ef fusus. Nec moueat quomodo spongia ori eius potuit admo ueri: qui in cruce fuerat exaltatus a terra. Sicut enim apud alios euangelistas legitur qđ hic prętermisit: in arūdine est factū: vt in spongia talis potus ad crucis sublimia leuarek. Per arūdinem vero scriptura significabat: que implebat hocfacto. Sicut enī lingua dicitur vel greca / vel latina / vel alia quelibet sonum significans qui lingua ꝓmitur: sic arū-do dici potest littera que arūdine scribitur. Sed sonos signi ficantis vocis humane vsitatissime dicim⁹ linguas: scriptu ras vero arūdinem dici quo minus est vsitatum: eo magis est mystice figuratū. Faciebat ista popul⁹ impius: patiebat ista miser cor christus. Qui faciebat: qđ faceret nesciebat. Qui patiebatur aūt nō solum quid fieret sed et cur fieret scie bat: verūetiam de malefacientibus bene ipse faciebat. [Cū ergo accepisset iesus acetum: dixit. Cōsummatū est.] Quid nisi qđ prophetia tanto ante tēpore predixerat? Deinde q̄ nihil remanserat qđ anteq̄ moreretur fieri adhuc oporteret tanq̄ ille qui potestatē habebat ponendi animā suā: et iterū sumēdi eam: peractis oīnibus que vt peragerentur expecta bat: inclinato capite tradidit spiritū. Quis ita dormit qñ vo luerit: sicut iesus mortuus est quādo voluit. Quis ita vestē deponit quādo voluerit: sicut se carne exuit quādo voluit? Quis ita cū voluerit abit: quomodo cū voluit obijt? Vita speranda vel timenda potestas est iudicātis: si apparuit tā ta morientis.

Tractatus. cxx.

C Judei ergo quoniā parasceue erat vt nō rema nerēt in cruce corpora sabbato. (Erat enī magn⁹ dies ille sabbati) rogauerūt pilatū vt frangerenk eorum crura et tollerētur. Venerūt ergo milites et primi quidem fregerūt crura: et alteri⁹ qui cru-cifixus est cum eo. Ad iesum autē cū venissent vt viderūt eum iam mortuū nō fregerūt eius crura: sed vnus militū lācea latus eius aperuit: et conti nuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimo nium perhibuit ꝛ verū est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt enī hec vt scriptura impleret. Os non cōmi nuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit. Videbunt in quē transfixerūt. Post hec autem rogauit pilatū Joseph ab arimathia eo qđ esset disci-pulus iesu. Occultus autem ppter metū iudeo-rum: vt tolleret corpus iesu. Et permisit pilatus Venit ergo et tulit corpus iesu. Venit autem ꝛ nicodemus qui venerat ad iesum nocte primū fe rens mixturā mirrhe et aloes quasi libras centū Acceperūt ergo corpus iesu: ꝛ ligauerūt eum lin theis cū aromatib⁹ sicut mos est iudeis sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixus est hortus / et in or to monumentū nouū in quo nondū quisq̄ posit⁹ erat. Ibi ergo ppter parasceuē iudeorū q̄ iuxta erat monumētū posuerūt iesū. Una autē sabbati maria magdalene venit mane cuz adhuc tene-bre essent ad monumentū. Et vidit lapidē sublatū a monumento. Cucurrit ergo et venit ad simo nem petrū: ꝛ ad aliū discipulū quē amabat iesus et dicit illis: tulerūt dōm de monumēto: et nescimus vbi posuerūt eum. Exijt ergo petrus et ille alius discipulus et venerūt ad monumētū. Cur-rebāt autē duo simul et ille ali⁹ discipulus precu-currit citius petro: et venit primus ad monumen tum. Et cum se inclinasset vidit posita linteami-na: nō tamen introiuit. Venit ergo simon petrus sequens eū: et introiuit in monumētū: ꝛ vidit lin teamina posita et sudariū qđ fuerat super caput ei⁹. Non cū linteaminib⁹ positum sed separatim inuolutū in vnum locū. Tūc ergo introiuit et il-le discipulus q̄ venerat primus ad monumentū Et vidit et credidit. Nondū enim sciebāt scriptu ram q̄ oporteret eum a mortuis resurgere.

A Postea q̄ dōs iesus peractis oīnibus que ante suā mortem peragi oportere pscibat: quando voluit tradidit spiritū: que deīde secuta sunt euāgelista narrante videamus. [Judei ergo (inquit) qm̄ pa rasceue erat: vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati: rogauerūt pilatū vt franger-entur eorū crura et tollerentur.] Non crura tollerentur sed hi quibus ideo frangebātur vt morerenk: et auferētur de li-gno: ne pendētes in crucibus magnū diem festū sui diurni cruciatus horrore fedarent. [Venerūt ergo milites: et pri-mi quidē fregerūt crura: et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad iesum autem cū venissent vt viderūt eū iam mortuū: non fregerūt eius crura. Sed vnus militū lancea latus eius aperuit: et cōtinuo exiuit sanguis et aqua.] Vigilāti verbo euāgelista vsus est: vt non diceret. Latus eius percussit aut vulnerauit: aut quid aliud sed aperuit: vt illic quodāmodo vite hostiū panderetur: vnde sacramēta ecclesie manauerūt sine quibus ad vitam que vera vita est nō intratur. Ille san-guis in remissionē fusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat poculū: hec et lauachrū prestat et potū. Hoc pro-nūciabat qđ noe in latere arche ostium facere iussus est: qua Gen. vj. intrarent animalia que nō erant diluuio peritura: quib⁹ pre figurabatur ecclesia. Propter hoc ꝓma mulier facta est de Gen. ij. latere viri dormientis: et appellata est vita mater q̄ viuorū Magnū quippe significauit bonū ante magnū preuaricati-onis malū. In habitu tacentis et dormientis / hic secūdus adam inclinato capite in cruce dormiuit: et vnde ei formare tur cōiunx qđ de latere dormiētis efflurit. Smors vñ mor-tui reuiuiscunt: quid isto sanguine mundius? Quid vulnere isto salubrius? [Et qui vidit (inquit) testimonū perhibuit et verū est testimoniū ei⁹: et ille scit quia vera dicit: vt et vos credatis.] Non dixit: vt et vos sciatis: sed vt credatis. Scit

eñ qui vidit:cuius credat testimonio qui non vidit. Magis autem ad fidez credere pertinet q̄ videre. Hā quid est aliud credere:q̄ fidem accōmodare? [Facta sunt enim hec inquit:
Exodi.xij vt scriptura impleretur. Os nō cōminuetis ex eo. Et iteruz
Zach.xij. B alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.]Duo testimonia de scriptur̄ reddidit singulis reb?:quas factas fuisse narrauit. Nam quia dixerat:ad iesum autem cum venissent:vt viderunt eum iam mortuum nō fregerunt ei? crura:ad hoc pertinet testimonium:os non comminuetis ex eo. Quod preceptum est eis qui celebrare pascha iussi sunt ouis immolatione: in veteri lege que dominice passionis vmbra preceſſerat: vnde pascha nostrum immolatus est christ?. De
Esaie.liij. quo t Esaias propheta predixerat. Sicut ouis ad immolādum ductus est. Item q̄ subiunxerat dicens:sed vnus militum lancea latus eius aperuit:ad hoc pertinet alterum testimonium: videbunt in quem transfixerunt: vbi promissus est christus: in ea qua crucifixus est carne venturus. [Post hec autem rogauit pylatum ioseph ab arimathia: eo quod esset discipulus iesu:occultus autem propter metum iudeorum: vt tolleret corpus iesu. Et permisit pylatus. Venit ergo t tulit corpus iesu. Venit autem t nichodemus qui venerat ad iesum nocte primum ferens mixturam mirrhe t aloes quasi libras centum.]Non ita distinguendum est vt dicamus primū ferens mixturam myrrhe:sed vt quod dictum est primū ad superiorem sensum pertineat. Venerat eñ nichodemus ad iesum nocte primum:quod idem iohannes in prioribus
ē.xiij.a. euangelij sui partibus manifestat. Hic ergo intelligendum est ad iesum non tunc solum:sed tunc primū venisse nichodemum: venisse autem postea vt fieret audiendo discipul?:q̄ō certe modo in reuelatione corporis beatissimi stephani fere omnibus gentibus declaratur. [Acceperunt ergo corp? iesu t ligauerunt illud lintheis cum aromatibus sicut mos est iudeis sepelire.]Non mihi videtur euangelista frustra dicere voluisse:sicut mos est iudeis sepelire. Ita q̄ppe(nisi fallor) admonuit in huiusmodi officijs que mortuis exhibent:morem cuiusq̄ gentis esse seruandum. [Erat autem in loco vbi crucifixus est hortus t in horto monumentū nouum: in quo nondum quisquā positus erat.]Sicut in marie virginis vtero nemo ante illum:nemo post illuz conceptus est: ita in hoc monumento nemo ante illum:nemo post illum sepultus est. [Ibi ergo propter parasceuen iudeorū quia iuxta erat monumentū posuerunt iesum.]Acceleratam vult intelligi sepulturā ne aduesperascer et:quando iaz propter parasceuē:quā cenam puram iudei latine vsitatius apud nos vocant: face-
Capi.xx. C re tale aliquid non licebat. [Una autē sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum t vidit lapidem sublatum a monumēto. Una sabbati est quē tam diem dominicū propter domini resurrectionē mos chri-
Matth. xxviij. stianus appellat:quem matthеus solus in euangelistis: primam sabbati nominauit. [Cucurrit ergo t venit ad simonez
† Al. amabat. petrum:t ad alium discipulum quem † diligebat iesus:t dicit eis. Tulerunt dñm de monumento: t nescio vbi posuerunt eum.]Nonnulli codices etiam greci habent. Tulerunt dominum meum:quod videri dictum potest propensiore charitatis vel famulatus affectu.sed hoc in pluribus codicibus quos in promptu habuimus nō inuenimus:[Exijt ergo petrus t ille alius discipulus:t venerunt ad monumentū Currebant autez duo simul:t ille alius discipulus precucurrit citius petro:t venit primus ad monumentum.]Aduertē da hic t commendanda est recapitulatio.quomodo redituz est ad id quod fuerat prętermissum:t tanq̄ si hoc sequeretur adiunctum est. Cum enim iam dixisset venerūt ad monumētum:regressus est vt narraret quomodo venerūt atq̄ ait. currebant autem duo simul t cetera: vbi ostendit quod precurrens ad monumentum prior venerit alius ille discipul?:quē ipsum significat:sed tanq̄ de alio more sancte scripture cūcta narrat. [Et cum se inclinasset inquit:vidit posita lintheamina:non tamen introiuit. Venit ergo simon petrus sequēs eum:t introijt in monumentum:t vidit lintheamina posita t sudariuz qnod fuerat super caput eius non cum lintheaminibus positum:sed separatim inuolutum in vnum locū]Putamusne nihil ista significant? Requaq̄ hoc putauerim:sed ad alia festinam?:in quibus immorari questionis vel obscuritatis alicuius necessitate compellimur. Nam ista que per seipsa manifesta sunt.quid singula etiaz significent: querere sancte quidem delicie sunt: sed ociosorum quod non sumus nos. [Tūc ergo introijt t ille discipulus: qui venerat prim? ad monumētū.]Prior venit:t posterior intrauit. Neq̄ hoc vtiq̄ vacat:sed mihi ad ista non vacat. [Et vidit inquit t credidit.]Hic nōnulli parum attendentes:putant hoc iohannē credidisse quod iesus resurrexit:sed quod sequitur non hoc indicat. Quid sibi enim vult quod statiz adiunxit? [Nondū eñ sciebant scripturam:q̄ oportebat euz a mortuis resurgere.]Non ergo eum credidit resurrexisse quez nesciebat oportere resurgere. Quid ergo vidit? Quid credidit? Vidit scilz inane monumentum:t credidit quod dixerat mulier eum de monumento esse sublatum. Nondum enim sciebant scripturā quia oporteret eum a mortuis resurgere. Et ideo quando id ab ipso domino audiebant:q̄uis apertissime diceretur consuetudine audiendi ab illo parabolas non intelligebāt:t aliquid aliud eum significare credebant. Sed ea que sequūtur in sermonem alium differamus.

Tractatus.cxxj.

Abierunt ergo discipuli iteruz ad semetipsos Maria autem stabat ad monumentuz foris plorans:dum ergo fleret inclinauit se t prospexit in monumentum:t vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput t vnum ad pedes vbi positum fuerat corpus Jesu. Dicunt ei illi:mulier quid ploras? Dicit eis quia tulerunt dominum meum t nescio vbi posuerunt eum. Hec cum dixisset conuersa est retrorsum: t vidit iesum stantē t nō sciebat quia iesus est. Dicit ei iesus:mulier quid ploras. Quem queris? Illa existimans q̄z hortulanus esset dicit ei. Domine si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum:et ego eum tollam. Dicit ei iesus:Maria. Conuersa illa dicit ei:Rabboni quod dicitur magister. Dicit ei Jesus. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum vade autem ad fratres meos t dic eis. Ascendo ad patrem meum t patrem vestruz deum meum t deum vestrum. Venit maria Magdalene annuncians discipulis quia vidi dominum: t hec dixit mihi. Cum ergo sero esset die illo vna sabbatorum et fores essent clause vbi erāt discipuli congregati propter metum iudeorum. Venit iesus t stetit in medio t dixit eis. Pax vobis. Et cum hec dixisset ostendit eis manus t latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iteruz. Pax vobis:sicut misit me pater et ego mitto vos:hec cum dixisset insufflauit: Et dicit eis accipite spiritum sanctum. Quoruz remiseritis peccata remittuntur eis. Et quorum retinueritis retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominum. Ille autē dixit eis Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum et mittam digitum meum in locum clauorum et mittam manum meam in latus eius non credaz Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus:et thomas cuz eis. Venit iesus ianuis clausis et stetit in medio t dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit Thome infer digitum tuum huc t vide manus meas t affer manum tuam et mitte in latus meuz et noli esse incredulus sz fidelis. Re

Expositio diui Augustini in euangeliū scōm Johan.

spondit Thomas et dixit ei. Dominus meus ⁊ deus meus. Dicit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderūt ⁊ crediderūt

A Sublatum esse dominum de monumento discipulis eius petro ⁊ iohanni nūciauerat maria magdalene. quo illi venientes inuenerunt sola lintheamina quibus corpus fuerat inuolutū. Et quid aliud crediderunt: nisi quod illa dixerat: quod etiam ipsa crediderat? [Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli.] id est. vbi habitabant: et vnde ad monumentum cucurrerant [Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.] Matris enim recedentibus infirmiorem sexus in eodem loco fortior figebat affectus: ⁊ oculi qui dominum quesierant ⁊ non inuenerant: lachrymis iam vacabant amplius dolentes qō fuerat de monumento sublatus: qz quod fuerat in ligno occisus: quoniam magistri tanti cuius eis vita subtracta fuerat nec memoria remanebat. Tenebat itaqz ad monumentū istā dolorista mulierem. [Cum ergo fleret: inclinauit se ⁊ prospexit in monumentum.] Cur hoc fecerit nescio: non enim nesciebat non ibi esse iam quem querebat: quandoquidez inde sublatum discipulis ipsa nunciauerat: ⁊ illi ad monumentum venerant. ⁊ non solum intuendo: sed etiam intrando corpus domini quesierant: nec inuenerant. Quid sibi ergo vult q ista cum fleret rursum in monumentum inclinata prospexit Vtrum quod nimium dolebat: nec suis nec illoruz oculis facile putabat esse credendum: an poti⁹ diuino instinctu in animo eius effectum est vt prospiceret? Prospexit enim [⁊ vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput: ⁊ vnum ad pedes: vbi positum erat corpus iesu.] Quid est q vnus ad caput ⁊ ad pedes alter sedebat? An quoniam qui grece angeli dicuntur: latine sunt nuncij: isto modo christi euangelium velut a capite vsqz ad pedes ab initio vsqz in finem significabant esse nunciandum. [Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meū: ⁊ nescio vbi posuerunt eum:] Angeli lachrymas prohibebant: vbi quid aliud qz futurum quodāmodo gaudium nunciabant. Ita enim dixerūt: Quid ploras? Ac si dicerēt: Noli plorare: Aulla eos putans interrogasse nescientes: causas prodidit lachrymaz [Quia tulerunt inquit dominum meum.] Dominum suū vocans corpus exanime domini sui. a toto partem significans: sicut omnes confitemur iesum christum filium dei vniuz dominum nostrum. quod vtiqz simul est ⁊ verbum ⁊ anima ⁊ caro. crucifixum tamen ⁊ sepultum: cum sola eius sepulta sit caro. [Et nescio inquit vbi posuerunt eum.] Hec erat causa maior doloris: quia nesciebat quo iret ad consolandum dolorez Sed hora iam venerat: vt id quod nunciatum quodāmodo fuerat ab angelis flere prohibentibus: gaudium succederet fletibus. [Demqz cum hec dixisset conuersa est retrorsuz ⁊ vidit iesum stantem: et non sciebat quia iesus est. Dicit ei iesus. Mulier quid ploras? Quem queris? Illa existimās qz hortulanus esset: dicit ei. Domine si tu sustulisti eum: dicito mihi vbi posuisti eum: ⁊ ego eum tollam. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabboni quod dicitur magister.] Nemo calumnietur mulieri: quod hortulanum dixerit dominum. ⁊ iesum magistrum. Ibi enim rogabat: hic agnoscebat. Ibi honorabat hominem a quo beneficium postulabat hic recolebat doctorez a quo discernere humana ⁊ diuina discebat. Appellabat dominum cuius ancilla non erat vt per eum veniret ad dominum cuius ancilla erat. Aliter ergo dominum dixit. Sustulerunt dominum meum: aliter autez: domine si tu sustulisti eum. Nam ⁊ prophete appellauerunt dominos eos qui homines erant: sed aliter illuz de quo scriptū
pō.lxxxiij. est. Dominus nomen ei: Sed ista mulier que iam fuerat conuersa retrorsum vt videret iesum. quando eū putauit esse hortulanum ⁊ cum illo vtiqz loquebatur. Quomodo rursus conuersa dicitur. vt ei diceret /rabboni: nisi quia tunc conuersa corpore quod non erat putauit. nunc corde conuersa qō erat agnouit? [Dicit ei iesus. Noli me tangere: nōdum enim ascēdi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos ⁊ dic eis Ascendo ad patrem meum ⁊ patrem vestrum: deum meum ⁊
B deum vestrum. [Est in his verbis quod breuiter quidem sz tamen attentius pertractare debemus. Jesus quippe mulierem que illum magistrum agnouit ⁊ appellauit. cuz hec ei

responderet fidem docebat: et hortulanus ille in eius corde tanqz in horto suo granuz synapis seminabat. Quid est ergo noli me tangere? Et tanqz huius prohibitionis causa quereretur. adiunxit. Nondum enim ascendi ad patrē meū. Quid est hoc? Si stans in terra non tangitur: sedens in celo quomodo ab hominib⁹ tangetur? Qui certe anteqz ascenderet discipulis se tangendum obtulit dicens. sicut lucas euāgelista testatur. Palpate ⁊ videte quia spiritus carnem et ossa nō habet sicut me videtis habere: vel quando dixit discipulo thome: infer digitum tuum huc ⁊ vide manus meas ⁊ affer manum tuam ⁊ mitte in latus meum. Quis autem tam sit absurdus vt dicat eum a discipulis quidem anteqz ad patrē ascendisset voluisse se tangi: a mulieribus autem noluisse si cū ascendisset ad patrem? Sed nec sic qui vellet despere sinere tur. Leguntur eñ etiam femine post resurrectionem anteqz ad patrem ascenderet tetigisse iesum: in quibus erat etiā ipsa maria magdalena narrante matthEo quod occurrerit illis iesus dicens. Auete. Ille autem accesserunt inquit ⁊ tenuerūt pedes eius: ⁊ adorauerunt eum. Hoc a iohanne ptermissum est: sed a matthEo verum dictum est. Restat ergo vt aliquod in his verbis lateat sacramentū: quod siue inueniamus siue inuenire minime valeamus: inesse tamen nullo modo dubitare debemus. Aut ergo sic dictum est: noli me tangere nondum eñ ascendi ad patrem meuz: vt in illa femina figuraret ecclesia de gentib⁹ que in christum non credidit nisi cū ascēdisset ad patrem; aut sic in se credi voluit iesus. hoc est sic se spiritualiter tangi quod ipse ⁊ pater vnum sunt. Eius quippe intimis sensibus quodāmodo ascendit ad patrem: qui sic in eo profecerit vt patri agnoscat equalem. Aliter non recte tangit. i. aliter nō recte in eū credit. Poterat aūt sic credere maria vt eū putaret imparē patri. qō vtiqz prohibet cū ei dicit. noli me tāgere. i. noli in me sic credere quēadmoduz adhuc sapis. Noli tuuz sensuz hucusqz pertendere qō prote factus sum: nec transire ad illud quo facta es. Quomodo enim non carnaliter adhuc in eum credebat: quem sicut hominez flebat. Nondum eñ ascendi inquit ad patrem meuz. Ibi me tangis: quando me crediderispatri nō imparem deuz. Vade autem ad fratres meos ⁊ dic eis. Ascendo ad patrez meū ⁊ patrem vestrum. Non ait /patrem nostrū. Aliter ergo meū aliter vestrum. Natura meum. gratia vestrum. Et deū meū ⁊ deum vestrum. Neqz hic dixit deum nostrum. Ergo ⁊ hic aliter meum. aliter vestrum. Deum meum sub quo ⁊ ego homō sum: deum vestrum inter quos ⁊ ipsuz mediatorem suz. [Venit maria magdalene annuncians discipulis: qz vidi dominum ⁊ hec dixit mihi. Cum esset ergo sero die illo vna sabbatorum ⁊ fores essent clause vbi erant discipuli congregati propter metum iudeorū: venit iesus ⁊ stetit in medio ⁊ dixit eis Pax vobis. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus ⁊ lat⁹] Claui enim manus fixerant. lancea latus eius apperuerat: vbi ad dubitantium corda sananda vulneruz sunt seruata vestigia. Noli autem corporis vbi diuinitas erat: ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. [Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterz: Pax vobis.] Iteratio confirmatio est. Ipse quippe dat per prophetam promissam pacem super pacem. [Sicut misit me pater: inquit: ⁊ ego mitto vos] Equalem patri filium nouimus sed hic verba mediatoris agnoscimus. Medium quippe se ostendit dicendo: Ille me. ⁊ ego vos. [Hec autem cum dixisset: insufflauit ⁊ dicit eis. Accipite spiritumsanctum.] Insufflando significauit spiritumsanctum nō patris solius esse spiritum: sed ⁊ suum. [Quorum remiseritis (inquit) peccata: remittuntur eis: ⁊ quorum retinueritis retenta sunt.] Ecclesie charitas que per spiritumsanctum diffunditur in cordibus nostris participum suorum peccata dimittit: Eorum autez qui non sunt eis participes tenet. Ideo postea qz dixit /accipite spiritumsanctum: hoc continuo de peccatoruz remissione ac detentione subiecit. [Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominū. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum. ⁊ mittam digitum meū in locum clauorum. ⁊ mittaz manum meam in latus eius non credam. Et post dies octo. iterum erant discipuli eius intus: ⁊ thomas cū eis. Venit ie

Lu.xxiiij. ō.l.c. Math. xxviij. C iiij. senten. dist. xviij. nec ideo. de pe. dist. iij. eccle charitas. Roma. v.

sus ianuis clausis: ⁊ stetit in medio ⁊ dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc ⁊ vide manus meas: ⁊ affer manum tuam ⁊ mitte in latus meum: ⁊ noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas ⁊ dixit. Dominꝰ meus ⁊ deus meus.] Videbat tangebatq; hominem ⁊ confitebatur deum quem non videbat neq; tangebat. sed per hoc q̄ videbat atq; tangebat: illud tā remota dubitatione credebat. [Dicit ei iesus. Quia vidisti me credidisti.] Non ait tetigisti me sed vidisti me: quoniam generalis quodāmodo sensus est visus. Nam ⁊ per alios quattuor sensus nominari solet: velut cum dicimus audi ⁊ vide q̄ bene sonet: olfac ⁊ vide q̄ bene oleat: gusta ⁊ vide q̄ bene sapiat: tange ⁊ vide q̄ bene caleat. Ubiq; sonuit vide: cum visus proprie non negetur ad oculos pertinere. Unde ⁊ hic ipse dominus. Infer inquit digitum tuum huc: ⁊ vide manus meas. Quid aliud ait q̄ tange ⁊ vide? Nec tamen oculos ille habebat in digito. Ergo sive intuendo sive etiam tangendo. quia vidisti me inquit credidisti: q̄uis dici possit non ausum fuisse discipulum tangere. cum se offerret ille tangendum. Non enim scriptum est: et tetigit thomas. Sed sive aspiciendo tantum sive etiam tangendo viderit crediderit: illud quod sequitur / magis gentium fidem predicat atq; commendat. [Beati qui non viderunt ⁊ crediderunt.] Preteriti temporis visus est verbis: tanq̄ ille qui quod erat futurum in sua noverat predestinatione iam factum. Sed iam sermo iste a prolixitate cohibendus est. Donabit dominus: vt de his que restant alias disputem.

Tractatus.cxxij.

Multa quidem ⁊ alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis quia iesus est christus filius dei. Et vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Postea manifestauit se iterum iesus ad mare tyberiadis manifestauit autem sic. Erant simul Simon petrus et Thomas qui dicitur didimus: ⁊ Nathanael qui erat a cana galilee: ⁊ filij zebedei ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dicit ei Simon petrus: Vado piscari. Dicūt ei: Venim⁹ ⁊ nos tecū. Et exierūt ⁊ ascēderūt in nauī ⁊ illa nocte nihil prendiderūt. Mane aūt facto stetit Jesus in littore non tamen cognouerunt discipuli quia iesus est. Dicit ergo eis Jesus. Pueri nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: non. Dicit eis. Mittite in dextram nauigij rethe ⁊ inuenietis. Miserunt ergo: ⁊ iam non valebant illud trahere pre multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat iesus Petro. Dominus est. Simon petrus cum audisset quia dominus est tunica succinxit se. Erat enim nudus et misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt nō eñ longe erant a terra sed quasi cubitis ducentis trahentes rethe piscium. Ut ergo descenderunt in terram viderunt prunas positas ⁊ piscem superpositum ⁊ panem. Dicit eis iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simō petrus et traxit rethe in terram plenum magnis piscibus. Centum quinquagintatribus. Et cuz tanti essent non est scissum rethe.

Capi.xxj.

A Post narrationem rei geste in qua thomas discipulus oblatis sibi tangendis in christi carne vulnerū locis vidit quod credere nolebat ⁊ credidit: interponit hec euangelista iohannes ⁊ dicit. [Multa q̄dem ⁊ alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorū que non sunt scripta in libro hoc. Hec autē scripta sunt vt credatis: quia iesus est † christus filius dei: ⁊ vt credentes vitā habeatis in nomine eius.] Hoc capitulum velut libri huius indicat finem. Sed narratur hic deinde quēadmoduz se manifestauerit domin⁹ ad mare tyberiadis. ⁊ in captura piscium commendauerit ecclesie sacramentum: qualis futura est vltima resurrectio mortuorum. Ad hoc itaq; commendandū valere arbitror quod tanq̄ finis interpositus est libri quod eēt etiam secuture narrationis quasi premium: quod ei quodāmodo faceret eminentiorem locū. Que narratio incipit ita. [Postea manifestauit se iterum iesus ad mare tyberiadis: manifestauit autez sic. Erant simul simon petrus ⁊ thomas qui dicitur didimus ⁊ nathanael qui erat a galilea et filij zebedei: ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon petrus Vado piscari. Dicunt ei. Venimus ⁊ nos tecum.] Queri solet de hac piscatione discipulorum: cur redierint petrus ⁊ filij zebedei ad id quod fuerunt priusq̄ a domino vocarentur erant eñ piscatores quando eis dixit. Venite post me: et faciam vos fieri piscatores hominum. Tunc euz quippe illi secuti sunt vt magisterio eius relictis omnibus adhererent: in tantum vt cum ab eo dies ille tristis abscederet cui ipse dixerat. Vade vende que habes ⁊ da pauperibus. et habebis thesaurum in celo. ⁊ veni sequere me diceret ei petrus. Ecce nos dimisimus omnia ⁊ secuti sumus te. Quid est ergo quod nunc quasi apostolatu relicto fiunt quod fuerunt: ⁊ quod dimiserant repetunt: tanq̄ obliti quod audierant. Nemo mittens manum super aratrum ⁊ respiciēs retro aptus est regno celorū? Quod si fecissent defuncto iesu priusq̄ resurrexisset a mortuis. Quod quidem nō poterant quoniā dies quo crucifixus est totus eos tenebat attonitos vsq; ad eius sepulturam que ante vesperum facta est. Sequens autem dies erat sabbati: quando eis morem patrium seruantib⁹ operari vtiq; non licebat. Tertio vero die dominus resurrexit: eosq; reuocauit ad spem quam de illo non habere iam ceperant. Tamen si tunc fecissent putaremus eos illa que animos eorum occupauerat desperatione fecisse. Nunc vero post eum sibi de sepulchro redditum viuum. Post oblatam suis oculis et manibus non solum videndam verumetiam tangendaz atq; palpandam rediuiue carnis euidentissimam veritatez. post inspecta vulnerum loca. vsq; ad apostoli thome confessionē qui se aliter crediturum non esse predixerat. Post acceptuz eius insufflatione spiritum sanctum. Post verba in suas aures eius ore prolata. Sicut misit me pater ⁊ ego mitto vos. Quoruz remiseritis peccata remittuntur eis: ⁊ quorum retineritis retenta sunt: subito fiunt sicut fuerunt. non hominuz sed piscium piscatores. His ergo quos hoc mouet respondendum est. non eos fuisse prohibitos arte sua licita scilicet atq; concessa victum necessariuz quereresui apostolatus integritate seruata: si quando vnde viuerent aliud nō haberent. Si forte quispiam putare audebit aut dicere apostolum paulum non pertinuisse ad eorum perfectionem qui relictis omnibus christum secuti sunt: quoniam ne quēq; eorum grauaret quibus euangeliuz predicabat. suum victuz suis manib⁹ transigebat. Ubi magis impletum est quod ait. plus omnibus illis laborauī. Et adiunxit / non autē ego. sed gratia dei mecum: vt hoc quoq; appareat dei gratie deputandum: qō et animo et corpore poterat vsq; adeo plus illis omnibus laborare: vt neq; cessaret ab euangelio predicando: neq; tamen ex euangelio sicut illi sustentaret hanc vitam: cum id p tot gentes in quibus christi nomen non fuerat prophetatuz: multo latius atq; fertilius seminarer. Ubi ostendit ex euangelio viuendi. hoc est victuz habendi / non necessitatem apostolis impositam: sed potestatem datam. Quam potestatem commemorat idem apostolus dicēs. Si nos vobis spiritualia seminauimus: magnum est si vestra carnalia metamus? Si alij potestatis vestre participes sunt non magis nos? Sz non sum⁹ inquit vsi hac potestate. Et paulo post. qui altario seruiunt inquit altario compartiuntur. Sic ⁊ dominus ordinauit his qui euangelium annunciant de euangelio viuere. Ego autem nullius horum vsus sum. Satis igitur apertuz est non imperatum sed in potestate apostolis posituz vt aliū de non viuerent nisi ex euangelio: ⁊ ab eis quibus euangeliū predicando spiritualia seminabant carnalia meterent. hoc est carnis huius sustentaculum sumerēt: ⁊ tanq̄ milites chri

† Al.hꝫa nō hz xps.

B

Capi.xxj.

Wat.iiij.

Wat.xix.

Wat.xix.

Luce.ix.

mat.vbi.s

j.Cor.xiij.

j.Cor.xv.

C

j.Cor.ix.

Expositio diui Augustini in euāgeliū scdm Johan.

sti/stipendium debitum acciperent. sicut a prouincialibus
christi. Unde idem ipse miles egregi⁹ paulo superi⁹ de hac
Ubi.ꝫ. re dixerat. Quis militat suis stipendijs vnq̄ ? Quod tamen
ipse faciebat: quia plus illis omnib⁹ laborauit. Si ergo beatus paulus vt ea potestate quam profecto cum ceteris euangelij predicatoribus habebat. non cum ceteris vteretur: sed suo stipendio militaret: ne gētes a nomine christi penit⁹ alienas doctrina eius quasi venalis offenderet: aliter educatus artem quam non nouerat didicit. vt dum suis manibus trāsigitur doctor nullus grauaretur auditor: q̄tomagis beatus Petrus qui iaz piscator fuerat quod nouerat fecit: si ad presens illud tempus aliud vnde viueret nō inuenit? Sed respōdebit quispiam. Et cur non inuenit. cum dominus promiserit dicens. Querite primum regnum dei ꝛ iusticiam eius: et hec omnia apponentur vobis. Prorsus etiam sic dominus quod promisit impleuit. Nam quis alius pisces qui caperē tur apposuit: qui non ob aliud credēdus est eis ingessisse penuriam qua compellerentur ire piscatuz: nisi dispositum volens exhibere miraculum: vt simul ꝛ predicatores euangelij sui pasceret. ꝛ ipsum euangelium tanto sacramēto quod erat denumero piscium commendatur⁹ augeret? De qua re etiaz nos quod ipse opposuerit dicere iam debemus. Dicit ergo Simon petrus. Uado piscari. Dicunt ei qui cum illo erant. Uenimus et nos tecum. [Et exierunt ꝛ ascenderunt in nauī ꝛ illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto. stetit iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia iesus est. Dicit ergo eis iesus. Pueri. Nunquid pulmentariū habetis? Responderūt. Non. Dicit eis. Mittite in dexteraz nauigij rethe: ꝛ inuenietis. Miserunt ergo: et iam non vale-
†Al.pre. bāt illud trahere †a multitudine pisciuz. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat iesus petro. Dominus est. Simō petrus cum audisset: quia dominus est tunica succinxit se. erat enim nudus: ꝛ misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio
Infra tra- venerunt. Non enim longe erāt a terra. sed quasi cubitis ducti.cxxiij.a. centis: trahentes rethe piscium. Ut ergo descenderūt in terram: viderunt prunas positas ꝛ piscem superpositum et panem. Dicit eis iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit simon petrus ꝛ traxit rethe in terram plenuz magnis piscibus: centum quinquaginta tribus. Et cum tan-
D ti essent: non est scissum rethe.] Hoc est magnuz sacramentū in magno iohannis euangelio: et vt vehementius commendaretur loco vltimo scriptum. Quod ergo septē discipuli fuerunt in ista piscatione. Petrus et iohannes et nathanael et duo filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo quorum nomina tacentur: isti duo septenario numero finem significant tēporis. Uniuersum quippe septem diebus voluitur tempus Ad hoc pertinet q⁹ mane facto iesus stetit in littore. Quia iaz littus finis est maris: ꝛ ideo finem significat seculi. Eundem finem seculi ostendit et quod petrus rethe traxit in terram: hoc est in littus. Quod ipse dominus apperuit. vbi alio quo-
Mat.xiij. dam loco de sagena in mare missa similitudinem dedit: ꝛ eā trahunt inquit ad littus. Quod littus quid esset exponēs ait Sic erit in consummatione seculi. Sed illa verbi est: non rei geste parabola. Re autem gesta sicut hoc loco qualiter in seculi fine futura sit. ita domin⁹ alia piscatione significauit ecclesiam: qualiter nunc sit. Quod autem illud fecit in initio p̄dicationis sue. hoc vero post resurrectionē suam/hinc ostendit illam capturam pisciuz: bonos ꝛ malos significare quos nunc habet ecclesia. Istam vero tantūmodo bonos quos habebit in eternuz: completa in fine huius seculi resurrectione mortuoꝝ. Denicq ibi iesus non sicut hic in littore stabat quā do iussit pisces capi. Sed ascendens in vnā nauim que erat simonis: rogauit eum vt a terra reduceret pusillum: ꝛ in ea sedens docebat turbas. Ut cessauit autez loqui: dixit ad simonem. Duc in altum: ꝛ laxate rethia vestra in capturam. Et illic quod captum est pisciuz in nauiculis fuit: non sicut hic rethe extraxerunt in terram. His signis ꝛ si qua alia poterunt reperiri: ibi ecclesia in hoc seculo. hic vero in fine seculi figurata est. Ideo illud ante: hoc autem post resurrectionem domini factuz est: qz ibi nos christus significauit vocatos: hic resuscitatos. Ibi rethia non mutunt in dexteram: ne solos significent bonos. nec in sinistram/ne solos malos: sed indifferenter laxate inquit rethia vestra in capturaz: vt permixtos intelligamus bonos ꝛ malos. hic autem inquit mittite in dexteram nauigij rethe: vt significaret eos qui stabunt ad dexteram solos bonos. Ibi rethe propter significanda scismata rumpebatur: hic vero quoniam tunc iam in illa summa pace sanctorum nulla erunt scismata: pertinuit ad euangelistaz dicere. ꝛ cum tanti essent. id est tam magni/non est scissum rethe: tanq̄ illud respiceret vbi scissum est: ꝛ in illius mali comparatione commendaret hoc bonum. Ibi capta est multitudo piscium tanta vt impleta duo nauigia mergerētur. id est in submersionez premerentur. Non enim mersa sunt: sed tamē periclitata. Unde enim existunt in ecclesia tanta que gemimus: nisi cum tante multitudini obsistit nō potest: que ad submergendā ppemodum disciplinam intrat cum moribus suis a sanctorum itinere penitus alienis? Hic autem miserunt rethe in dexterā partem: ꝛ iam non valebant illud trahere pre multitudine piscium. Quid est iam non valebant illud trahere: nisi qz illi qui pertinent ad resurrectionē vite: id est ad dexteraz. ꝛ intra christiani nominis rethia defunguntur. Non nisi in littore. id est in fine seculi cū resurrexerint apparebūt? Ideo non valuerunt sic trahere rethia vt in nauem refunderent quos ceperant pisces: sicut de illis omnibus factuz est: quibus rethe disruptum ꝛ nauicule presse sunt. Habet autez istos dextros ecclesia post finem vite huius in somno pacis velut in profundo latentes: donec ad littus rethe perueniat quo trahebatur. quasi a cubitis ducentis. Quod autem illic duabus nauiculis propter circuncisionem ꝛ preputium. hoc isto loco ducentis cubitis existimo figuratum. propter vtriusq̄ generis electos ꝛ circuncisionis et preputij. tanq̄ centū ad centum: quia in summa centenarij numerus ad dexteraz transit. Postremo in illa piscatione numerus piscium nō exprimitur: tanq̄ illud ibi fiat quod predictum est per prophe-
tam. Annūci aui ꝛ locutus sum: multiplicati sunt super nume- ps.xxxix.
rum. Hic vero non sunt aliqui super numerum: sed certus est
numer⁹: centūquinquagintatres. Cuius numeri ratio domi- E
no adiuuante reddenda est. Si enim numeruz constituam⁹ qui legem significet: quid erunt nisi decez? Decalogi quippe legis. id est decem notissima illa precepta digito dei duabus lapideis tabulis primum fuisse conscripta: certissimum nobis est. Sed lex quando non adiuuat gratia preuaricatores facit: ꝛ tantūmodo in littera est. Propter hoc enim maxime ait apostolus. Littera occidit: spiritus autez viuificat ij.Cor.iij.
Accedat ergo ad litteram spiritus: ne occidat littera quez viuificat spiritus: sed vt operemur precepta legis non viribus nostris sed munere saluatoris. Cum aūt accedit ad legē gratia: id est ad litteram spiritus: quodāmodo denario numero additur septenarius. Isto quippe numero: id est septenario significari spiritum sanctum: aduertenda litterarum sacrarū documenta testantur. Nempe enim sanctitas vel sanctificatio ad sanctum proprie pertinet spiritum. Unde cum ꝛ pater S.iiij.c.
spiritus sit. ꝛ filius spiritus sit quoniam deus spiritus est. et pater sanctus ꝛ filius sanctus sit: propio tamen nomine amborum spiritus vocatur spiritus sanctus. Ubi ergo primū in lege sonuit sanctificatio: nisi in die septimo? Non enī sanctificauit deus diem primū in quo fecit lucem. aut secundum in quo firmamentū. aut tertium in quo discreuit mare a terra. ꝛ terra herbam lignumq̄ produxit: aut quartuz in quo sidera sunt creata: aut quintum in quo animalia que in aquis viuūt ꝛ in aere volitant: aut sextum in quo terrestris anima viua ꝛ ipse homo: sed sanctificauit diem septimuz. in quo requieuit ab operibus suis. Conuenienter igitur septenario numero si- Esaie.xj.
gnificatur spiritus sanctus. Esaias etiam propheta: requiescet inquit in eo spiritus dei: eumq̄ deinceps commendans opere vel numero septenario. spiritus inquit sapiētie ꝛ intellectus. spiritus consilij ꝛ fortitudinis: spiritus scientie ꝛ pietatis: ꝛ implebit illum spiritus timoris dei. Quid in apocalipsi? Nonne septē spiritus dei dicunt. cum sit vnus atq̄ idē Apoca.iij.
spiritus: diuidens propria vnicuiq̄ prout vult. Sed operatio septenaria vnius spiritus sic appellata est ab eodem spi- j.Cor.xij.
ritu qui scribenti affuit: vt septem spiritus dicerentur. Cum itaq̄ legis denario spiritus sanctus per septenarium numez accedit: fiunt decem ꝛ septem: qui numerus ab vno vsq̄ ad se ipsuz computatis omnibus crescens: ad centum quinquagintatres peruenit. Ad vnuz eē si adijcias duo: fiunt vtiq̄ tres Dis si adijcias tres ꝛ quattuor: fiunt decem. Deinde si adijcias omnes numeros qui sequuntur vsq̄ ad decem ꝛ septem

ad supradictum numerū summa perducitur. id est: si ad decem quo ab vno vsq; ad quattuor peruenieras addas quinq; / fiunt quindecim. His addas sex / et fiunt viginti vnum his addas septez ⁊ fiunt vigintiocto: his addas octo ⁊ nouē ⁊ decem: ⁊ fiunt quinquagintaquinq;. His addas vndecim ⁊ duodecim ⁊ tredecim: ⁊ fiunt nonaginta vnum: his rursuz q̄truor decim ⁊ quindecim ⁊ sedecim: ⁊ fiūt centū trigintasex. Huic numero adde illum qui restat de quo agit. id est. decē ⁊ septē ⁊ piscium numerus ille complebitur. Non ergo tantūmodo centū quinquagintatres sancti ad vitam resurrecturi significantur eternam: sed milia sanctorum ad gratiam spiritꝰ pertinentium: qua gratia cum lege dei tanq; cum aduersario cōcordat vt viuificante spiritu littera nō occidat. Sed quod p litteram iubetur spiritu adiuuante compleatur. ⁊ si quid minus fit remittatur. Omnes ergo ad istam gratiam pertinentes hoc numero figurant: hoc est figurati significantur. Qui numerus ter habet etiam quinquagenarium numerū: ⁊ insuper ipa tria propter mysteriū trinitatis. Quinquagenarius autem multiplicatis septem per septem ⁊ vnius adiectione completur. Nā septies septez fiunt quadragintanouē. Unus autem additur. vt eo significetur vnum esse qui per septez propter operationem septenariam demonstratur: ⁊ nouimꝰ spiritum sanctum post ascensionez domini quinquagesimo die missum: quem discipuli iussi sunt expectare promissum. Nō igitur frustra dicti sunt hi pisces ⁊ totꝰ tanti. id est. ⁊ centum quinquaginta tres / ⁊ magni. Sic enim scriptum est. Et traxit rethe in terrā plenum magnis piscibꝰ: centū quinquagin
Matth. v. tatribus. Cum eñ dixisset dominus. Non veni soluere legē sed implere: daturus vtiq; spiritum per quem lex posset impleri tanq; septem additurus ad decem paucissimis verbis
Ubi.ō. interpositis ait. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis ⁊ docuerit sic homines minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit ⁊ docuerit: magnus vocabit in regno celorum. Iste ergo poterit pertinere ad numerum piscium magnorum. Minimus autē ille qui soluit factis q̄ docet verbis: in tali ecclesia potest esse qualem significat pis-
Mat. xiij. cium prima illa captura habentem bonos et malos: quia et ipsa dicitur regnum celorum. Propter q̄ ait. Simile est regnū celorum sagene misse in mare: ⁊ ex oñi genere piscium cōgreganti. Ubi vult intelligi etiam bonos ⁊ malos: quos dicit in littore. id est in fine seculi separandos. Denicq; vt ostenderet istos minimos reprobos esse qui docent bona loquendo. que soluunt male viuēdo: nec quasi minimos in vita eterna futuros. sed omnino ibi non futuros: cuz dixisset minimꝰ vocabitur in regno celorum. continuo subiecit. Dico eñ vobis: quia nisi abundauerit iusticia vestra plus q̄ scribarum ⁊ phariseorum: non intrabitis in regnum celorum. Illi sunt certe scribe ⁊ pharisei qui cathedram moysi sedent: ⁊ de qui-
Mat. xxiij. bus ait. Que dicunt facite: que autem faciunt facere nolite. Dicunt enim ⁊ non faciunt. Docent sermonibꝰ quod soluunt moribus. Consequens est ergo. vt qui minimus est in regno celorum qualis nunc est ecclesia / non intret in regnum celorum: qualis tunc erit ecclesia: quoniā docēdo quod soluit adcorpus societatem qui faciunt quod docent nō pertinebit. Et ideo non erit in numero piscium magnorum: quoniā qui fecerit ⁊ docuerit. magnus vocabitur in regno celorum. Et quia hic magnus erat: ideo ibi erit vbi minimus ille non erit vsq; adeo quippe ibi magni erunt: vt qui minor ibi est / maior sit eo quo hic nemo maior est. Sed tamē qui hic magni sunt. id est: qui in regno celorum vbi sagena congregat bonos ⁊ malos. faciunt bona que docent: ipsi erunt in illa regni celorum eternitate maiores: quos isti ad dexteram: ad resurrectionē vite pertinentes indicāt pisces. Sequitur de prandio domini cum istis septem discipulis: ⁊ de his que post prandium locutus est: ac de ipsius euangelij termino vt deus quod donauerit disseramus: sed hoc nen est isto sermone coartandum.

Tractatus.cxxiij.

¶ Dicit eis iesus. Uenite prādete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: tu quis es? Scientes quia dominus est. Et venit iesus et accepit panem et dabat eis: ⁊ piscem similiter Hoc iaz tertio manifestatus est iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prādissent: dixit Simoni petro iesus. Simon iohānis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine tu scis q̄ amo te. Dicit ei Pasce agnos meos Dicit ei iterum Simon iohannis. Diligis me? Ait illi: Etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simō iohannis amas me: contristatus est petrus: quia dixit ei tertio: amas me. ⁊ dicit ei. Domie tu oia scis: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amē dico tibi: cum esses iunior cingebas te. Et ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris extēdes manus tuas ⁊ alius te cinget ⁊ ducet quo tu non vis: hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum.

A

Hm eo q̄ tertio dominus post resurrectionem manifestauit se discipulis suis: beati iohannis apostoli euangelium terminatur. In quo iam pertractauimus vt valuimus partem priorem. vsq; ad eum locum vbi narratum est captos fuisse pisces centumquinquagintatres a discipulis quibus se demonstrauit: ⁊ cuz magni essent rethia non esse rupta. Deinde que sequuntur considerāda sunt: ⁊ quantum adiuuat dominus sicut res postulare videbitur differenda. Peracta quippe illa piscatione [dicit eis iesus. Uenite prandete. Et nemo audebat discūbentiuz interrogare eum tu quis es: scientes q̄ dominus est.] Si ergo sciebant: quid opus erat vt interrogarent? Si autem non opus erat: quare dictum est / non audebat / quasi opus esset sed timore aliquo non auderent? Sensus ergo hic est. Tanta erat euidentia veritatis qua iesus illis discipulis apparebat: vt eorum non solum negare sed nec dubitare quidem vllus auderet: qm̄ si quisq; dubitaret: vtiq; interrogare deberet. Sic ergo dictum est: nemo audebat eum interrogare tu quis es: ac si diceretur. Nemo audebat dubitare q̄ ipse esset
† Al. dabat. [Et venit iesus ⁊ accepit panez ⁊ †⁊ dat eis: ⁊ piscem similiter.] Ecce dictum est etiam quid prandierent. De quo prandio aliquid suaue ac salubre dicemus ⁊ nos: si pascat ⁊ nos.
ā. tracta. cxxij. c. Superius narratum est: q̄ isti discipuli quādo descenderūt in terram: viderunt prunas positas: ⁊ piscem superpositum ⁊ panem. Ubi non est intelligenduz etiam superpositum panem fuisse prunis: sed tantū subaudiendū viderunt. Qō verbum si repetamus eo loco vbi subaudiendū est: ita totum dici potest. Viderunt prunas positas ⁊ piscem superpositum. ⁊ viderunt panem. Uel ita poti⁹. viderunt prunas positas ⁊ piscem superpositū: viderunt ⁊ panē. Jubente etiā dño attulerunt ⁊ de piscibus quos ipsi ceperant: quod eos fecisse ēqz uis a narrante iohanne nō esset expressuz: tū dñm iussisse nō tacitum est. Ait eñ. Afferte de piscib⁹ quos prendidistis nūc Et vtiq; iubente illo: eos nō fecisse quis credat? Hinc ergo fecit prandium dñs illis septez discipulis suis. de piscescilicet quem prunis superpositū viderant: huic adiungēs ex illis quos ceperant: ⁊ de pane quē nihilomin⁹ eos vidisse narratū est. Piscis assus: christus est passus. Ipse est ⁊ panis viuus qui de celo descendit. Huic cōcorporatā ecclesia ad participandam beatitudinē sempiternam. Propter q̄ dictum est / afferte de piscibus quos prendidistis nūc: vt omnes qui hanc spem gerimus per illum septenariū numerum discipulorum per quez potest hoc loco nostra vniuersitas intelligi figurata: tanto sacramento nos cōmunicare nossemus: ⁊ eidē beatitudini sociari. Hoc domini prandium est cum discipulis suis: ad quod iohannes euangeliū suū cū haberet describere: alia multa que diceret magna vt existimo ex rerum magnarū contemplatione concludit. Hic eñ ecclesia qualis in solis bonis futura est significatur per capturaz centū quinquagintatrium piscium: ⁊ eis qui hec credūt: sperant: diligūt: participatio tante beatitudinis per hoc prandium demonstrat.
B [Hoc iām tertio (inquit) manifestatus est iesus discipulis suis: cum surrexisset a mortuis] Quod nō ad ipas demōstrationes sed ad dies referre debem⁹. id est primo die cū resur-

rexit. et post dies octo quando discipulus thomas vidit et credidit. ꝛ hodie quãdo hoc de piscibus fecit: Post quot autem dies id fecerit dictum nõ est. Nam ipo primo die nõ est visus semel sicut euangelistarum omniũ testimonia collata demonstrant. Sed sicut dictum est fm dies numerande sint manifestationes eius vt ista sit tertia. Prima quippe habẽda est eademq; vna propter vnum diem: quotienscunq; se et quibuscunq; die illo quo resurrexerit ostendit. Secũda post dies octo: ꝛ hec tertia: ꝛ deinde quotiens voluit vsq; ad diez quadragesimũ quo ascendit in celum: q̃uis non scripta sint omnia. ¶Cum ergo prandidissent: dicit simoni petro. Simõ iohannis: diligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ Simon iohannis diligis me? Ait illi. Etiaz domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei † tertio Simon iohannis amas me? Cõtristatus est petrus: quia dixit ei tertio amas me: ꝛ dicit ei. Domie tu omia † scis: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amẽ dico tibi: cum esses iunior: cingebas te ꝛ ambulabas vbi volebas cum autem senueris extendes manus tuas: ꝛ alius te cinget ꝛ ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit: significãs qua morte clarificaturus esset deum. ¶Hunc inuenit exitum ille negator ꝛ amator: presumendo elatus negando prostratus: flẽdo purgatus. confitendo probatus: patiendo coronatus: hunc inuenit exitum: vt pro eius nomine perfecta dilectione moreretur: cum quo se moriturum peruersa festinatione promiserat: faciat eius resurrectione firmatus: quod imature pollicebatur infirmus. Hoc em̃ oportebat vt pri⁹ christus pro petri salute: deinde petrus pro christi predicatione moreretur? Preposterum fuit quod audere ceperat humana temeritas: cum istum disposuisset ordinem veritas. Animã suam se positurum pro christo petrus putabat: pro liberatore liberandus: cũ christus venisset animam suã positurus pro suis omnibus in quibus erat ꝛ petrus. Quod ecce iam factuz est Nunc iam firmitas cordis ad suscipiendam mortem pro nomine domini vera ipso donante sumatur: non falsa nobis errantibus presumak. Nunc est vt vite huius non metuam⁹ interitum: quia resurgente domino vite alterius preceſſit exẽplum. Nunc est petre vt mortem nõ timeas: qrviuit quẽ mortuum dolebas: ꝛ quem pro nobis mori carnali amore prohibebas. Ausus es preuenire doctorem. formidasti eius persecutorẽ: iam precio pro te fuso / nunc est vt sequaris redemptorem: et sequaris omnino vsq; ad mortem crucis. Verba eius audisti: quẽ iam veracẽ probasti. Passurũ te ipse predixerat q̃ te pdixerat negaturũ. Sz prius dns qõ sciebat iterrogat nec semel sed iterum ac tertio vtrum petrus eum diligat: nec aliud totiens audit a petro q̃ se diligi: nec aliud totiens cõmendat petro q̃ suas oues pasci. Redditur negationi trine trina cõfessio: ne min⁹ amori lingua seruiat q̃ timori: ꝛ plus vocis elicuisse videatur mors imminẽs q̃ vita presens. Sit amoris officium pascere dominicuz gregem: si fuit timoris inducium negare pastorez. Qui hoc animo pascũt oues christi: vt suas velint esse non christi: se cõuincunk amare nõ christum: vel gloriandi vel dominandi vel acquirendi cupiditate: non obediendi ꝛ subueniendi ꝛ deo placẽdi charitate. Cõtra hos ergo vigilat totiẽs inculcata ista vox xpi: quos apostolus gemit suã querere non que iesu christi. Nam quid est aliud diligis me pasce oues meas: q̃ si diceretur / si me diligis nõ te pascere cogita sz oues meas: ꝛ sicut meas pasce nõ sicut tuas: gloriam meaz in eis quere non tuam: Dominium meum non tuũ: Lucra mea nõ tua: ne sis in eorum societate qui pertinent ad tempora periculosa seipsos amantes: ꝛ cetera que huic malorum initio cõnectunk. Nam em̃ dixisset apostolus: erunt enim homines seipsos amantes: secutus adiũxit. Amatores pecunie / elati / superbi / blasphemi / parentibus non obedientes / ingrati / sceleſti / irreligiosi / sine affectione / detractores: incontinentes: imites: sine benignitate: prodites: procaces: cecati: voluptatũ amatores magis q̃ dei habentes speciem pietatis: virtutem autem eius abnegantes. Hec omnia mala ab eo veluti fonte manantia: quod primum posuit seipsos amantes. Merito dicitur petro diligis me. ꝛ respondit amo te. eiq; refertur pasce agnos meos: ꝛ hoc iterum: hoc tertio. Vbi etiam demoustratur vnum atq; idez esse amorẽ ꝛ dilectionem. Nam etiã dominus nouissime nõ ait diligis me: sed amas me. Non ergo nos sed ipsuz amem⁹ et in pascendis ouibus eius ea que sunt eius: nõ ea que sunt nostra queram⁹. Nescio em̃ quo inexplicabili modo q̃squis seipsum non deum amat: non se amat et quisquis deum nõ se ipsum amat: ipse se amat. Qui em̃ non potest viuere de se moritur vtiq; amando se. Non ergo se amat qui ne viuat se amat Cum vero ille diligitur de quo viuitur: non se diligendo magis diligit: qui propterea se nõ diligit vt eum diligat de quo viuit. Non sint ergo seipsos amantes qui pascunt oues christi: nec tanq; suas sed tanq; ipsius eas pascant: ꝛ velint ex illis sua lucra cõquirere sicut amatores pecunie: vel eis dominari sicut elati: vel gloriari de honorib⁹ quos ab eis sumũt sicut superbi: vel intantũ progredi vt etiam hereses faciant sicut blasphemi: nec cedãt sanctis patribus sicut parentib⁹ non obedientes: ꝛ eis qui illos corrigere volunt quia perire nolũt: mala pro bonis reddãt sicut ingrati: interficiãt aĩas ꝛ suas ꝛ alienas sicut sceleſti: materna ecclesie viscera dissipẽt sicut irreligiosi: non compatiank infirmis sicut sine affectione. famam sanctorũ maculare conentur sicut detractores: cupiditates pessimas non refrenent sicut incontinentes: exerceant lites sicut immites: nesciant subuenire sicut sine benignitate: indicent inimicis piorum que occultanda cognouerant sicut proditores: humanam verecundiam inuerecũda exagitatione perturbent sicut procaces: non intelligãt neq; que loquũtur neq; de quibus affirmant sicut cecati: leticias carnales spiritualibus gaudijs anteponant sicut voluptatũ amatores magis q̃ dei. Decem̃ atq; huiusmõi vitia siue vni homini accedant omnia: siue his alia illis alia dominentur: ex illa radice quodãmodo pullulant: cum sunt hoies seipsos amantes. Quod vitium maxime cauendũ est eis qui pascũt oues christi: ne sua querant sed que iesu christi: ꝛ in vsus cupiditatum suaruz conferant pro quib⁹ sanguis fusus est christi. Cuius amor in eo qui pascit oues eius in tam magnuz debet spiritualem crescere ardorem: vt vincat etiam mortis naturalem timorem quo mori nolumus: et quando cuz christo viuere volumus. Nam ꝛ apostolus paulus dicitur se habere ꝓcupiscentiam dissolui ꝛ esse cum christo: ingemiscit tamen grauatus ꝛ nõ vult spoliari sed superuestiri: vt absorbeatur mortalis vita. Et huic dominus dilectori suo. ¶Cum senueris (inquit) extendes manus tuas: et alius te cinget ꝛ ducet quo tu non vis. Hoc autem ei dixit: significãs qua morte clarificaturus esset deum.] Extendes inquit manus tuas: hoc est crucifigeris. Ad hoc autẽ vt venias alius te cinget: ꝛ ducet nõ quo vis sed quo nõ vis: prius dixit quod fieret: ꝛ deinde quomõ fieret. Non em̃ crucifixus: sed vtiq; crucifigend⁹ quo nollet est ductus. Nam crucifixus nõ quo nolebat abiit sed potius quo volebat. Solutus quippe a corpore: volebat esse cum christo. sed si fieri posset preter mortis molestiaz vitam concupiscebat eternaz. Ad quam molestiam nolens ductus est: sed ab ea volens eductus est. Nolens ad eam venit sed volens eam vicit: et reliquit hunc infirmitatis affectum quo nemo vult mori vsq; adeo naturalez vt eum beato petro necsenectus auferre potuerit: cui dictũ est / cum senueris ducet quo non vis. Propter nos consolãdos etiam in se figurauit ipse saluator dicens: pater si fieri potest trãseat a me calix iste. Qui vtiq; mori venerat nec habebat mortis necessitatem sed voluntatem: potestate positurus animam suam et rursus eam potestate sumpturus. Sed molestia quãtacunq; sit mortis debet eaz vincere vis amoris: quo amatur ille qui cum sit vita nostra: etiam mortem voluit perferre pro nobis Nam si nulla esset mortis vel parua molestia: non esset tam magna martyruz gloria. Sed si pastor bonus qui posuit animam suam pro ouibus suis ex ipsis ouibus tam multos sibi martyres fecit quãtomagis debent vsq; ad mortem pro veritate certare: ꝛ vsq; ad sanguinem aduersus peccatum: quib⁹ oues ipsas pascendas: hoc est docendas regendasq; cõmittit? Ac per hec precedente passionis eius exemplo. quis non videat magis debere imitãdo pastori herere pastores: si eũ multe etiam imitate sunt oues: sub quo pastore vno in grege vno ꝛ pastores ipsi sũt oues. Omnes quippe fecit suas oues pro quibus ẽ omnibus passus: quia ꝛ ipse vt pro omnib⁹ pateretur: ouis est factus.

Jnfra. tracta. cxxiiij

† Al. iterũ

† Al. nosti.

ũ xliij.

£

Pbilip. ij.

ij. Ti. iij.

Ubi. ũ.

Ubi. ũ.

Pbilip. ij.

£

Mat. xxvj

Ubi. ũ. x.

Tractatus. cxxiiij.

Et cū hoc dixisset dicit ei sequere me. Cōuersus petrus vidit illum discipulū quē diligebat iesus sequētem qui ⁊ recubuit in cena sup pectus ei⁹ et dixit. Dñe quis est qui tradet te. Hunc ergo cū vidisset petrus dicit iesu. Dñe: hic autem quid: dicit ei iesus. Sic eum volo manere donec veniam: Quid ad te tu me sequere: Exiuit ergo sermo iste inter fratres q̄ discipul⁹ ille nō moritur Et non dixit iesus nō morit: sed sic eū volo manere donec veniam quid ad te: Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his. Et scripsit hec. Et scimus quia verum est testimonium ei⁹. Sunt autē et alia multa que fecit iesus que si scribātur per singula: nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

B

ON parua questio est / cur apostolo petro quādo se tertio manifestaut discipulis: dixerit iesus sequere me: de apostolo autem iohanne: sic eū volo manere donec veniam quid ad te. Hunc questiom q̄stum dominus ipse donauerit: siue pertractande siue soluende: sermonem nouissimū huius operis impendimus. Cū ergo prenunciasset domin⁹ petro qua morte clarificatur⁹ esset deum. [dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus vidit illum discipulum quem diligebat iesus sequentem: qui ⁊ recubuit in cena super pectus ei⁹: ⁊ dixit: domine quis est qui tradet te. Hunc ergo cum vidisset petrus: dicit iesu. Domine hic autem quid: Dicit ei iesus. Sic eum volo manere donec veniā quid ad te: Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste iter fratres quia discipulus ille nō moritur: ⁊ non dixit ei iesus non moritur: sed sic eum volo manere donec veniam quid ad te.] Ecce quousq̄ in hoc euangelio extenditur questio: que sua profunditate non mediocriter mentem scrutantis exercet. Cur em̄ dicit petro sequere me nec dicitur ceteris qui simul aderant. Et profecto eum sicut magistrū discipuli sequebantur. Sed si ad passionē intelligendū est: nunquid solus petrus christiana veritate passus est petrus: Mōne ibi erat in illis septē aluus filius zebedei frater iohannis: qui post eius ascensionem ab herode manifestat occisus: Verum aliquis dixerit q̄m iacobus non est crucifixus: merito dictus est petro sequere me: qui non solum morte sed etiam morte crucis sicut christus expertus est. Sit hoc si nihil aliud quod sit conuenientius poterit inueniri. Cur ergo de iohanne dictum est: sic eū volo manere donec veniam quid ad te. Et repetitum est / tu me sequere: Tanq̄ ille ideo non sequerek: quoniam eū manere voluit donec veniat. Quis facile aliud dictum esse credat q̄ quod fratres crediderant qui tunc aderant: eo q̄ scilicet nō esset discipul⁹ ille moriturus: sed donec iesus veniret iste maneret in vita: Sed hanc opinionē iohannes ipse abstulit: nō hoc dixisse dñm aperta contradictione declarans. Cur enim subūngeret: non dixit iesus nō morik: nisi ne hominuz cordibus quod falsum fuerat inhereret: Sed cui placet adhuc resistat: dicat verū esse quod ait iohannes non dixisse dñm q̄ discipulus ille nō moritur sed hoc tamen significatū esse talibus verbis qualia eum dixisse narrauit: ⁊ asserat apostolum iohannem viuere: atq̄ in illo sepulchro eius quod est apud ephesum dormire eum pot⁹ q̄ mortuum iacere contendat. Assumat in argumentū quod illic terra sensim scatere ⁊ quasi ebullire perhibek: atq̄ hoc eius anhelitu fieri siue constanter siue pertinaciter asseueret. Nō em̄ possunt deesse qui credant: si nō desunt qui etiā moysen asserant viuere: q̄ scriptuz est eius sepulchrū nō inueniri: ⁊ apparuit cuz domino in mōte vbi ⁊ helias fuit: quem mortuū legim⁹ non esse sed raptuz. Quasi moysi corpus nō potuerit alicubi sic absc̄di: vt prout sus homines lateret vbi esset: atq̄ inde ad horam diuinitus excitari quando cū xp̄o helias ⁊ ipse sunt visi: sicut ad horaz multa sanctorū corpora surrexerunt q̄n passus est christus: ⁊ post ei⁹ resurrectionē apparuerūt mult⁹ in sancta (sicut scriptuz est) ciuitate. Sed tamen vt dicere ceperā si quidā moysen mortuū negant quez scriptura ipsa licet sepulchrum eius nusq̄ inueniri legim⁹: mortuū tamē esse sine vlla ambiguita

Ȝ.xiij.

Actuū.xij.

Deut.xxxiiij.

Mat.xvij. Re.ij. Matth. xxvij.

te testatur: q̄tomagis iohannes ex istorum occasione verborum vbi domin⁹ ait: sic eū volo manere donec venio / credik viuus dormire sub terra? Quem tradūt etiā qō in quibusdā scripturis q̄uis apocriphis reperik q̄n sibi fieri iussit sepulchruz / incolumē fuisse presentē: eoq̄ effosso ⁊ diligentissime preparato: ibi eū se tanq̄ in lectulo collocasse: statiq̄ eum ee defunctum. Et autē isti putant qui hec verba dñi sic intelligunt non defunctū sed defuncto simílem cubasse: ⁊ cum mortuus putaretur sepultum fuisse dormientem ⁊ donec christ⁹ veniat sic manere: suamq̄ vitam scaturigine puluerisindicare: qui puluis creditur vt ab imo ad superficiē tumuli ascēdat / flatu quiescentis impelli: huic opinioni superuacaneuz existimo reluctari. Viderint em̄ qui locum sciunt vtruz hoc ibi faciat vel patiatur terra qō dicitur q̄ ⁊ reuera non a leuibus hominibus id audiuimus. Interim cedamus opinioni quā certis documentis refellere non valem⁹ ne rursus aliud quod a nobis queratur exurgat. Cur super humatū mortuū ipsa humus quodāmodo viuere ac spirare videatur? Sz nū quid hinc tanta soluik questio: si magno miraculo qualia potest facere omnipotēs tādiu viuum corp⁹ in sopore sub terra est donec veniat terminus seculi. Quinimo fit amplior ⁊ difficilior: cur discipulo iesus quē diligebat p̄ ceteris intantū vt super pectus eius discumbere mereretk: p̄ magno munere longum in corpore donauerit somnum. cum beatū petruz per ingentē martyrij gloriam ab onere ipsius corporis solverit: eiq̄ concesserit: q̄ apostolus paulus se concupisse dixit ⁊ scripsit: dissolui ⁊ esse cum christo. Si autez quod magis creditur: ideo sanctus iohannes ait. nō dixisse dñm nō moritur ne illis verbis que dixit hoc voluisse intelligi putaretur: corpusq̄ eius in sepulchro eius exanime sicut aliorū mortuorū iacet: restat vt si vere ibi sit quod sparsit fama de terra: q̄ subinde ablata succrescit aut ideo fiat vt eo mō cōmendetur pretiosa mors eius quā nequaq̄ cōmendat martyrū: non enim eū p̄ fide christi persecutor occidit: aut ꝓpter aliq̄d aliud quod nos latet. Manet tamē questio cur dixerit domin⁹ de homie morituro: sic eū volo manere donec veniā. Illud etiā in his duobus apostolis petror iohanne quē non moueat ad querendum: cur iohannē plus dilexerit dominus: cū ipsum dñm plus dilexerit petrus? Ubicunq̄ em̄ se cōmemorat iohannes vt nomine suo tacito ipse posset intelligi: hoc addit quod eum diligebat iesus quasi soluz diligeret: vt hoc signo discerneret a ceteris quos vtiq̄ omnes diligebat. Quid ergo nisi ampli⁹ se dilectuz cū hoc diceret volebat intelligi: qō absit vt mendaciter diceret? Quod autē maius dare potuit iesus maioris erga eum sue dilectionis indiciū: quaz vt homo cū ceteris condiscipulis suis socius tante salutis: sol⁹ tamē discubuerit sup pect⁹ saluatoris? Porro quod apostol⁹ petrus plus alijs dilexerit christū: possunt quidē documenta multa proferri: sz vt longe in alia non eamus: in ipsius ter tie manifestationis dñi. paulo superiore lectiōe que ista precedit: satis euidēter apparet: vbi interrogans eum dixit. Diligis me plus his? Qō vtiq̄ sciebat⁊ tū interrogabat: vt etiā nos qui legim⁹ euangeliū: amorem petri erga dñm ⁊ illo interrogante ⁊ isto respondente nosscmus. Quod autē in eo qō respondit petr⁹ amo te: nō addidit / plus his: hoc respondit qō de seipso sciebat. Nō em̄ q̄tum ab alio quolibet diligerek scire poterat: qui cor alterius videre non poterat. Sed tū superiorib⁹ verbis dicēdo: etiā dñe tu scis q̄ amo te: sat⁊ ipse declarauit scientē dñm interrogasse qō interrogauit. Sciebat igitk dñs non soluz qō diligeret: verūetiā quod plus illis eū diligeret petr⁹. Et tū si proponam⁹ querētes quis duorū sit melior. vtruz qui plus an qui min⁹ diligit xp̄m: quis dubitabit respōdere: Eū qui plus diligit esse meliorē? Item si proponam⁹ quis duorū sit melior virūquem min⁹ aut quē plus diligit xp̄s? Eum qui plus diligik a christo meliorē proculdubio respondebim⁹. In illa ergo compatiōe quā prius posuit petrus iohanni: in hac vero altera iohannes anteponitur petro. Proinde tertiā sic proponim⁹. Quis est duorū discipulorū melior qui min⁹ q̄ condiscipulus ei⁹ diligit christuz ⁊ plus q̄ discipulus ei⁹ diligik a xp̄o. an ille quē min⁹ q̄ cō discipulū eius diligit xp̄s: cū plus ipse q̄ suus cōdiscipulus diligat xp̄m: Hic plane cunctak responsio: ⁊ augek questio Etrum aūt ipse sapio meliorē qui plus diligit xp̄m: felicior vero quem plus diligit xp̄s: facile respondere: si iusticiā:

Ȝ.tractatu. cxxiij.

C

Expositio diui Augustini in euangeliū scōm Johan.

liberatoris nostri minus euz diligentis a quo plus diligitur
z eum plus a quo minus diligitur quēadmodū defenderem
preuidere. Aggrediar igitur in eius manifesta miserico:dia
cui⁹ est occulta iusticia: de soluēda questione tam ingēti pro
viribꝰ quas ipse donauerit disputare. Hucusq; em̄ proposi-
ta est nō exposita. Exponende vero ei⁹ hoc sit exordium: vt
meminerimꝰ in hoc corruptibili corpore qō aggrauat aiam
vita nos misera viuere. Sz qz iam redēpti per mediatorem
sumꝰ z spūm sanctū pignus accepimꝰ: beatā vitaz in spe habe
Ro. viij. mus: z si re ipsa nondū tenemꝰ. Spes autē que videt non est
spes. Qō em̄ videt quis quid speratꝰ? Si aūt qō non videmꝰ
speramꝰ: per patientiā expectamꝰ. In malis aūt que quisq;
patīr: nō in bonis quibꝰ fruīr: opus est patiētia. Hanc itaq;
Job. vij. vitam de qua scriptū est: nunquid nō tentatio est vita huma-
Matth. v. na super terrā / in qua quotidie clamamꝰ ad dōm: libera nos
a malo: cogīt homo tolerare etiā remissis peccatis: q̄uis vt
in eā veniret miseriam: primū fuerit causa peccatū. Produc-
tio: est em̄ pena q̄ culpa: ne parua putaret culpa: si cum illa
finiret z pena. Ac per hoc vel ad demonstrationez debite mi
serie: vel ad emendationē labilis vite: vel ad exercitationez
necessarie patientie: tpaliter hominē detinet pena: etiā quē
tam ad dānationē sempiternā reuz nō detinet culpa. Hec est
istoꝝ dierū quos in hac mortalitate agimꝰ malos: q̄uis in
ea diligamꝰ videre dies bonos. Flenda quidē sed nō repre-
hendēda conditio. Venit em̄ de ira dei iusta: de qua scriptu
Job. xiij. ra loquens: Homo inquit natus ex muliere breuis vite z ple
nus ire: cū ira dei nō sit vt hois: id est pturbatio cōcitati ani-
Ps. lxxvj mi: sed tranquilla iusti supplicij ꝓstitutio. In hac ira sua deꝰ
nō continens: sicut scriptū est miserationes suas / preter alia
solatia miserorū que generi humano prebere nō cessat: in ple
nitudinē tpis quo ipse sciebat hoc esse faciendū: misit filium
suum vnigenitū per quē creauit vniuersa vt manens deꝰ fie
ret homo: z esset mediatoꝛ dei z hominū homo xps iesus: in
quē credētes per lauacꝝ regenerationis: soluto reatu oīm
peccatorū: z originalis videlicet qō generatio trahit. contra
quā maxime regnatio est instituta: z ceterorū que male agen
do cōtracta sunt liberarenꝝ a dānatione ppetua: z viuerēt in
fide z spe z charitate: pegrinantes in hoc seculo atq; in eius
tēptationibꝰ laboriosis z periculosis: ꝓsolationibꝰ autē dei z
corpalibꝰ z spūalibꝰ ābularent ad ꝓspectū eiꝰ vitā tenētes qō
eis factus est xps. Et qz in ipsa āz via ābulantes nō sunt sine
peccatis q̄ de huius vite infirmitate surrepūt: dedit elemosy
narū remedia salutaria: quibꝰ eorum adiuuarek oratio: vbi
eos dicere docuit. Dimitte nobis debita nr̄a: sicut z nos di-
D mittimꝰ debitoribꝰ nr̄is. Hoc agit ecclesia spe beata in hac
vita erūnosa: cuiꝰ ecclesie petrus apl's ꝓpter apl'atus sui pri
matū: gerebat figurata generalitate personā. Qō em̄ ad ipm
ꝓprie ptinet: natura vnꝰ homo erat: gr̄a vnus xp̄ianꝰ: abun
Mat. xvj. dantioꝛe gr̄a vnus idēq; primꝰ apl's. Sed q̄i ei dictuz est: ti
bi dabo claues regni celoꝝ. Et quodcūq; ligaueris sup ter-
rā erit ligatū z in celis: z quodcūq; solueris sup terrā erit solu
tū z in celis. vniuersam significabat eccl'iam: q̄ in hoc seculo
diuersis tentationibꝰ velut imbribꝰ fluminibꝰ tēpestatibus
Mat. xvij. qz quatit z nō cadit: qm̄ fundata est sup petrā: vndet petrꝰ no
men accepit. Non em̄ a petro petra: sed petrꝰ a petra: sicut nō
Ubi. s. xps a christiano sed xp̄ianꝰ a christo vocat. Ideo quippe ait
dōs: sup hanc petrā edificabo eccl'iam meā: qz dixerat petrꝰ
tu es xps filiꝰ dei viui. Sup hanc ergo inq̄t petrā quam con
j. Cor. x. fessus es: edificabo eccl'iam meā. Petra em̄ erat xps: sup qō
j. Cor. iij. fundamentū etiā ipse edificat? est petrꝰ. Fundamentū quip
pe aliud nemo potest ponere preter id qō positum est: qō est
xps iesus. Ecclesia ergo que fundat in xpo: claues ab eo re-
gni celoꝝ accepit in petro: id est: potestate ligandi soluēdiq;
peccata. Qō em̄ est per ꝓprietatē in xpo eccl'ia: hoc est per si
gnificationē petrꝰ in petra. Qua significatiōe intelligit xps
petra: petrus eccl'ia. Hec igit ecclesia quā significabat petrꝰ
q̄diu degit in malis: amando z sequendo xp̄m liberat a ma-
lis. Magis autē sequit in eis qui certāt pro veritate vsq; ad
mortē. Sz vniuersitati dicit: sequere me: pro qua vniuersita
j. Petri. ij. te passus est xps. De quo dicit idē petrus. Christꝰ pro nobis
passus est relinquēs nobis exēplū vt sequamur vestigia eiꝰ.
Ecce ꝓpter qō ei dictum est. Sequere me. Est aūt alia vita
immortalis que nō est in malis: ibi facie ad faciez videbimꝰ
quod hic per ſpeculū z in enigmate videtur: quādo multū in
conſpicienda veritate proficit. Duas itaq; vitas sibi diuini
tus predicatas z cōmendatas nouit eccl'ia: quarū est vna in
fide altera in specie. Una in tpe pegrinationis: altera in eter
nitate māsionis. Una in laboze: altera in requie. Una in via
altera in patria. Una in opere actionis: altera in mercede cō
templationis. Una declinat a malo: facit bonū: altera nullū
habet a quo declinet malū: z magnuz habet quo perfruak bo
no. Una cū hoste pugnat: altera sine hoste regnat. Una fortis
est in aduersis: altera nihil sentit aduersi. Una carnales libi
dines frenat: altera spiritualibus delectationibus vacat.
Una est vincendi cura sollicita: altera victorie pace secura.
Una in tēptationibꝰ adiuuak: altera sine vlla tēptatione in po
adiutoze letak. Una subuenit indigenti: altera ibi est vbi nul
lum inuenit indigentē. Una aliena pcā vt sua sibi ignoscan
tur ignoscit: altera nec patīr qō ignoscat: nec facit quod sibi
poscat ignosci. Una flagellatur malis ne extollak in bonis: al
tera tanta plenitudine gratie caret oīm malo vt sine vlla ten
tatione superbie cohereat summo bono. Una bona et mala di-
scernit: altera que bona sunt cernit. Ergo vna bona est sed ad
huc misera: altera meliorꝛ z beata. Ista significata est p apl'm
petrū: illa per iohannē. Tota hic agīt ista vsq; in huiꝰ seculi
finē: z illic inuenit finem: differtur illa complēda post huius
seculi finē: sz in futuro seculo nō habet finē. Jō dr̄ huic: seq̄re
me. de illo aūt sic eū volo manere donec veniā q̄d ad te tu me
seq̄re. Quid em̄ est hoc. Quantū sapio q̄tuz capio q̄d est hoc E
nisi tu me sequere. per imitationē perferendo tempalia ma-
la: ille maneat donec sempiterna veniō redditurꝰ bona? Qō
apertius ita dici potest. Perfecta me sequak actio / informa
ta mee passionis exemplo: inchoata vero contemplatio ma-
neat donec venio / perficienda cū venero. Sequitur em̄ chri
stum peruenies vsq; ad mortem plenitudo patientie: manet
aūt donec veniat christus tunc manifestanda plenitudo sci-
entie. Hic quippe tollerātur mala huius mūdi in terra mo-
rientiū: ibi videbuntur bona dōi in terra viuentiū. Qō enim
ait. [Sic eum volo manere donec veniā. Jnō sic intelligendū
est quasi dixerit: remanere vel manere sed expectare: qm̄ qō
per eū significak non vtiq; nūc sed cum venerit christus im-
plebitur. Quid aūt per hunc significak cui dictū est: [Tu me
sequere] nisi nūc agatur: nō peruenietur ad illud quod expe
ctak. In hac aūt actiua vita q̄tomagis xp̄m diligimꝰ: tanto
facilius liberamur a malo. At ipse nos minus diligit quales
nunc sumus z hinc ideo liberat ne semp tales simus. Ubi ꝛo
amplius nos diligit: qm̄ qō ei displiceat z quod a nobis aufe
rat nō habebimꝰ: nec ob aliud nos hic diligit: nisi vt sanet et
transferat ab his que nō diligit. Hic ergo minus vbi nō vult
remaneamꝰ. ibi amplius quo vult trāseamus: z vnde nō vult
pereamus. Amet ergo eū petrus vt ab ista mortalitate libere
mur: amek ab eo iohānes vt in illa īmortalitate seruemur.
Sz ista ratione illud ostendit: cur amplꝰ iohannē q̄ petrū ama
uerit xps: nō cur amplꝰ petrus q̄ iohannes amauerit xp̄m
Neq; em̄ si plus nos diligit xps in futuro seculo vbi cū illo si
ne fine viuem⁹ q̄ in isto vnde eruimur: vt illic semper simus
ꝓpterea nos tunc eū minus dilecturi sumus quando melio-
res erimus: cū meliores vtiq; nisi amplius eū diligendo nul
lo modo esse possumus. Cur ergo iohannes minus eū dilige
bat q̄ petrus: si eaz vitā significabat in qua est multo amplꝰ
diligendꝰ? nisi qz ꝓpterea dictū est: volo eū manere: id est ex
pectare donec veniā: qm̄ z ipm amoꝛe q̄ tunc multo amplior
erit nondū habemꝰ sed futurū expectamꝰ: vt cum ipse vene-
rit habeamus? Nam sicut in epistola sua idē dicit iohannes
apl's. Nondū apparuit qō erimus: scimꝰ qm̄ cum apparue- j. Johā. iij
rit similes ei erimꝰ: qm̄ videbimꝰ eum sicuti est. Tunc ergo
amplius qō videmus diligemꝰ. Jpe autē dominꝰ illam que
futura est vitā nostrā qualis in nobis futura sit sciens prede-
stinatiōe plus amat: vt ad eā nos amādo ꝓducat. Quocirca
qm̄ vniuerse vie dōi miat veritas: miseriā nostrā presentem
nouimus qz sentimꝰ. Et iō miam dōi quaz nobis de miseria
liberandis exhiberi volumꝰ plus amamꝰ: eāq; quotidie ma
xime ꝓpctōr remissione poscimꝰ z habemꝰ. Hoc p petruz si
gnificatū est plus amantē sz minꝰ amatū: qz minꝰ nos amat
xps miseros q̄ beatos. Veritaſ aūt contēplationez qualis
tūc futura est minꝰ amamꝰ: qz nondū nouimꝰ nec habemus.
Hec ergo p iohannē significata est minꝰ amantē atq; iō z ad
ipsaz z ad eiꝰ in nobis amoꝛē q̄lis ei debek iplendū donec ve-

niat dñs expectātes ꝙ plus amatū qꝝ id qđ p illū figuratū est hoc efficit beatū. Remoto ī istos insignes apostolos separet. Et in eo quod significabat petrus ambo erant: et in eo qđ significabat iohānes ambo futuri erant. Significando sequebatur iste: manebat ille. Credēdo autem ambo mala presentia huius miserie tolerabant. Ambo futura bona illius beatitudinis expectabāt: nec ipsi soli sed vniuersa hoc facit sancta ecclesia sponsa xpi: ab istis tentationibus eruenda in illa felicitate seruanda. Quas duas vitas petrus et iohānes figurauerunt singuli singulas. Verum et in hac tēporaliter ambulauerunt ambo per fidem: et illa in eternum fruētur ambo per speciem. Omnibus igitur sanctis ad christi corpus inseparabiliter pertinentibus ꝓpter huius vite procellosissime gubernaculum ad ligandā ꝛ soluenda peccata / claues regni celorum primus apostolorum petrus accepit: eisdemqꝫ omnibus sanctis propter vite illius secretissime quietissimum sinum super pectus christi iohannes euangelista discubuit: quoniā nec iste solus sed vniuersa ecclesia ligat soluitqꝫ peccata: nec ille in principio verbū deū apud deum et cetera de christi diuinitate: ꝛ de totius diuinitatis trinitate atqꝫ vnitate sublima que in illo regno facie ad faciem cōtemplanda / nunc autem donec veniat dñs in speculo atqꝫ in enigmate cōtuenda sunt: que predicādo ructaret de fonte dñici pectoris solus bibit: sed ipse dñs ipsum euangeliū pro sua cuiusqꝫ capacitate omnibus suis bibēdum toto terrarū orbe diffundit Sunt qui senserint et hi quidem non cōtemptibiles sacri eloquij tractatores a christo iohānem apostolū propterea plus amatum quod neqꝫ vxorē duxerit: et ab ineunte puericia castissimus vixerit. Hoc quidē in scripturis canonicis nō euidenter apparet: verūtamen id quoqꝫ multū adiuuat cōgruētiam huiusce sententie quod illa vita per eū significata ē vbi non erūt nuptie. [Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his et scripsit hec: et scim⁹ quia verū est testimoniū eius. Sūt autem (inquit) et alia multa que fecit iesus: que si scribātur per singula: nec ipsum arbitror mundū capere eos qui scribendi sunt libros.] Non spacio locorum credendum est mūdum capere non posse que in eo scribi si possent scripta non ferret / sed capacitate legentiū comprehēdi fortasse non possent: cuius saluarerum fide / plerumqꝫ verba excedere videantur fidem: quod non fit quando aliquid qđ erat obscurū vel dubiū causa ꝛ ratione reddita exponit: sed quando id qđ apertum est vel augetur vel extenuatur: nec tamen a tramite significande veritatis erratur: qñ sic verba rem que indicat excedunt vt voluntas loquentis nec fallentis appareat: q̄ nouit quouisqꝫ credatur: a quo vltra cui credēdum est vel minuitur loquendo aliquid vel augetur. Hunc loquendi modum greco sermone: non solum grecarum verum etiam latinarum litterarū magistri hyperbolen vocant. Qui modus sicut hoc loco ita in nonnullis aliis diuinis litteris inuenitur vt ē. ꝓposuerunt in celum os suum: ꝛ verticem capilli perambulandū in delictis suis: ꝛ multa huiusce modi q̄ scripturis sanctis nō desunt: sicut alij tropi hoc est locutionū modi: de quib⁹ operosius disputarem: nisi euangelista terminante euangelium suum: etiam ipse compellerer meum terminare sermonem.

¶ Diui Aurelij Augustini hipponensis episcopi: expositio in euangelium ſm Johannem feliciter explicit.

¶ Diui Aurelij Augustini Hipponēsis episcopi Opus sermonū de tpe ſm dominicas alioſqꝫ dies quibus apte conueniunt ordinate distinctorum: Feliciter incipit.

¶ Dñica prima Aduentus dñi saluatoris. Sermo vnicus: Demonstrans quibus sordibus debeam⁹ carere et quib⁹ fulgere virtutib⁹ ad digne celebrandū natalicium diem xpi saluatoris nostri.

A Sermo. j.

APpropinquāte ſacratissima solennitate q̄ saluator noster inter hoīes nasci misericorditer voluit: fratres charissimi attenti⁹ considerate: q̄liter oporteat nos in aduētu tāte potentie prepararī: vt regē ꝛ dñz nr̄m letiq̄ gaudētes cū gloria ꝛ laudibus mereamur suscipere: et in conspectu eius inter cetus felices sanctorū gratulādo exultare: magis qꝫ ab eo ꝓpter feditatē nostram repulsi inter peccatores eternam cōfusionē mereri. Et ideo rogo et moneo vt quātū possum⁹ cū dei adiutorio laborem⁹: vt in illo die cū sincera et pura cōscientia ꝛ mūdo corde et casto corpore ad altare dñi possim⁹ accedere: ꝛ corpus ꝛ sanguinē eius non ad iudiciū: sed ad remedium aie nr̄e mereamur accipere. In christi enim corpe vita nr̄a cōsistit: sicut ipse dixit. Misi manducaueritis carnē filij hois ꝛ biberitis ei⁹ sanguinē: nō habebitis vitā ī vobis. Mutet q̄ vitā: qui vult accipere vitā. Nam si nō mutet vitā ad iudiciū accipiet vitā: ꝛ magis ex ipsa corrumpit qꝫ saluet: magis occiditur qꝫ viuificetur. Sic enim dixit apostolus. Qui manducat corpus dñi ꝛ bibit sanguinē eius indigne: iudicium sibi manducat ꝛ bibit. Et licet nos oñi tēpore bonis operib⁹ ornatos ac splēdidos esse cōueniat: precipue tamen in die natalis dñi: sicut ī euāgelio ipse dixit: lucere debēt hominib⁹ opa vestra. Cōsiderate queso fratres qñ aliqs hō potēs aut nobilis natalē aut suū aut filij sui celebrare desiderat q̄to studio añ plures dies q̄dq̄ ī domo sua sordidū inuenerit ordinat emūdari: q̄dq̄ ineptū ꝛ incōgruū ꝓpici: q̄dq̄ vtile ꝛ necessariū ꝓcipit exhiberi. Dom⁹ etiā si obscura fuerit dealbat: pauimēta scopis mundant: ꝛ diuersis respsa floribus adornāt. Utiq̄ etiā ad leticie aie ꝛ corpis delitias ptinet: oi sollicitudine puidere. Utiq̄ ista fratres charissimi: nisi vt dies natalicius cū gaudio celebrēt hoīs morituri? Si ergo tāta ꝓparas ī natalitio tuo aut filij tui: quāta ꝛ q̄lia ꝓparare debes susceptur⁹ natalē dñi tui? Si talia ꝓparas moritur⁹ q̄lia ꝓparare debes ekno? Quicq̄d q̄ nō vis inueniri in domo tua: q̄tū potes labora vt nō inueniat de⁹ ī aīa tua. Certe si rex terrenus aut quicūqꝫ paterfamilias ad suū natalitiū inuitaret: q̄libus vestimētis studueris ornat⁹ incedere: q̄ nouis vel nitidis: q̄ splēdidis: quorū nec vetustas nec vilitas: nec aliā feditas oculos inuitātis offenderet. Tali q̄ studio in quantū ꝓuales xpo auxiliāte cōtēde: vt diuersis virtutū ornamētis aīa tua cōposita: simplicitatis gēmis ꝛ sobrietatis floribus adornata ad solennitatē regis eterni: id ē ad natalem dñi saluatoris cum secura cōsciētia ꝓcedat: castitate nitida: charitate splēdida: elemosynis cādida. Christ⁹ enī dñs si te ita ꝓpositū natalitiū suū celebrare cognouerit: ipe ipse venire ꝛ aīam tuā nō solū visitare: sz etiā requiescere: ꝛ in ꝑpetuū in illa dignabit habitare: sicut scriptū ē. Et habitabo ī illis ꝛ inambulabo. Et iterū. Ecce sto ad ostiū ꝛ pulso: si qs surrexerit ꝛ aperuerit mihi: intrabo ad illū ꝛ cenabo cū illo: et ille mecū. Qui felix est illa aīa q̄ vitā suā ita deo auxiliāte studuerit gubernare: vt xp̄s hospitē ꝛ habitatorē mereat excipere. Sic ecōtrario q̄ infelix ē illa cōsciētia: tota lachrymaꝫ fōte lugēda: q̄ se tam malis operib⁹ cruētauit: vt ī ea xp̄s nō requiescere: sz diabol⁹ incipiat dñari. Talis enī aīa si medicamētū penitētie nō cito subuenerit: a luce relinquit: a tenebris occupat: vacuat dulcedīe: implet amaritudine: a morte inuadit a vita repudiat. Nō tū de dñi pietate diffidat q̄talis est: nec mortifera desperatiōe frangatur: sed magis ad penitentiaꝫ cito fugiat ꝛ dū adhuc noua sunt et calent peccatorum suorū vulnera: sic sibi adhibeat medicamenta salubria: q̄ medic⁹ noster ops est: ꝛ sic cōsueuit plagas nostras curare: vt nec ci-

Johā. vj.

j. Cor. xj.

B

Matth. v.

C

j. Cor. vj.

Apoca. iij.